352.REGULAE MOTUS SYSTEMATICAE PRAESTARI MECHANICE [1677 (?)]

Überlieferung: *L* Konzept: LH IV 7C Bl. 50. 1 Bl. 8°. 1 $^{2}/_{3}$ S.

Aus inhaltlichlichen Gründen (vgl. z. B. die Nähe zu Leibniz' Überlegungen in der Abhandlung *Principia mechanica*, VI, 3 N. 6) gehört dieses knapp gefaßte Stück in die frühe Phase unserer Periode. Äußere Datierungsmerkmale fehlen.

Diu quaesivi qua ratione regulae motus systematicae praestari mechanice possent nec regulae sejunctorum violarentur.Id nuper nactus mihi videor, concipiendo corpus a corpore impelli sine contactu, interventu scilicet Fluidi elastici, quod celerrime interfluens, motu suo rapido corpora ad se prorsus accedere non patiatur, et propinquitati solito majori obnitatur. Quodsi ergo ponamus Massam nostri systematis constare ex oneris globis aequalibus; atque his Aethera disjunctorem interfluere; fiet ut corpore in corpus incurrente primum duo globi aequales sibi proximi in se incurrere intelligantur; ita Elasticum interfluens statim unum retardabit, alterum in motum aget, sed per gradus. Idem paulatim sentient proximi. Nam et primus dum retardatur urgebitur a sequente, ut reparetur retardatio, sed hoc non efficiet nisi retardatione sui, atque ita demum in ultimos refundetur retardatio tantundemque globorum quantum impulerat, impelletur, si soluti sint globi; sed si cohaereant ita ut major massa in minorem incurrat vel contra, considerari tamen potest, cohaesionem non esse nisi solutorum ad se invicem attractionem; atque ita easdem servari leges quae in solutis. Est enim quasi conflictus inter aethera disjunctorem et aliud fluidum conjungens; quo corpora connexa in ea quae ipsis debetur Distantia servantur, et simul et cohaesionis et concursus leges observant.

7 motus (*1*) systematice (*2*) systematicae (*a*) mech (*b*) praestari *L* 9 f. scilicet (*1*) fluidi (*2*) Elastici fluidi, quod motu suo co (*3*) Fluidi *L* 10 se (*1*) nimiae (*2*) prorsus *L* 11 et (*1*) nimiae (*2*) propinquitati *L* 12 his (*1*) influere (*2*) Aethera *L* 13 ut (*1*) globus omnis (*2*) corpore *L* 13 f. aequales (*1*) | ubi *erg.* | interveniente aethere primus (*2*) sibi *L* 14 Elasticum (*1*) inter (*2*) influ (*3*) interfluens *L* 15 sed (*1*) inse (*2*) per *L* 17 in (*1*) ultimum (*2*) ultimos *L* 17 f. retardatio (*1*) fietque (*2*) tantundemque (*a*) corporum, quantum im (*b*) globorum *L* 19 f. potest, (*1*) non cohaerere, (*2*) cohaesionem *L* 21 quae in solutis *erg. L* 21 et (*1*) aliam (*2*) a (*3*) aliud *L* 22 corpora (*1*) in (*2*) connexa (*a*) in di (*b*) in *L* 22 ipsis *erg. L*

Quodsi globi primarii in proposito systematis gradu ponantur non omnino aequales, eundum erit ad quoddam inferioris gradus systema, ut magis ad aequalitatem accedatur, et ne hoc quidem sufficiente, descendetur adhuc ulterius; ita error erit dato minor. Et haec sectio in aequales partes fere fiet ut in Musicis chordis, quae varios habent tremores sed praevalent quae fiunt secundum partes aequales. Omnia tamen procedent simplicius si assumamus materiae inertiam, ut scilicet majus magis resistat.

353. PHYSICAE PARTES
[1677 (?)]

Überlieferung: *L* Konzept: LH XXXVII 4 Bl. 112. 1 Zettel (15 × 9 cm). 2 S.

Leibniz Einteilung der Physik weist auf einen frühen Versuch hin. Äußere Datierungsmerkmale fehlen.

Physicae Partes

Duplex est physica tractatio, de formis seu affectionibus singulatim spectatis et de subjectis in quibus plures affectiones concurrunt. De formis exempli causa de figura, motu, duritie, colore: et de subjectis exempli causa, de igne, aqua, arena, quae scilicet pluribus formis concurrentibus constituuntur. Ita ignis est lucidum et calidum. Aqua est perspicuum album liquidum, insipidum frigidum (si sibi relinquatur), certique ponderis ac certae tenacitatis quae comparatione definiri possunt. Formae rursus aliae sunt simplices quae a nobis perfecte intelliguntur, ut magnitudo, figura, motus, resistentia, atque hae geometrico plane rigore tractari possunt. Aliae sunt compositae, quas satis quidem

1 primarii *erg.* (*1*) ponantur non omnino aequales, liceb (*2*) in *L* 1 f. aequales, (*1*) redeundum (*2*) eundum *L* 3 error | contra *gestr.* | erit *L* 4 quae (*1*) omnes ⟨sy⟩ (*2*) varios *L* 13 f. formis (*1*) et de subjectis. (*2*) seu . . . concurrunt. *L* 14 causa de (*1*) magnitudine, (*a*) duritie, quiete (*b*) motu, duritie (*2*) gra (*3*) rotundo, gravi, duro, albo: ac de subjectis (*4*) figura *L* 15 arena, (*1*) in quibus (*2*) quae *L* 17 perspicuum (*1*) liquidum (*2*) album (*a*) in (*b*) liquidum, *L* 17 (si (*1*) per se spectetur (*2*) sibi relinquatur) *L* 19 f. resistentia (*1*) sive impenetrabilitas. Ali (*2*) , atque *L*

sensu non tamen satis ratione percipimus, ut calor, color, aliaeque sensiles qualitates: quae quatenus cum prioribus formis constanti ratione eas conjungi experimur, eatenus etiam ad Mathematicas rationes revocari possunt.

Subjecta vel singulatim tractantur vel in systemate. Singulatim, si omnes dati subjecti exempli gratia aquae qualitates et affectiones enumeremus, et quando nimis vagae sunt certis gradibus definiamus. Deinde qualitates confusas ad simplices revocando texturam subjecti constituamus qua semel habita saltem aliquatenus non tantum causas phaenomenorum reddere sed et inexplorata adhuc phaenomena praedicere, et rem propositam ad varios vitae usus adhibere poterimus.

Quodsi jam plura subjecta et inprimis simpliciora ac maxime diffusa hoc modo tractaverimus, tandem de toto nostri saltem mundi systemate partibusque certum aliquid statuere fas erit.

354. REVOCATIO QUALITATUM CONFUSARUM AD DISTINCTAS [1677 (?)]

Überlieferung:

L Konzept: LH IV 6, 12 f Bl. 26. 1 Zettel (11,7 × 17 cm). 1 $^1/_2$ S.

E COUTURAT, *Opusc. et fragm.*, 1903, S. 190.

Leibniz' These, die konfusen Sinneseindrücke durch die sie begleitenden distinkten zu definieren, scheint in unserem Stück erstmals formuliert worden zu sein. Äußere Datierungsmerkmale fehlen.

Analyseos physicae arcanum in hoc uno consistit artificio, ut qualitates sensuum confusas (nempe calorem et frigus, pro tactu; sapores pro gustu; odores pro olfactu; sonos

2 quae (*1*) cum (*2*) quatenus *L* 3 f. possunt. (*1*) In subjectis (*2*) Subjectorum tractatio alia est. (*3*) Subjecta *L* 9 et (*1*) re proposita (*2*) rem propositam *L* 11 tractaverimus, (*1*) dubium nullum est, quin (*2*) tandem *L* 11 systemate (*1*) certum aliquid pro (*2*) partibusque *L* 12 statuere (*1*) poterimus (*2*) fas *L* 20 ut (*1*) calor (*2*) calorem, frigus | (*3*) calorem et frigus sonos *erg.* | colores, odores, sapores aliasque quae (*4*) qualitates *L*

pro auditu; colores pro visu) revocemus ad distinctas quae eas comitantur, quae sunt numerus, Magnitudo, figura, motus, consistentia, ex quibus duae postremae proprie physicae sunt. Itaque si deprehendamus certas qualitates distinctas semper comitari quasdam confusas (exempli gratia omnem colorem oriri ex radio refracto, non vero ex reflexo) et, si ope distinctarum qualitatum definite totam corporum quorundam naturam explicare possimus, ita ut demonstrare queamus, ipsa talis esse magnitudinis figurae et motus; eo ipso jam necesse est etiam qualitates confusas ex tali structura resultare, licet qualitates confusas ex ipsis aliter demonstrare non possimus, quia qualitatum confusarum nulla datur definitio, nec proinde de illis demonstratio. Sufficit ergo nos omnia distincte cogitabilia, quae ipsa comitantur, posse explicare constantibus conclusionibus, experientiae consentientibus. Nam ope quarundam qualitatum ad determinandam naturam corporum sufficientium possumus invenire causas; et ex his causis demonstrare reliquos affectus, seu caeteras qualitates, et ita invenietur per circuitum, quid realis et distincti qualitatibus confusis insit, reliquum enim quod explicari nequit, ut ex. g. illa ipsa apparentia quam flavedinem dicimus quomodo ex eo in quo flavedinem consistere a parte rei ostendimus oriatur, id sciendum est pendere non a re, sed nostrorum organorum dispositione et minutissimis constitutionibus rerum. Sufficit autem nos ostendere, quid a parte rei sit in corporibus ex quo nascitur flavedo. Idque ad usum vitae sufficiet. Ita enim modum producendi qualitates confusas habebimus.

Utile quoque est ad minuendum laborem, si qualitates confusas reducamus ad alias simpliciores, ut si viriditatem reducamus ad compositionem flavi et caerulei, si ostendamus quosdam sapores et odores cohaerere quibusdam coloribus; etc. Facilius enim colores quam sapores ad distinctas qualitates revocantur.

1 f. sunt (*1*) motus, resistentia consistentia, magnitudo (*2*) numerus *L* 5 reflexo) (*1*) item (*2*) et, *L* 5 quorundam *erg. L* 12 possumus (*1*) esse (*2*) invenire *L* 16 a parte rei *erg. L* 17 et . . . rerum. *erg. L* 19 f. Idque . . . sufficiet. (*1*) Poterimus enim producere (*2*) Ita . . . habebimus. *erg. L* 21 qualitates (*1*) quasdam (*2*) confusas *L* 22 simpliciores, *erg. L*

355.DE AEQUIPOLLENTIA CAUSAE ET EFFECTUS
[1677 bis 1678 (?)]

Überlieferung: *L* Konzept: LH IV 7C Bl. 66. 1 Zettel (10,3 × 16,5 cm). 2 S.

Das kurze Konzept weist inhaltlich noch große Nähe auf zur *Meditatio de principio individui* vom April 1676 (VI, 3 N. 67), einer wohl ersten Annäherung an unser Thema durch Leibniz, und zur *Catena mirabilium demonstrationum de summa rerum* vom Dezember 1676 (VI, 3 N. 85, vgl. dazu auch VI, 3 N. 39 vom Dezember 1676). Es kann sich um Vorüberlegungen zu einer *Dynamica* handeln, wie sie Leibniz erst im Sommer 1689 in Rom ausführlich konzipiert, aber nie veröffentlicht hat (vgl. GERHARDT, *Math. Schr.* 6, S. 437 und 439).

De aequipollentia causae et effectus

Quia effectus totus involvit causam integram, et vicissim causa integra involvit effectum totum; id est ut ex sola cognitione effectus possit aliquis venire in cognitionem causae, et ex sola cognitione causae in cognitionem effectus, hinc sequitur Causam aliquam non posse producere effectum per omnia similem et sola magnitudine differentem. Itaque effectus ut *a* non potest producere causam ut *b*, posito *a* et *b* differre sola magnitudine, quia duo sola magnitudine differentia non possunt se mutuo involvere. Eo ipso enim quod similia sunt, non potest magnitudinis defectus aliunde compensari, nec *b* potest involvere nisi partem ipsius *a*.[1]



Idem aliter probari potest ex eo, quod reddi ratio nulla potest cur *a* producat *b* potius quam *c*, omnia enim similia sunt, et magnitudine differunt, itaque aut nihil producet *a* aut infinitum, quae duo maxime ab ipso magnitudine differunt, aut id potius quod minime differt magnitudine ab ipso, id est quod sit aequale.

[1] Nam ratiocinatio non nisi ex forma qua non differunt aut ex quantitate, sumi potest.

13 sequitur (*1*) effectum aliquem (*2*) Causam *L* 14 effectum (*1*) similem sibi, sed minorem (*2*) per *L* 17 mutuo *erg. L* 17 similia (*1*) non (*2*) sunt, *L* 21 f. aut infinitum, . . . maxime (*1*) differunt ab ipso (*2*) ab . . . differunt *erg. L*

Hinc jam porro demonstratur causam et effectum omnino aequipollere. Nam potentia seu quantitas effectus in quodam homogeneo aestimanda est, exempli causa in elevatione corporis gravis ad certam altitudinem. Et eadem causa diversos effectus homogeneos seu similes sed inaequales producere non potest; quod ex eo patet, quia si effectus involvit causam, et causa effectum, sequitur effectus ejusdem causae se involvere mutuo. Nam sit *a* causa, et *b* et *c* sint effectus. *b* involvit *a* (effectus causam), *a* involvit *c* (causa effectum). Ergo *b* involvit *c*. Eodem modo diversae causae ejusdem effectus se mutuo involvunt. Imo amplius diversi effectus diversarum causarum vel diversae causae eorundem effectuum, si earum fuit vel esse potest effectus vel causa communis.

Si potentia quaedam est certa, id est si aestimari potest quantitas effectus in aliquo homogeneo, utique necesse est eam in iisdem semper eandem manere. Certam autem in re quaque esse potentiam non vagam sequitur ex natura Dei; et alioqui nulla erit ratiocinatio de his.

356. QUOD OMNIS CONATUS CONSERVATUR
[1677 bis 1678 (?)]

Überlieferung: *L* Konzept: LH XXXV 9, 28 Bl. 5. 1 Zettel (10 × 9 cm). 2 S.

Die kurze Aufzeichnung zur *conservatio conatus* mag als Vorarbeit zur Abhandlung *De concursu corporum* von Januar 1678 (vgl. M. FICHANT, *G. W. Leibniz, La réforme de la dynamique. Textes inédits*. Paris 1994) gelten. Äußere Datierungskriterien liegen nicht vor. Wir ordnen das Stück in die Anfangsphase unserer Periode ein.

Omnis conatus conservatur. Cum enim unus conatus alteri sit compatibilis, nulla est causacur destruatur. Omnem autem conatum cuivis conatui esse compatibilem, patet, ex compositione motuum. Hinc sequitur de nullo corpore etiam quiescente dici posse quod

2 potentia (*1*) aesti (*2*) seu *L* 4 homogeneos (*1*) producere non potest (*2*) seu *L* 4 potest; (*1*) quia duo (*2*) quod *L* 4 f. si | si *erg. L str. Hrsg.* | effectus *L* 5 ejusdem causae *erg. L* 6 mutuo. (*1*) Sequitur ergo (*2*) Nam *L* 6 sit *a* (*1*) effectus (*2*) causa *L* 6 effectus. (*1*) Ergo (*2*) *b* *L* 8 causarum (*1*) si in uno (*2*) eun (*3*) vel *L* 12 manere. (*1*) Manere autem (*2*) Certam *L* 23 cuivis *erg. L*

actione seu vi agendi careat, intelligi enim potest, in eo duos conatus agendi contrarios esse aequales. Quaeri tamen adhuc potest, an possibilis sit quies sine actione, seu quies per se stans, non per accidens ex duobus contrariis conatibus orta. Et quidem cum inter duo corpora congrua et quiescentia nullum intelligi possit discrimen sequitur in quiete esse contrarios conatus in omnes partes. Hinc sequitur porro in omni corpore esse conatus infinitos in omnes partes. Ob contrarios autem conatus aliorum fieri, ut quidam tantum exitum reperiant.

Porro ex eo quod omnis conatus conservatur hinc sequitur corpore uno in aliud incurrente, nullum conatum ab uno in aliud transferri, quod ita ostendo: Pono corpora

aequalia A et B aequali velocitate inter se concurrere, constat ea post ictum non quiescere in loco ictus, sed potius a se invicem dissilire. Sed si verum esset, corpora post ictum conatus suos in se invicem transferre; utique unumquodque eorum, binos haberet simul conatus directe contrarios; atque adeo quiesceret, verbi gratia A positum in ${}_2A$ habebit conatus contrarios ${}_2A_1A$, et ${}_2AE$. Ergo quiescet. Sed hac quiete perderentur vires. Non est ergo realis haec translatio. Hypothetice tamen admitti potest, ac si omnia hoc modo se haberent et tunc ope vis elasticae aliis scilicet insequentibus, oritur dissultatio.

357.DE QUALITATIBUS QUAE REFERUNTUR AD EXTENSIONEM [1677 bis 1678 (?)]

Überlieferung: *L* Konzept: LH XXXV 13, 1 Bl. 427–428. 1 Bog. 2°. $^1/_2$ S. auf Bl. 428.

Der Versuch, physikalische Phänomene zu bestimmen, scheint in den Rahmen früher Definitionen physikalischer Grundbegriffe durch Leibniz zu gehören. Auch die im ersten Satz unseres Stückes angedeutete Gegenüberstellung von konfuser und distinkter Wahrnehmung, die in N. 345, von uns auf 1677(?) datiert, schon formuliert wird, spricht für einen frühen Zeitraum.

1 careat, (*1*) tantum (*2*) intelligi *L* 2 quies (*1*) vera (*2*) sine *L* 4 sequitur (*1*) omnem quietem (*2*) in *L* 5 porro *erg. L* 13 ictum (*1*) sibi ⟨mut⟩ (*2*) conatus *L* 15 et (*1*) ${}_2A_1B$ (*2*) ${}_2AE$ *L*

Considerare[1] possumus in rebus tum eas qualitates quae respondent quidem extensioni nihil tamen per se in ea mutant, quae sunt perceptio et voluntas, et alia id genus; tum vero eas quae referuntur ad extensionem. Haec sunt mutatio et conatus ad mutationem vel contra mutationem. Mutatio esse possit magnitudinis et situs; vel utriusque. Magnitudinis cum eadem materia in arctius vel amplius spatium ire fingitur. Situs seu loci cum fingimus materiae quantitate servata, esse motum, seu assumtis quibusdam partibus elementaribus fieri earum transpositionem; utriusque autem compositio est cum apparet quibus gradibus ab una magnitudine ad aliam sit transitum, et quod punctum cujusque situs cui respondeat. Nisus ad augendam vel minuendam magnitudinem intelligi potest proportionalis materiae compressae vel dilatatae. Potest tamen et alius fingi. Revera tamen hoc est Ens mathematicum, seu apparens, quod in omnibus suis partibus etiam minimis hoc modo in natura non reperitur, sed per spongiam explicari potest, quae idem praestat ad sensum. Possunt vero et aliae causae nisus ad dilatationem aut contractionem intelligi, quales calor et frigus. In tali autem nisu, vel etiam renisu, sequitur motus qui facillime effectus obtinetur nisi aliqua causa alium fieri jubeat.

Si aliquod principium moveatur causa motus poni potest varia utcunque caetera autem ipsa connexione regantur; tunc nihil opus supponi quod non intelligatur in parte. Sed tamen et fingi possunt leges motus quarum efficiendarum ratio non constat quia tamen nihil illis inest impossibile, possunt assumi ut si diversi motus certa ratione contemperentur; causae motus variae intelligi possunt, seposita vi in materia mutandi, seposito item impulsu vel concursu; talis est attractio corporis ad corpus, item repulsus corporis a corpore; item adhaesio corporis ad corpus, quae referenda ad impedimenta tantum, si modo adhaesio nulla est, quae non revera sit attractio in exigua tamen distantia. Fingi etiam potest attractionem vel repulsionem valere in infinitum, aut contra certa distantia penitus evanescere. Fingi etiam possunt attractiones aut repulsus per lineas curvas.

---

[1] *Am Kopf*: Ens rat⟨ionis⟩ realis effectio

2 per se *erg. L* 3 extensionem (*1*) , quas possis dicere i (*2*) . Haec *L* 5 cum (*1*) aliquid extenditur (*2*) eadem *L* 11 et (*1*) alia fingi causa (*2*) alius fingi. *L* 17 motus (*1*) fingi (*2*) | poni *erg.* | *L* 17 f. potest (*1*) impulsus (*2*) ductio alicujusque principii seu mechanica organica aliqua ratione utcunque caetera connexione (*3*) varia . . . ipsa *L* 19 constat (*1*) in (*2*) d (*3*) quomodo (*4*) | quia *erg.* | *L* 21 f. mutandi (*1*) . Nempe (*2*) , seposito *L* 22 concursu; (*1*) nempe (*2*) talis *L* 25 infinitum, (*1*) et (*2*) aut contra *L* 26 attractiones (*1*) per lineas curvas (*2*) aut *L*

Haec quae de corpore diximus, possunt etiam fingi de ipso loco, quasi in puncto aliquo esset vis attrahendi, repellendi, retinendi. Idem de plaga aliqua concipi posset, ut in gravitate. Quod de loco idem est ac si fingeremus de corpore immobili.

Licet etiam quasdam connexiones, inter se diversorum fingere, v.g. emissiones quasdam seu radiationes virtuales, ut cum ex sole emanat calor qui habet vim dilatandi, ex lumine lumen; huc suppositio de quovis puncto radii luminis rursus radiante.

358. LA MEILLEURE APOLOGIE POUR DESCARTES: SES LUNETTES HYPERBOLIQUES

[1677 bis 1679 (?)]

Überlieferung:

L Aufzeichnung: LH IV 3, 5e Bl. 26. 1 Streifen (21 × 2 cm). 1 S.
E[1] BODEMANN, *Die Leibniz-Handschriften*, 1895, S. 70.
E[2] A. ROBINET, *Malebranche et Leibniz*, Paris 1955, S. 120.

Dieses Stück hat kein Wasserzeichen. Eine fast wörtlich übereinstimmende Bemerkung finden wir in einem wohl 1679 geschriebenen Brief an einen Unbekannten (II, 1 N. 219, S. 500).

La meilleure Apologie qu'on sçauroit faire pour Mons. Des Cartes; ce seroit d'achever ses lunettes Hyperboliques. Qui sont la seule chose d'utile, qu'il ait trouvé; si elle avoit pû s'executer; et je voudrois que le Pere de Malebranche et d'autres qui prennent à tache de defendre tout ce qu'il a dit fussent obligez de le faire.

5 calor (*1*) ex magnete m (*2*) qui *L* 6 ex (*1*) mag (*2*) luce (*3*) lumine *L* 16 (*1*) Je voudrois qu'on (*2*) La *L*

16 f. Vgl. R. DESCARTES, *Discours de la méthode, La Dioptrique*, X (A.T. VI, S. 225–227).

359. SPATIUM ET MOTUS REVERA RELATIONES
[Anfang 1677 (?)]

Überlieferung: *L* Konzept: LH XXXVII 4 Bl. 88. 1 Zettel (19 × 10 cm). 2 S.

Das Stück ohne Wasserzeichen ist inhaltlich noch in großer Nähe zur Abhandlung *Pacidius Philalethi* vom 10. November 1676 zu sehen (VI, 3 N. 78). Eine Datierung auf den Beginn unserer Periode scheint angemessen.

Si Spatium sit res quaedam in pura extensione posita, materiae autem natura sit spatium implere; et Motus est spatii mutatio, tunc motus erit absolutum quoddam, et duobus corporibus sibi invicem appropinquantibus dici poterit utrum moveatur aut quiescat; vel, si ambo moventur, quanam moveantur celeritate. Atque inde sequentur eae conclusiones, quas olim ostendi in *Theoria motus* abstracte *considerati*. Sed revera Spatium illud res non est, neque motus est aliquid absolutum, sed consistit in relatione. Et proinde si duo corpora sibi concurrant, celeritas inter ipsa ita animo partienda est, ut sibi occurrere intelligantur eadem vi. Itaque si duo corpora concurrentia intelligantur aequalia, statim omnia phaenomena experimentis consentanea ex hoc solo deducentur. Assumo igitur corpora alia esse dura quae post concursum reflectantur, alia mollia quae simul maneant. Et assero: duo corpora [mollia] aequalia et similia eadem celeritate concurrentia, post concursum simul manere; dura vero ea qua venere celeritate reflecti.

Leibniz ersetzte den Text in Kleindruck zusammen mit der dazugehörigen Zeichnung durch das Folgende und hat versehentlich nur den auf der Rückseite des Manuskripts stehenden Schluß gestrichen:

His positis sit navis *LMN* in qua duo corpora aequalia et similia eadem celeritate concurrant; eodem tempore uno veniente ab *L* per *LM* altero ab *N* per *NM* ipsi *LM* aequalem, itaque eadem celeritate reflectentur contraria autem directione, ut eodem tempore quo ante concursum venerant ab *L* et *N* ad *M*, post concursum redeant ad *L* et *N*, si quidem perfecte elastica sunt, vel simul maneant, in *M* si mollia. Interea ponatur navis

7 Si (*1*) Motus sit aliquid absolutum (*2*) Spatium *L* 7 in . . . posita *erg. L* 9 sibi invicem *erg. L* 9 utrum (*1*) moveri (*2*) moveatur *L* 10 quiescat; (*1*) et qua moveatur (*2*) vel, *L* 10 f. eae (*1*) consequentiae (*2*) conclusiones, *L* 11 *abstracte* (*1*) *a praesenti systematis statu* (*2*) *considerati L* 17 maneant. (*1*) In mo (*2*) Et (*a*) de mollibus hanc propositionem (*b*) assero: *L* 17 mollis *L ändert Hrsg.* 21 concurrant (*1*) *LM* et *NM* (*2*) ; eodem *L* 22 aequalem, (*1*) intelli (*2*) itaque *L* 24 navis (*1*) secundo (*2*) progredi *L*

11 Vgl. VI, 2 N. 41.

progredi ab $_1L_1M_1N$ in $_2L_2M_2N$, quae secum feret globos in ipsa decurrentes. Sit jam ripa immota *PT* in qua punctis $_1L_1M_1N$ respondeant puncta *P.R.Q.* et punctis $_2L._2M._2N$ puncta *S.V.T.*



His positis sit navis *LMN*, in qua duo globi aequales et similes *A, B*, concurrant uno *A* veniente a prora *L* ad medium *M*, altero *B* eodem tempore a puppi *N* ad idem medium *M*, celeritate proinde aequali, et motu uniformi seu aequabili. In *M* autem concurrentia haec duo corpora *A* et *B*, si Elastri perfecte capacia sint reflectantur, et aequali tempore ac celeritate redibunt *A* quidem ex *M* in *L*, at *B* ex *M* in *N*.

Haec dum in navi perinde fiunt, ac si quiesceret, ipsa navis interim motu aequabili secundo flumine recta deferatur, ita ut navis initio motus globulorum sit in loco



$_1L_1M_1N$, momento autem concursus sit in loco $_2L_2M_2N$, et denique momento absoluti recursus, seu cum corpora *A* et *B* post concursum ad priora loca sunt reversa, sit in loco $_3L_3M_3N$. In ripa autem immota *PY* sint puncta respondentia, nempe *PQR* ipsis $_1L_1M_1N$, et *STV* ipsis $_2L_2M_2N$, et *XYZ* ipsis [$_3L_3M_3N$]. Patet absolute loquendo et respectu ripae immotae perinde esse ac si dicamus corpora *A* et *B* celeritatibus *PT* et *RT* concurrentia in *T* post concursum reflecti celeritatibus *TX* et *TZ*, ubi quidem (si corpora sint aequalia) manifestum est celeritates et directiones corporum concurrentium permutari, seu *TX* aequari ipsi *RT* et *TZ* ipsi *PT*. Est enim *TX* aequal. $_2M_2L$ seu *ML*, minus $_2L_3L$ seu *XS*, seu *PS*. Et *RT*, est $_1N_1M$ seu *NM* seu *ML*, minus $_1M_2M$ seu $_1L_2L$ seu *PS*. Si vero corpora sint mollia post concursum simul manebunt et cum navi deferentur, ex $_2M$ in $_3M$. Itaque si duo corpora mollia concurrant celeritatibus *PT* et *RT* post concursum simul ibunt celeritate et directione *TY*, directione

3 immota *erg. L* 11 autem (*1*) concurrentes, si (*2*) concurrentia *L* 11 *A* et *B erg. L* 12 et (*1*) eodem tempore eademque celeritate redibunt (*2*) aequali *L* 12 quidem (*1*) in *L*, et *B* (*2*) ex *L* 15 recta *erg. L* 15 ut (*1*) in (*2*) | navis *erg.* | *L* 16 f. sit *erg. L* 18 f. *A* et *B erg. L* 24 $_3L_3N$ *L ändert Hrsg.* 29 $_2L_3L$ seu *erg. L* 31 et (*1*) post co (*2*) cum *L*

quidem celerioris, celeritas autem *TY* seu $_2M_3M$ seu *XS* erit dimidia differentia celeritatum *PT* et *RT*. Est autem *PS* aequ. *XS* seu dimidia *PX* et *PX* est *PT* minus *TX* seu *PT* minus *TR*.

360. QUOD MOTUS SIT ENS RESPECTIVUM

Februar 1677

Überlieferung:
L Konzept: LH XXXVII 5 Bl. 122. 1 Zettel (16 × 9,5 cm). 1 $^1/_3$ S.

Leibniz hat die Sinnabschnitte, hier durch Absätze gekennzeichnet, durch Striche getrennt – wohl zur späteren Verzettelung. Das Datum hat Leibniz anschließend ergänzt.

Febr. 1677

Mira res: motum esse quiddam respectivum, nec distingui posse quodnam ex corporibus moveatur. Ideoque si affectio est, subjectum ejus erit non corpus ullum singulare, sed totus Mundus. Hinc etiam omnes effectus ejus respectivos esse neccesse est. Motus autem absolutus quem nobis fingimus non nisi animi nostri affectio est, dum nos ipsi vel alias res velut immobiles spectamus, quando ipsis velut immobilibus spectatis cuncta facilius intelligere possumus. Ex eo quod motus non unius corporis sed totius Mundi affectio est, patet causam primam rerum omnium totiusque Mundi unicam esse, nec alias esse intelligentias astrorum diversorum motrices.

Notandum tamen motum non in se formaliter, sed ratione causae considerando, posse attribui ejus corpori a cujus contactu provenit mutatio. Si quaerenti cur hic ignis urit, respondeam quia is ussit a quo accensus est, vel ita de quolibet, vel cur hic canis latrat, quia ejus pater latravit, nihil explicuere etiamsi enim eam hoc modo in infinitum, non ideo explicuero cur canes latrent, seu quae sit eorum latratus causa.

1 dimidia *erg. L* 2 est (*1*) dimidia (*2*) *PT L* 19 f. Notandum . . . mutatio. *erg.* (*1*) Si plura exi (*2*) Si *L*

Melius exemplum praebet consistentia. Quam aliqui per Tabulas sibi incumbentes explicant, sed rursus explicare debent unde ipsae tabulae sint consistentes; aut fateri se nihil perfecte explicuisse, nec rationem firmitatis intelligere, nisi supposita alia firmitate. Itaque firmitatem absolute non explicuere. Unde sequeretur firmitatem corpori competere per se, quod absurdum est.

Ex eo quod motus sit Ens respectivum, sequitur non dari vacuum, nam hinc tollitur motus in vacuo, quia nihil est quo dignosci possit. Quod autem dignosci non potest, ne ab omniscio quidem, id nihil est.

361. DE MODO PERVENIENDI AD VERAM CORPORUM ANALYSIN ET RERUM NATURALIUM CAUSAS

Mai 1677

Überlieferung:

L Konzept: LH IV 6, 8a Bl. 1–2. 1 Bog. 4°. 4 S.
l verb. Reinschrift: LH IV 8 Bl. 39–42. 2 Bog. 4°. 8 S. (Unsere Druckvorlage.)
E GERHARDT, *Philos. Schr.* 7, S. 265–269.

Die verbesserte Reinschrift weist ein Wasserzeichen auf, das die eigenhändige Datierung bestätigt.

Mai 1677

De modo perveniendi ad veram Corporum Analysin et rerum naturalium causas

Ante omnia, pro certo sumo omnia fieri per causas quasdam intelligibiles sive quae a nobis possent percipi, si quis angelus eas nobis vellet revelare. Cumque nihil a nobis accurate percipiatur, quam magnitudo, figura, motus et ipsa perceptio; hinc sequitur omnia per haec quatuor debere explicari et quoniam de iis

1–5 Melius . . . est. *erg. L* 20 omnia | mere *erg. u. gestr.* | fieri *L* 23 perceptio. Hinc *L* 23 explicari. Et *L*

rebus loquimur, quae videntur sine perceptione fieri, ut reactionibus liquorum, praecipitationibus salium etc. ideo reliquum est, ut explicentur per magnitudinem, figuram et motum, id est per Machinam. Quod vero hoc modo non poterit explicari, id ad cujusdam rei percipientis actionem erit referendum. Fingamus ergo Angelum aliquem venire, explicaturum mihi veram causam declinationis magneticae, et periodorum quae in ea observantur, is profecto mihi non satisfaciet, si talem esse dicat naturam magnetis, aut si dicat esse quandam sympathiam, vel quandam in magnete esse animam qua id faciat, sed opus est ut mihi causam explicet, qua intellecta videam tam necessario sequi quae experimur, quam necessario intelligo ex horologio cognito, quae sit causa ictuum mallei stato tempore evenientium.

Corpora aspectu composita ut planta, animal reducantur ad corpora aspectu simplicia, ut carnem, tendines, glandulas, sanguinem:

Corpora aspectu simplicia reducantur ad ea ex quibus aut quibus concurrentibus possunt produci ita orichalcum quod vocant, producitur ex cupro et cadmia accedente igne et aëre; Vitriolum ex sulphure aliove acido et cupro vel ferro.

Quia datur circulus in compositionibus ac productionibus (: ex. gr. rursus potest produci sulphur ex vitriolo; et nobis nondum notum est utrum vitriolum sit sulphure an sulphur vitriolo natura prius :), ideo sufficit nos paucas quasdam species posse determinare, ex quibus varias alias species et qualitates sensibiles possimus arte producere; cum enim intellecta causa intelligatur effectus, sequitur ex his paucis speciebus accurate intellectis, accedente accurata notitia eorum quae in praeparatione contingent, posse a nobis perfecte et ad machinae instar, explicari species reliquas omnes.

Caeteris ingredientibus computanda etiam sunt agentia, atque instrumenta generalia, ignis, aër, aqua, terra, sine quibus nihil possumus tractare, ac praeparare: et notandum etiam quaenam accesserint ignis, aëris, aquae, terrae species, eaeque etiam reducantur ad simplices et paucas. Certum enim est aërem plurimum conferre ad ignem, igne calcium pondus augeri; subtilem quandam vim per ipsa penetrare vitra, ut in congelationibus; crystallos aliquid ex aqua assumere, cum ex solutionibus emicant; vasa quoque

1 f. ut reactiones liquorum, praecipitationes salium *L* 9 quam (*1*) praevideo et praedicere possum (*2*) necessario intelligo *L* 10 f. evenientium. (*1*) Corpus unumquodque | aspectu simplex *erg.* | ut Sal commune, Nitrum, Sulphur (*2*) Corpora aspectu (*a*) simplicia (*b*) composita reducantur in corpora aspectu simplicia ut homo in carnem, sanguinem, tendines, glandulas, aliaque (*c*) simplicia (*d*) composita *L* 13 aut . . . concurrentibus *erg.* *L* 15 ex (*1*) sulphuris oleo (*2*) sulphure aliove acido *L* 16–18 productionibus (*1*) ideo utile (*2*) et nobis nondum notum (*3*) ex. gr. . . . prius, ideo suffecerit nos *L* 19 et . . . sensibiles *erg.* *L* 28 augere; (*1*) subtile quiddam (*2*) subtilem . . . vim *L* 29 ex (*1*) fumo (*2*) solutionibus *L* 29 quoque (*1*) terrea (*2*) contribuere *L*

contribuere ad alterationem eorum quae praeparantur: denique alia igne carbonum alia igne lampadis praestari.

Quando diversis adhibitis ingredientibus atque instrumentis idem prodit effectus referendus est, ad id quod est utrique commune.

Reductis omnibus aut certe plerisque ad paucas quasdam species, ut nitrum sal commune, sulphur, alcali, fuliginem, spiritum ardentem tunc opus tantum erit ut instituamus aut annotemus plurima experimenta, quae fiunt harum specierum combinatione inter se exempli gratia quod saponi (qui fit ope alcali et pinguedinis) injectus, sal communis facit terram praecipitari et pinguedinem aquae innatare.

Instituenda sunt quoad ejus fieri potest experimenta facta per se, id est in quibus praeter corpus similare unicum, nihil ad operationem concurrit, nisi agentia illa necessaria et generalia.

Deinde exhaustis experimentis per se; instituenda sunt experimenta quam plurima cum duabus tantum speciebus simul sumtis; ut cum nitro et sale communi tantum: ea varie igni, aqua, aëre tractando et varia ex iis praeparata conjungendo (verbi gratia praeparata ex sale tum inter se, tum cum praeparatis ex nitro).

Post Combinationes veniatur ad conternationes, etc., seu terniones ac quaterniones specierum.

Omnia experimenta, in quae paucae tantum concurrunt species ad scientiam utiliora sunt aliis, quia facilius est, divinare, in quonam lateat causa.

In experimentis quae fiunt plurium corporum conjunctione, tentandum est, utrum aliquid possit mutari vel rejici salvo experimento, ut oleum ab experimento ferrifico.

Tentanda sunt ea inprimis experimenta, in quibus analogia cum aliis experimentis singularem aliquem eventum spondet.

Credibile est ea, quae in multis jam compertis sunt similia, etiam in aliis quae nondum experti sumus, sed quae cum expertis connexionem habere videntur, fore similia, aut saltem appropinquantia. Sive autem eventus offendat etiam in reliquis similitudinem, sive fallat, semper lucrabimur.

Fieri potest ut quae in uno subjecto sunt nimis subtilia et capi vel sensu percipi non possunt, in alio possint capi; ita Gas vini nondum potest capi, Gas autem alterius corporis

6 spiritum vini | oleum adipem *erg. u. gestr.* | tunc *L* 10 sunt | aut annotanda *erg. u. gestr.* multa *erg.* | quoad *L* 10 facta *erg. l* 15 aëre *erg. L* 15 f. | verbi gratia *erg.* | praeparata | scilicet *erg. u. gestr.* | ex *l* 19 ad scientiam *erg. L* 20 quonam | subjecto *gestr.* | lateat *L* 21 corporum (*1*) combinatione (*2*) conjunctione *L* 22 f. ut lini . . . ferrifico. *erg.* | jactato *erg. u. gestr.* | Tentanda *L* 25 jam compertis *erg. L* 29 nimis (*1*) invisibilia (*2*) subtilia *L* 29 vel . . . percipi *erg. l*

forte potest capi. Ita in animalibus quoque videmus, quaedam vasa et organa in nonnullis esse insensibilia, in aliis valde notabilia.

Experimenta maxime annotentur quorum fidus atque infallibilis est successus.

Ea quoque omnia experimenta in Catalogum referantur quae habentur apud alios: modo certa sint et communi consensu approbata et distinctissime descripta.

Corpora eorumque praeparata examinentur ope Organorum Empiricorum: Librae, Thermometri, Hygrometri, Antliae pneumaticae, denique visu nudo et armato, olfactu atque gustu.

Nullum puto esse medium intimas corporum naturas discernendi, efficacius gustu. Quia gustus Corpora nobis in substantia applicat, et in nobis dissolvit, ita ut nos totam dissolutionem intime percipiamus.

Non Microscopia tantum adhibenda sed et specula concava perfecte polita et ex ingenti sphaera. Nam quia lentes eo magis augent quo minoris sunt diametri, specula vero quo majoris et vero augeri possunt diametri in infinitum, non vero minui, ideo utiliora videntur specula; deinde in speculis tantum superficiei opus bonitate: ac denique in uno speculo totum corpus uno ictu patebit, quod non est in Microscopio.

Verisimile est, causas eorum quae in corporibus (maxime in aspectu similaribus) fiunt non esse valde compositas; et si cui angelus aliquis, eas aperiret, atque explicaret forte miraremur, nos eas non invenisse dudum de nostro.

Verisimile ideoque est corpora ipsa aspectu similaria non esse adeo composita, ut desperandum sit eorum intimam constitutionem quantum ad multos usus nostros necesse est, a nobis posse deprehendi.

Quanquam corpora subdividantur in infinita alia subtiliora; neque credibile sit, ulla extare prima Elementa, id tamen nos non debet deterrere a causis quaerendis: ut enim is [qui saxis utitur in architectonica, non moratur exigua terrae frustula interjecta, et] qui aquis utitur in hydraulica non curat aërem in ea latentem, quem postea antlia Gerickiana extrahit: et qui terra utitur ad vallum ducendum non ratiocinatur de lapillis exiguis qui in ea passim reperiuntur, eumque nihil morantur: ita credibile est illorum subtilissimorum corporum in corpora nobis tractabilia ingredientium effectus non magis pertinere ad

4 Catalogum redigantur, quae *L* 7 Pneumaticae (*1*) et Microscopii subinde examinentur (*2*) denique *L* 7 f. armato, (*1*) gus (*2*) odore (*3*) | olfactu *erg.* | *L* 10 applicat, *erg. L* 10 ut (*1*) noster gustus (*2*) nos *L* 16 ictu videri poterit, quod *L* 17 (maxime in | aspectu *erg.* | similaribus) *erg. L* 19 miraremur, (*1*) id (*2*) nos | eas *erg.* | *L* 23 in infinitum, in alia *L* 25 qui . . . | in architectonica *erg.* | . . . et *L vom Schreiber ausgelassen l* 27 ad (*1*) fortificationes (*2*) vallum ducendum *L* 27 exiguis *erg. L* 28 eumque . . . morantur *erg. L* 28 est (*1*) subtiliorum (*2*) illorum *L* 29 in corporibus a nobis tractabilium effectus *L*

Phaenomena nostra, quam lapilli in aggere existentes vel etiam corpuscula insensibilia terram componentia ad firmitatem munimenti.

Si corpora invisibilia in corporibus visibilibus latentia et ad effectum eorum quae apparent experimentorum notabiliter concurrentia, adeo essent varia, tunc etiam essent valde subtilia et si adeo subtilia essent, tunc levissimo momento mutarentur et corpora, ut nitrum, sulphur non tamdiu in suo statu perdurarent, eademque experimenta producerent.

Si Corpora illa ad effectum Phaenomenorum concurrentia adeo a nobis remota essent et subtilia, tunc levis aliqua et superficiaria mixtura duorum liquorum non posset tantos producere effectus; aut sequeretur, quamlibet mixturam etiam maximos producere effectus.

Effectus physici levibus mechanicis Enchirematis, ut agitatione, flatu, affusa aqua, etc. plurimum intenditur ac remittitur. Exempli causa: aqua oleo vitrioli subito superfusa magnum calorem producit quod non facit lente instillata: trituratione corpora valde alterantur. Quae omnia certo sunt indicio, non adeo remota a nobis esse, quae tam facile crassas nostras Enchireses percipiunt.

Duplex est resolutio: una corporum in varias qualitates per Phaenomena seu experimenta; altera, qualitatum sensibilium in causas sive rationes per ratiocinationem.

Itaque accuratissima ratiocinatione instituta quaerendae sunt qualitatum causae formales et generales quae scilicet omnibus hypothesibus sint communes et instituendae accuratae, sed generales, possibilium in iis modorum dinumerationes, ut in pondere elastro, lumine seu calore, frigore, liquiditate, firmitate, tenacitate, volatilitate, fixitate, solubilitate, praecipitatione ex menstruo, crystallisatione. Has analyses si combinemus cum experimentis, quaenam in quolibet subjecto cujusque qualitatis sit causa, deprehendemus. Haec autem per definitiones et linguam rationalem egregie inprimis fient.

1 f. vel . . . componentia *erg. l* 3 Si (*1*) exigua | nimis *erg.* | corpora tantum ef (*2*) varia adeo corpora (*3*) corpora *L* 4 apparent (*1*) phaeno (*2*) experimentorum *L* 4 etiam (*1*) levissima ratione mutarentur, et perturb (*2*) essent *L* 12 agitatione, (*1*) motu, bacillo *L* (*2*) | motu bacilli *gestr.* | flatu *l* 13 , etc. *erg. l* 13 remittitur, (*1*) unde sequitur (*2*) exempli causa *L* 13 f. superfusa mirum calorem *L* 20 sint (*1*) possibiles (*2*) | communes *erg.* | *L* 21 in iis *erg. l* 21–23 ut ponderis, elateris, luminis seu caloris, frigoris, liquiditatis, firmitatis, tenacitatis, volatibilitatis, fusibilitatis, solutibilitatis, praecipitationis ex menstruo, crystallisationis. Has *L* 25 f. deprehendemus. (*1*) Ista per definitiones et linguam philosophicam egregie fient. (*2*) Haec . . . linguam (*a*) philosophicam (*b*) rationalem . . . fient. *l*

362. PRINCIPIA MECHANICA EX METAPHYSICIS DEPENDERE
[Sommer 1678 bis Winter 1680/81 (?)]

Überlieferung:

L Konzept: LH XXXVII 4 Bl. 85–86. 1 Bog. 4°. 4 S. (Geringer Textverlust ergänzt nach *E*.)

E GERHARDT, *Philos. Schr.* 7, 1890, S. 280–283.

Wir datieren unser Stück nach dem häufig belegten Wasserzeichen. Inhaltlich besteht ein enger Zusammenhang mit der Abhandlung *De concursu corporum* von Januar 1678.

Tempus erat quo credebam, omnia Motuum Phaenomena principiis pure Geometricis explicari posse, nullis Metaphysicis propositionibus assumtis, et concursuum Leges ex solis motuum compositionibus pendere; sed hoc impossibile esse profundiori meditatione deprehendi; didicique veritatem tota mechanica potiorem, scilicet omnia quidem in natura explicari posse Mechanice, sed ipsa principia mechanica ex metaphysicis et quodammodo moralibus, id est contemplatione causae efficientis et finalis, Dei scilicet perfectissime operantis, dependere; ex caecis autem compositionibus motuum nullo modo deduci posse.Et proinde impossibile esse, ut nihil sit in mundo praeter materiam ejusque variationes quod Epicuri secta statuebat. Quod ut clarius appareat repetam prius paucis, quae olim statui posse credideram, et deinde dicam quid me ab ea sententia abduxerit.

Fig. 1.



Ponamus duo corpora *A* et *B* in fig. 1. quae instar punctorum hoc loco considero concurrere sibi directe in linea recta *AB*, et eodem momento egressa ex locis $_1A$ et $_1B$, ac

9 assumtis, (*1*) unde putabam ad (*2*) et *L* 14 ex (*1*) brutis (*2*) caecis *L* 15 proinde (*1*) si nihi (*2*) impossibile *L* 17 appareat (*1*) repetebam (*2*) repetam *L* 20 f. fig. 1. (*1*) occurrer (*2*) | quae . . . | hoc loco *erg.* | considero *erg.* | concurrere (*a*) celeritate quacunque (*b*) sibi *L* 22 *AB*, (*1*) ita qui (*2*) ex locis $_1A$ et $_1B$ in loco $_2A_2B$ (*a*) celeritatibus (*b*) corpus quidem *A* celeritate (*aa*) $_1A_2A$, corpus autem *B* celeritate $_1B_2B$, id est ut illud (*bb*) repraesentata per rectam $_1A_2A$, corpus autem *B* celeritate repraesentata per rectam $_1B_2B$ (*aaa*) quia illud (*bbb*) quas rectas unumquodque eodem tempore motu ⟨ – ⟩ (*3*) et (*a*) corpus (*b*) corpora quidem *A* et *B* (*4*) | et *str. Hrsg.* et *erg.* | *L* 23 momento (*1*) egredi (*2*) egressa ex (*a*) loco (*b*) locis *L*

motu aequabili pergentia concurrere in locis ${}_2A$ et ${}_2B$, et proinde celeritates eorum repraesentari per rectam ${}_1A_2A$, et ${}_1B_2B$ quas eodem tempore absolverunt.

Dicebam tardius B abripi a celeriore A, et a loco concursus ${}_2A_2B$ simul ferri in ${}_3A_3B$, celeritate ${}_2A_3A$ (vel ${}_2B_3B$) quae sit differentia priorum celeritatum ${}_1A_2A$, et ${}_1B_2B$ seu tanto tempore quo ante concursum venerant simul A ex ${}_1A$ in ${}_2A$, et B ex ${}_1B$ in ${}_2B$, nunc post concursum simul ventura esse, A ex ${}_2A$ in ${}_3A$, et B ex ${}_2B$ in ${}_3B$, et ${}_2A_3A$ vel ${}_2B_3B$, fore aequalem ${}_1A_2A$ minus ${}_1B_2B$.

Demonstrationem ex eo petebam, quod supponebam in corpore nihil aliud considerari posse, quam molem, hoc est extensionem et impenetrabilitatem, sive quod eodem redit spatii seu loci impletionem; in motu autem nihil aliud considerari posse quam mutationem eorum quae diximus, seu mutationem loci. Quod si ergo nihil aliud affirmare volumus, quam quod ex his notionibus sequitur, dicemus causam cur corpus unum aliud impellat, petendam esse, ex natura impenetrabilitatis, dum enim corpus A impingit in corpus B, et ipsum penetrare non potest, non potest motum suum continuare, quin ipsum secum abripiat. Cumque in ipso momento concursus pergere conetur, conabitur alterum secum abripere; id est incipiet abripere, seu alteri quoque conatum imprimet eadem celeritate et directione eundi, omnis enim conatus est initium actionis, ergo et initium continet effectus, seu passionis in eo in quod agitur. Et is conatus successum habebit plenum, atque A quidem eadem celeritate perget, B autem post concursum eadem celeritate et directione movebitur, qua A venerat; si modo nihil obstet; nihil autem obstat, si corpus B ante concursum ponatur esse in quiete ut in fig. 2. (ubi puncta ${}_1B$ et ${}_2B$ coincidunt), sive indifferens ad quemlibet motum recipiendum, itaque in casu figurae 2. ipsi ${}_1A_2A$ aequabitur recta ${}_2A_3A$ vel ${}_2B_3B$. Nam dicere materiam

Fig. 2.



1 proinde (*1*) celeritatem unius (*2*) celeritates eorum *L* 2 f. absolverunt (*1*) Dico | si corpora considerantur ut dura, nec aliquid aliud quam molem sive materiam extensam in se continentia, (*a*) et tr (*b*) si (*aa*) motus nihil aliud est quam translatio ⟨ – – ⟩ (*bb*) in motu nihil aliud quam loci mutatio est *erg.* | tardius B abripi a celeriore A, et post concursum ${}_2A_2B$ ambo simul ferri ex ${}_2A_2B$ in ${}_3A_3B$ (*2*) Dico (*3*) Dicebam *L* 6 simul *erg. L* 9 molem, (*1*) ite (*2*) hoc *L* 9 impenetrabilitatem, (*1*) et in motu nihil a (*2*) sive *L* 10 seu loci *erg. L* 11 loci. (*1*) His suppositis (*2*) Quod *L* 16 abripere; (*1*) cumque hinc si in 2da figura alterum B ponatur quiescere (coincidentibus punctis ${}_1B$ et ${}_2B$) utique conatu suo ipsi eundem conatum imprimet. (*a*) Nam omnes (*b*) Omnis enim conatus est initium motus seu effectus in uno, et initium effectus (*2*) id *L* 18 directione (*1*) prosequendi, quae (*2*) eundi, *L* 21 is (*1*) quidem (*2*) conatus *L* 23 si (*1*) quidem (*2*) modo *L* 24 quiete (*1*) , sive (*2*) ut . . . sive *L* 25 figurae 2. (*1*) ${}_1A_2A$, erit aequalis (*2*) ipsi *L* 26 dicere (*1*) corpus (*2*) materiam *L*

motui resistere et totum ex A et B compositum nunc tardius moveri, quam antea solum A, est aliquid asserere, quod ex simplici natura corporis et motus, qualem supra assumsimus, si in ea nihil aliud quam spatii impletionem et mutationem intelligimus, duci non potest.

Si vero in fig. 3. ponamus duo corpora sibi occurrere celeritate aequali, post concursum ambo quiescent. Nam corpus A in momento concursus duos habebit conatus, unum pergendi celeritate qua venit, nempe celeritate ${}_1A_2A$, alterum regrediendi celeritate qua alterum B venit, ${}_1B_2B$, quae celeritati ${}_1A_2A$ est aequalis, itaque moveri intelligetur duobus motibus oppositis aequalibus, ut uterque conatus effectum habere intelligatur id est quiescet. Nam si in fig. 4. in navi LM pila C a prora ad puppim currat celeritate ${}_1C_2C$, et interim navis progrediatur celeritate ${}_1M_2M$, quae sit ipsi ${}_1C_2C$ aequalis, tunc pila omni suo conatu locum non mutabit, sed eidem puncto N ripae immotae respondebit. Et quod de corpore A diximus in fig 3 dicendum erit et de altero B.

Fig. 3.



Fig. 4.



Si vero ut in fig. 1. alterutrum corpus celerius moveatur id vincet, et ambo pergent directione quidem celerioris, differentia autem celeritatum. Nam corpus quidem A momento concursus duos habebit conatus, unum pergendi celeritate ut ${}_1A_2A$, majore; regrediendi celeritate ut ${}_1B_2B$, minore; corpus vero B itidem duos sed contra pergendi celeritate minore ${}_1B_2B$, regrediendi celeritate majore ${}_1A_2A$. Qui conatus ut omnes suum effectum sortiantur, rursus motus istos inter se componamus, quos conatus isti exigunt. Semper autem si corpus moveatur duobus motibus oppositis simul, in summa movebitur directione majoris, at differentia celeritatum, id est ambo simul ibunt in fig. 1. ex ${}_2A_2B$ in ${}_3A_3B$ celeritate ${}_2A_3A$ vel ${}_2B_3B$, quae est ${}_1A_2B$ minus ${}_1B_2B$. Quod rursus exemplo navis intelligemus in fig. 5, nam si ripa sit $NPQR$, navis autem LM in flumine pergat ex ${}_1L_1M$ in

2 aliquid (*1*) assumere, (*2*) asserere, *L* 3 assumsimus, (*1*) et (*2*) in qua (*3*) si in ea *L* 10 aequalis, (*1*) itaque ex (*2*) quod autem mo (*3*) itaque *L* 12 aequalibus, (*1*) omnis enim conatus plenum (*2*) ut *L* 15 pila (*1*) respect (*2*) re (*3*) omni *L* 17–19 Et . . . altero *B. erg. L* 20 f. corpus (*1*) fortius (*2*) celerius *L* 21 vincet, (*1*) nam cum am (*2*) ⟨id qu⟩ (*3*) corpus *B* moveatur (*4*) et *L* 24 unum (*1*) regrediendi cel (*2*) pergendi *L* 24 ${}_1A_2A$, (*1*) alterum (*2*) majore *L* 24 ${}_1B_2B$, (*1*) ergo t (*2*) minore; *L* 27 autem (*1*) duo (*2*) si *L* 28 directione . . . at *erg. L* 29 f. id . . . simul (*1*) pergent (*2*) ibunt in fig. 1 (*a*) ut (*b*) ex . . . ${}_2B_3B$, (*aa*) id (*bb*) quae est (*aaa*) ${}_1A_2A$ (*bbb*) ${}_1A_2B$ minus ${}_1B_2B$ *erg. L* 30 f. ripa (*1*) ⟨navis⟩ (*2*) sit *L*

Fig. 5.



$_2L_2M$ celeritate NP, secumque ferat corpus C in navi interim procurrens a prora versus puppim celeritate $_1C_2C$, manifestum est id duabus ferri celeritatibus oppositis, una navis PR, majore (aequali ipsi NP) altera minore propria contraria QP (aequali ipsi $_1C_2C$) ergo revera transferri respectu ripae ex loco Q in locum R, in easdem partes in quas tendit navis, seu directione celeritatis majoris, celeritate QR quae est differentia celeritatum PR et QP.

Superest unus adhuc casus, si in fig. 6. corpora A et B tendant ad easdem partes in eadem recta, sed A celerius assequatur ipsum B tardius inque ipsum ita impingat tunc ambo pergent simul celeritate majoris, seu celeritate $_2A_3A$ vel $_2B_3B$ quae sit aequalis celeritati $_1A_2A$. Seu ut in praecedentibus differentia celeritatum detrahenda est celeritati majori cum sibi occurrerent, ita nunc eadem adjicienda est celeritati minori, cum celerius incurrit in tardius. Nam impingit in ipsum solo excessu celeritatis, quatenus enim eandem celeritatem habent unum in alterum non agit, perinde ac si in eadem navi lata essent motu ejus communi, in ipsa autem navi tardius quidem quiescere, celerius autem differentia celeritatum in ipsum incurrere poneretur. Si vero simpliciter posuissemus celerius totam suam celeritatem imprimere tardiori antecedenti, tunc non simul pergerent, quod tamen hic semper alias fit, sed celerius suam retineret velocitatem, tardius summa velocitatum moveretur, et ita fieret celerius.

Fig. 6.



5 *PR*, (*1*) | seu *NP erg.* | altera contraria propria (*2*) | majore *erg.* | *L* 6 minore *erg.* propria (*1*) *QP* (*2*) contraria *L* 8–10 *R*, (*1*) celeritate *QR* quae est (*a*) ⟨ – ⟩ (*b*) differentia celeritatum *PR* et *QP*, (*aa*) directionem autem habet majoris, tendit enim | *QR erg. u. gestr.* | a *P* versus *R* (*bb*) venit enim a *Q* ad *R*, id est (*aaa*) tendendo ad *R* ⟨ – ⟩ (*bbb*) directione *PR*, (*2*) in easdem . . . *QP*, *L* 11 si (*1*) corpus (*2*) in *L* 12 ita *erg. L* 14 f. detrahenda est (*1*) majori, ita hic adji (*2*) celeriori (*3*) | celeritati *erg.* | majori *L* 16 | celeritati *erg.* | minori, cum (*1*) unum (*2*) tardius (*3*) celerius *L* 20 communi, (*1*) celerius autem (*a*) in (*b*) absolute (*2*) in *L* 21 Si (*1*) enim (*2*) vero *L* 22 celerius (*1*) totam suam (*2*) tota sua celeritate (*3*) totam *L* 22 antecedenti, (*1*) utique (*2*) tunc *L* 23 pergerent, (*1*) sed (*2*) quod *L* 24 ita (*1*) praecur (*2*) fieret *L*

14–17 Seu . . . tardius: *Der erste Teil dieser kontrastierenden Gegenüberstellung stimmt mit dem Vorangehenden nicht überein. Der Satz müßte vielmehr sinngemäß lauten*: Seu ut in praecedentibus celeritas minor detrahenda est celeritati majori cum sibi occurrerent, ita nunc differentia celeritatum adjicienda est celeritati minori, cum celerius incurrit in tardius.

Haec quae de concursu corporum ita conclusimus, in eo maxime ab experientia dissentiunt, quod magnitudine corporis movendi aucta, ut in fig. 2. non ideo statuitur celeritatis minui; nam de reliquo, eadem fere fiunt, si duo corpora mollia et elastro carentia, cujus vi post concursum dissilire cogantur, concurrere sinamus, ut duos globos argillaceos chartae involutos, ex filis suspensos; nisi quod divisio per eorum summam instituenda est, seu celeritas dimidianda est, cum corpora sunt aequalia. Cogitabam autem etsi in statu corporum extra systema posito, et ut ita dicam rudi contingerent, quae concluseram, ita, ut corpus maximum quiescens a minimo impingente eadem qua minimum celeritate abriperetur, in systemate tamen seu in corporibus circa nos tale quid fore perabsurdum, ita enim minimo negotio maxima turbarentur, et proinde variis artificiis hunc effectum impediri. Corpora enim Elastro esse praedita, et flexilia, et partem impelli saepe toto non impulso; sed cum cogitarem quomodo in universum ratio reddi posset ejus, quod in summa experimur, ut aucta mole minuatur celeritas, uti videmus navem eandem secundo flumine eo ferri tardius, quo magis oneratur, haesi utique, atque omnibus frustra tentatis deprehendi hanc ut ita dicam inertiam corporum, ex sola illa initio posita materiae et motus notione, qua materia quidem intelligitur id quod extensum est seu spatium replet; motus autem spatii seu loci mutatio; deduci non posse, sed praeter haec quae ex sola extensione ejusque variatione seu modificatione deducuntur, adjiciendas atque agnoscendas esse in corporibus notiones sive formas quasdam ut ita dicam immateriales sive ab extensione independentes; quas appellare possis potentias, quibus celeritas magnitudini attemperatur, quae potentiae [n]on in motu, imo nec in [co]natu seu motus [initi]o, sed in causa sive ratione intrinseca [motus] ea qua opus est lege continuandi consistunt. Et in eo erratum est, quod motum quidem consideravere autores, sed non potentiam motricem seu motus rationem quam etsi a Deo rerum autore et gubernatore petamus non tamen in ipso Deo esse, sed ab eo in rebus produci conservarique intelligendum est. Unde etiam non eandem quantitatem motus (quod plerosque decepit), sed potentiae, in mundo servari, ostendemus.

3 si (*1*) ponamus (*2*) duo *L* 3 mollia (*1*) elastro carentia, et concursu a se invicem non repulsa sibi occurrant corpora post concursum a se invicem (*2*) | et *erg.* | *L* 5 chartae (*1*) inclusos, (*2*) involutos, *L* 6 seu (*1*) corpo (*2*) celeritas *L* 7 etsi (*1*) abstracta Motus (*2*) in *L* 7 systema (*1*) qu (*2*) | posito, . . . rudi *erg.* | *L* 7 f. quae (*1*) ita (*2*) concluseram, *L* 10 perabsurdum, (*1*) mi (*2*) ita *L* 11 impediri. (*1*) Corpus (*2*) Corpora *L* 12 impelli (*1*) toto (*2*) saepe *L* 13 ejus *erg.* *L* 13 ut (*1*) adjecta (*2*) aucta mole (*a*) auge (*b*) minuatur *L* 17 seu loci *erg.* *L* 18 variatione (*1*) ducuntur (*2*) seu *L* 22 motus (*1*) tentam (*2*) [initi]o, sed *L* 22 causa (*1*) motus ⟨consist⟩unt (*2*) sive *L* 23 quod (*1*) olim (*2*) motum *L* 24 etsi (*1*) De (*2*) a *L* 26 f. motus (*1*) , sed (*2*) (quod *L*

363.PHYSICA SCIENTIA ATTRIBUTORUM CORPORIS
[Sommer 1678 bis Winter 1680/81 (?)]

Überlieferung: *L* Konzept: LH XXXVII 3 Bl. 7–8. 1 Bog. 2°. 1 $^{2}/_{3}$ Sp. auf Bl. 7. (Oberes linkes Viertel ausgeschnitten.) (Auf Bl. 8 N. 364.)

Dieses und die folgenden drei Stücke N. 364 bis 366 befassen sich mit der *physica nova instauranda*. Sie sind auf Papieren mit identischem Wasserzeichen geschrieben. Inhaltlich können N. 363 und 364 als Vorarbeiten für die beiden folgenden Stücke gelten.

PHYSICA est scientia attributorum corporis.

ATTRIBUTA autem quae de corpore cognoscuntur sunt vel Distincta vel Confusa.

DISTINCTA sunt de quibus intelligimus in quae resolvantur. Exempli gratia: Extensum, id est habens partes, easque inter se situm habentes. Itaque extensi notio resolvitur in duas alias magnitudinis et situs. Magnitudinis autem consideratio petenda est ex Algebra vel Arithmetica, situs autem ex Geometria. Mobile, id est quod mutare situm potest. Itaque notio Motus resolvitur in notionem situs et mutationis. Et situs quidem consideratio sumitur ex Geometria, mutationis ex metaphysica.

CONFUSA sunt de quibus non intelligimus in quae resolvantur. Ut rubrum, calidum. Etsi enim discernamus rubrum a non rubro, non tamen ideo possumus explicare quid sit rubrum, sive quomodo rubedo producatur. Itaque caeco nullis descriptionibus explicare

8 (*1*) Attributa s (*2*) Physica est Scientia quae affectiones corporis ex ejus attributis demonstrat. Attributa (*a*) sunt (*b*) vel distincte cognoscuntur, vel tantum confuse. Priora intelligimus, posteriora tantum sentimus. (*3*) Physica *L* 8 f. attributorum *erg.* corporis (*1*) PRAEDICATA (*2*) | ATTRIBUTA *erg.* | *L* 10 Confusa. (*1*) DISTINCTA sunt, quae (*a*) ⟨intellecta⟩ (*b*) per alia simpliciora explicare possumus, si quidem explica (*c*) per suas definitiones explicare possumus, (*aa*) si (*bb*) modo non per se concipiantur ut magnitudo. Confusa sunt, quae alteri (*aaa*) vel per se vel certe per alia in quae resolvuntur, (*bbb*) concipimus, | (*ccc*) intelligimus *erg.* | ut extensionem, magnitudinem, figuram, motum. (*2*) CONFUSA sunt (*3*) DISTINCTA *L* 11 sunt (*1*) quae (*2*) de *L* 11 f. gratia (*1*) , Extensum (*2*) : Extensio (*3*) : Extensum *L* 12–16 | Itaque (*1*) extensio (*2*) extensi . . . Geometria *erg.* | (*a*) Mobile, id est cujus (*aa*) situs (*bb*) locus respectu alterius est mutabilis. Motus id est mutatio (*aaa*) loci (*bbb*) situs (*ccc*) loci (*b*) Motus est mutatio situs | (*c*) Mobile id est quod (*aa*) situm (*bb*) mutare situm potest. *erg.* | Mutatio autem postulat tempus, sive prius posterius et simul. (*d*) | Mobile . . . consideratio (*aa*) pendet (*bb*) sumitur . . . metaphysica *erg.* | *L* 18 enim | probe *gestr.* | discernamus *L* 19–S. 1982.3 producatur. | (*1*) Et si quis Indus nostrae (*2*) Itaque caeco nullis (*a*) exc (*b*) descriptionibus . . . rubedo. (*aa*) Explici (*bb*) Circulus . . . etsi (*aaa*) non (*bbb*) nunquam . . . sensu (*aaaa*) explicantur (*bbbb*) aliis traduntur *erg.* | *L*

possum, quid sit lux vel rubedo. Circulus autem quid sit explicare illi possum, etsi nunquam vel visu vel tactu circulum percepisset. Itaque notiones distinctae definitione, at confusae sola ostensione sive sensu aliis traduntur.

Attributa distincta tractantur in Metaphysica et Mathematica, et eatenus Physica his duabus scientiis subordinata est. Confusa vero physicae propria sunt, et in his consistit historia naturalis, ad scientiam vero acquirendam non conferunt, nisi quatenus distincta illis applicantur; nam alioqui nullam intellectualem resolutionem sive analysin instituere possemus. Exempli causa quia sensu visus deprehendimus angulum incidentiae et reflexionis radii lucidi esse aequales; ex hac hypothesi in physica ratiocinari possumus geometrica certitudine. Resolutio autem quae sensu deprehenditur, etsi utilissima sit ad resolutionem intellectualem reddendam faciliorem, non tamen eam statim exhibet, neque efficit, ut notio cesset esse confusa. Exempli gratia saepe deprehensum est ex flavo et caeruleo mixtis existere viride; sed non ideo demonstratum est hoc de omni viridi nam quoties propositio aliqua sola inductione constituitur, nunquam certi sumus eam esse plane universalem; et licet verum esse constanter deprehenderetur, non ideo menti nostrae apparet quomodo ex juncta apparentia caerulei et flavi diversa adeo ab ambabus existat, nempe apparentia coloris viridis. In his vero quae distincte percipimus longe secus est, exempli causa quomodo ex duobus motibus oppositis fiat quies; facile enim patet demonstrarique potest si corpus aliquod in tabula procedat versus orientem, et tabula corpus secum ferens eadem celeritate contrario plane motu, tendat versus occidentem, corpus esse quieturum, sive eandem a circumstantibus omnibus quiescentibus distantiam servaturum. Talia quae distincte cognoscuntur etiam ante experimentum infallibiliter praedici possunt; priora vero per experientiam discere debemus.

4 distincta (*1*) petuntur ex Metaphysicis et Mathematicis, confusa a sensu (*2*) tractantur *L* 4 in (*1*) Metaphysicis et Mathematicis (*2*) Metaphysica et Mathematica *L* 5 scientiis *erg. L* 5 f. sunt, (*1*) neque (*a*) in scientiam redigi possent, nisi quatenus (*b*) ad scientiam acquirendam (*2*) et . . . naturalis | (*a*) quae constitui (*b*) et inductione constitui possunt observationes generales, quae ad praxin sane utiles sunt *gestr.* | . . . non *erg.* | *L* 7 intellectualem *erg. L* 8 visus *erg.* deprehendimus (*1*) angulum incidentiae et reflexionis aequales in | (*2*) radium a lucido egredientem, et opaco occurrentem habere *erg.* | (*3*) angulum *L* 10 f. deprehenditur, (*1*) non (*2*) etsi . . . neque *L* 12 saepe (*1*) deprehendum (*2*) deprehensum *L* 13 mixtis *erg. L* 13 hoc (*1*) semper (*2*) de *L* 13–15 nam . . . universalem *erg. L* 16 ex (*1*) apparentiis illis (*a*) pri (*b*) caerulei et fluvi diversis (*2*) juncta . . . diversa *L* 16 adeo (*1*) existat, qui (*2*) ab *L* 17 existat, (*1*) qui vi (*2*) nempe (*a*) coloris viridis (*b*) apparentia *L* 19 demonstrarique potest *erg. L* 20 corpus secum ferens *erg. L* 20 contrario plane motu *erg. L* 23 infallibiliter *erg. L* 23 vero (*1*) ab experientia (*2*) experientia sola (*a*) nobis (*b*) constant (*c*) certo possunt (*3*) per *L*

364. VERITATES PHYSICAE
[Sommer 1678 bis Winter 1680/81 (?)]

Überlieferung: *L* Konzept: LH XXXVII 3 Bl. 7–8. 1 Bog. 2°. 2 ½ Sp. auf Bl. 8. (Auf Bl. 7 N. 363.)

Zur Datierung vgl. N. 363.

VERITATES PHYSICAE sunt vel intellectuales vel sensuales vel mixtae.

INTELLECTUALES sunt quae sola ratione cognoscuntur, suntque rursus vel Axiomata vel Theoremata.

AXIOMATA sunt quae sine probatione assumi possunt, tanquam per se manifesta, exempli causa si duo gravia sint per omnia aequalia et similia, et suspendantur eodem modo a duobus brachiis aequalibus *ca, cb* ejusdem librae, erunt in aequilibrio. Hoc sane omnes admittent etiamsi non sint experti, nec alios expertos fuisse audiant, itaque est veritas intellectualis; neque postulabunt ut ratione aliqua confirmetur, itaque est axioma.



Theoremata sunt veritates intellectuales quae ex aliis demonstrantur; exempli gratia si duo corpora gravia ejusdem materiae diversae magnitudinis suspendantur ex duobus brachiis quae sint inter se reciproce ut corporum ex iis suspensorum

6 (*1*) Propo (*2*) VERITATES PHYSICAE sunt vel Empiricae vel Dogmaticae. EMPIRICAE sunt quae (*a*) experiundo | (*b*) sensu *erg.* | probantur: et rursus sunt vel (*aa*) Experimenta vel Observationes (*bb*) Historiae (*cc*) singulares (*aaa*) vel magis generales (*bbb*) sive Historiae, exempli gratia (*ccc*) vel magis universales (*ddd*) quae dicuntur Historiae, vel magis universales, quae dicuntur Experimenta. Historiae (*3*) VERITATES *L* 6 vel (*1*) sensiles, vel (*2*) intellectuales *L* 6 vel (*1*) sensiles (*2*) | sensuales *erg.* | *L* 7 cognoscuntur, (*1*) ut (*2*) verbi gratia quod duo (*a*) pergravia (*b*) gravia (*aa*) lancibus aeq (*bb*) per omnia aequalia et similia, ejusdem librae brachia aequalia habentis duabus lancibus imposita, erunt in aequilibrio, neque enim ad hoc sciendum (*aaa*) est (*bbb*) opus est (*3*) suntque *L* 8 vel (*1*) Conclusiones (*2*) Theoremata *L* 11 et (*1*) imponantur duabus lanci (*2*) suspendantur | eodem modo *erg.* | *L* 12 *ca, cb erg. L* 13 admittent (*1*) sine probatione neque (*a*) experientia opus est (*b*) opus est ut faciamus experien (*2*) etiamsi *L* 14 fuisse (*1*) audivissent, (*2*) audiant, *L* 15 axioma. (*1*) Conclusiones (*2*) Theoremata *L* 17–S. 1984.4 *Zwei Vorzeichnungen der zweiten Figur gestrichen. L* 17 gravia *erg. L*



magnitudines, erunt in aequilibrio; ut si pondus quidem *b* sit duplum ponderis *a*, sed brachium *cb* dimidium brachii *ca*. Haec propositio ex paulo ante dicta demonstratur assumtis quibusdam ratiociniis geometricis.

Veritates physicae SENSUALES sunt quae solo sensu a nobis cognoscuntur; suntque vel Historiae vel Inductiones.

HISTORIAE sunt veritates sensuales singulares, ut relatio Eclipseos cujusdam lunaris.

INDUCTIONES sunt veritates sensuales universales ex pluribus singularibus consentientibus, suntque vel observationes vel experimenta.

OBSERVATIONES sunt inductiones ad quas tantum opus est ut spectatores agamus, tales sunt observationes coelestes, ut post diem semper sequi noctem; solis viam esse obliquam ad aequatorem, et alia id genus.

EXPERIMENTA sunt inductiones, ubi non nudos spectatores agimus, sed corpora tractamus vel immutamus, talia sunt experimenta chymicorum.

Inductiones habent suos gradus universalitatis, suntque aliae aliis certiores. Exempli gratia nemo prudens dubitat, quin cras sol sit oriturus; sed rhabarbarum purgare, non aeque certum est, aliquando enim fit ut nonnulli vix fortissimis medicamentis solicitentur. Saepe tamen contenti esse cogimur propositionibus plerumque veris, praesertim in Medicina. Nonnullae inductiones sunt plane insufficientes, et imprudenter illis fiditur. Exempli gratia, quoniam nautae notaverunt suo tempore nullam esse declinationem acus magneticae apud insulas Azores dictas, non ideo concludere debuerunt idem sequentibus temporibus futurum esse, nec proinde debuerunt hujus observationis causa primum meridianum per has insulas ducere.

VERITATES MIXTAE sunt quae partim ex sensualibus partim ex intellectualibus concluduntur. Exempli causa quod speculum concavum radios colligat, hoc pendet partim ex observatione sensu deprehensa, quod nimirum angulus incidentiae et reflexionis radii sint aequales, partim ex ratiociniis geometricis.

1 f. ut . . . *ca. erg. L* 4 geometricis (*1*) , neque eam credere (*2*) quisqua (*3*) neque eam credent (*4*) . Veritates *L* 6 cognoscuntur; (*1*) exemp (*2*) suntque *L* 6 vel (*1*) singulares vel universales (*2*) Historiae *L* 9 sunt (*1*) vel exp (*2*) veritates *L* 10 vel (*1*) expe (*2*) observationes *L* 12 ut (*1*) cum scimus (*2*) post *L* 15 tractamus vel *erg. L* 15 chymicorum. (*1*) Mixtae sunt quae ex sensualibus et intellectualis inter se ju (*2*) Inductiones *L* 17 purgare, (*1*) vitrum antimon (*2*) non *L* 18 nonnulli (*1*) nec (*2*) fortiss (*3*) vix *L* 19 f. Saepe . . . Medicina *erg. L* 21 nautae | olim *erg. u. gestr.* | notaverunt *L* 22 magneticae (*1*) corvi (*2*) apud (*a*) insulam Corvi dictam non (*b*) insulas (*aa*) | Canaria *erg. u. gestr.* | (*bb*) Azores *L* 26 concluduntur. (*1*) Itaque semper sunt conclusiones (*2*) Exempli *L* 27 partim *erg. L* 27 observatione (*1*) et (*2*) sensu *L* 27 nimirum (*1*) radii (*2*) angulus *L* 28 aequales, (*1*) et ex consideratione ter (*2*) partim *L*

Ubi notandum nos ratione quidem conjicere posse aequalitatem anguli incidentiae et reflexionis; imo, ubi naturam lucis cognoverimus, etiam demonstrare. Sed ad discendam lucis naturam prius opus est observationibus sensuum, ex quibus haec ipsamet de angulorum aequalitate, una esse potest.

Patet etiam ex his eandem veritatem uni posse esse intellectualem, alteri sensualem, prout in ejus notitiam devenit. Notandum est etiam etsi in ratiocinationibus physicis saepe opus sit conjecturis, tamen ipsam conjectandi artem certis quibusdam regulis niti, quas etsi quandoque eventus destituat, plerumque tamen voto respondent; et prudentis viri officio functi sumus si eas sequamur. Serviunt vero hae conjecturae non tantum in usu vitae, sed etiam ut facienda experimenta nobis in mentem veniant quibus postea certi reddamur an recte conjecerimus; exempli causa quia spiritus ardens ex vino destillare potest, probabile erat eundem destillaturum et ex frumento et aliis, tentandum tamen erat antequam tuto crederetur: ita is qui observaverat aquam in antliis tantum ad triginta pedes elevari posse recte conjecit Hydrargyrum seu Mercurium vix ad totidem pollices elevatum iri, quia est plus quam duodecuplo gravior aqua; sed opus erat experimento ut securi redderemur, poterat enim haec elevationis terminatio ab alia longe causa quam liquoris gravitate oriri.

Et hic quidem modus procedendi per conjecturas utramque in physicis et civilibus paginam facit, imo et in arithmetica et in geometria aliquando utilis est ad inveniendum etsi postea deprehenso successu certior probandi modus sit quaerendus. Est tamen ut dixi certa quaedam conjectandi seu conjecturae vim demonstrandi scientia, unde conjecturales quoque propositiones ad scientias pertinent.

2 reflexionis; (*1*) sed quia nobis non est satis cognita (*2*) imo *L* 8 voto *erg. L* 11–17 conjecerimus; (*1*) quod adeo verum est, ut sciam etiam ad inveniendum in Arithmetica et Geometrica utiles esse aliquando conjecturas. | (*2*) exempli . . . crederetur: *erg.* | ita . . . | recte *erg.* | . . . | seu Mercurium *erg.* | . . . | quia . . . aqua; *erg.* | . . . ut (*a*) securus redderetur | (*b*) securi redderemur *erg.* | . . . oriri. *erg.* | *L* 18 et (*1*) moralibus (*2*) | civilibus *erg.* | *L* 21 conjecturae (*1*) pondus (*2*) | vim *erg.* | *L*

365. CONSPECTUS LIBELLI ELEMENTORUM PHYSICAE
[Sommer 1678 bis Winter 1678/79 (?)]

Überlieferung:

L Konzept: LH XXXVII 3 Bl. 9–10. 1 Bog. 2°. 3 S. (Textverluste am Ende, Ergänzungen nach *E*.)

E E. GERLAND, *Leibnizens nachgelassene Schriften physikalischen, mechanischen und technischen Inhalts*, Leipzig 1906, S. 110–113.

Teilübersetzungen: 1. ENGELHARDT, *Schöpfer. Vernunft*, 1951, S. 299–305 (nach *L*). 2. LOEMKER, *Philosophical papers*, 1. Aufl. 1956, S. 427–431; 2. Aufl. 1969, S. 277–280 (nach *L*).

Leibniz' nachdrücklicher Hinweis auf eine zusätzlich erwünschte *Descriptio Pyropi* läßt auf sein noch junges Interesse an der Erfindung des Phosphors, 1677 durch Heinrich Brandt in Hamburg, schließen. Auf Brandt, den er persönlich gekannt hat (vgl. den Brief an Johann Friedrich vom 16. Juli 1678, II 1 N. 65), geht Leibniz in weiteren Briefen vor allem aus der Zeit Mitte 1678 bis Ende 1682 ein. Schon am 2. August 1677 ist ein Bericht von Leibniz über die neue Erfindung im *Journal des Scavans* erschienen. Daß Leibniz sich 1678/79 intensiv mit der *Analysis situs*, wovon in unserem Stück anklingende Überlegungen zu finden sind, beschäftigt hat (vgl. Leibniz' Brief an Christiaan Huygens vom 18. September 1679, III, 2 N. 347), mag als weiteres Indiz für unsere Datierung gelten. Der Hinweis auf unser Stück in den *Aphorismi* N. 496_1 von Sommer bis Winter 1678/79 schränkt sie gegenüber der Gebrauchsdauer des von Sommer 1678 bis Winter 1680/81 häufig belegten Wasserzeichens weiter ein.

Elementorum Physicae conscribendus erit libellus. Cui adjiciatur Descriptio Pyropi, id est noctilucae constantis simulque ignis non consumentis neque alimento indigentis.

Physica nostra non aget de observationibus atque Historia naturae, sed de rationibus; sive qualitatibus, et quae ex illis vel necessario vel certe per se (si nil impediat scilicet), sequuntur. Nam tantum postea opus erit, has ratiocinationes observationibus applicare. Erit ergo prima pars de Qualitatibus; altera pars vero aget de Subjectis qualitatum, sive de Corporibus quae in mundo extant, ubi Historia cum ratiocinatione jungetur.

Agemus igitur de Corpore et ejus qualitatibus tum intelligibilibus, quae distincte concipimus, tum sensibilibus quae confuse percipimus.

21 (*1*) Elementa (*2*) Elementorum *L* 21 f. Descriptio (*1*) pl (*2*) Pyropi, (*a*) seu ignis innocui atque alimento non indigentis, ac (*b*) id est *L* 24 illis (*1*) necessario aut (*2*) vel . . . vel *L* 29 f. quae (*1*) ab (*2*) distincte (*a*) percipimus, (*b*) | concipimus *erg.* | *L*

Corpus est extensum, mobile, resistens. Id est quod agere et pati potest quatenus extensum est; agere si sit in motu, pati si motui resistat. Consideranda itaque primum Extensio, deinde Motus, tertio Resistentia seu concursus.

Extensum est quod habet magnitudinem et situm. Est autem magnitudo modus determinandi omnes rei partes seu cum quibus res intelligi possit; Situs est modus determinandi cum quibus res percipi possit.

Magnitudo rei exacte cognita est cognito numero partium cuidam mensurae congruentium. Agendum erit ergo de Numeris, tam certis seu definitis, quod est Arithmeticae, tam indefinitis quod est Algebrae. Hic de aequalitate et ratione. Nam aequalia sunt quae congrua fieri possunt. Ratio est ad aequalitatem, ut numerus ad unitatem.

Situs partium rei inter se dicitur Figura. Hinc oriuntur similia quae discerni non possunt, nisi simul percipiantur. Homogenea autem sunt quae reddi possunt similia. Omnia similia et aequalia sunt congrua.

Antequam de figura agatur, agendum de Spatio ipso et de puncto. De Sphaera, et de intersectione duarum sphaerarum seu circulo; de plano, de intersectione duorum planorum seu recta; de intersectione trium sphaerarum seu puncto. Unde patet cur puncti locus sit datus, si ejus distantia ex tribus aliis punctis sit data; et praeterea plaga, nam tres sphaerae se in duobus punctis secare possunt. Hinc habebimus et naturam lineae rectae, cur scilicet duae rectae non possint duo puncta habere communia; hinc jam elementorum facilis erit demonstratio. Et haec quidem erit consideratio Figurarum sine ull[o] adhibito motu.

Sequitur jam Motus seu mutatio situs; ubi modus efficiendi circulum et rectam. Hic explicanda erit scientia tornatoria, sive de motuum vestigiis. De modo exhibendi rectam,

1 extensum, (*1*) mobile (*2*) resistens (*3*) mobile, *L* 2 agere (*1*) quatenus (*2*) si . . . resistat *erg. L* 3 Extensio, (*1*) id est Magnitudo et Situs, (*2*) deinde *L* 4 est (*1*) continuum (*2*) totum (*a*) cui (*b*) continuum (*aa*) cujus partes sunt simul (*3*) Substantia (*a*) cujus (*b*) quae partes habet toti similes. (*4*) quod . . . et (*a*) Extensum (*b*) situm (*c*) pa (*d*) positionem (*e*) situm. *L* 4 f. modus (*1*) designandi (*2*) | determinandi *erg.* | *L* 5 seu . . . possit *erg. L* 5 f. est (*1*) forma rei (*2*) modus (*a*) secundum quem plura simul percipi possunt (*b*) determinandi (*aa*) rem (*bb*) cum *L* 8 ergo (*1*) | et *gestr.* | de Numero, et de Congruentia (*2*) de Numeris, *L* 9–12 ratione. | (*1*) Est enim (*2*) aequali (*3*) Nam . . . unitatem *erg.* | Situs *L* 12 rei (*1*) di (*2*) inter *L* 13 percipiantur. (*1*) Con (*2*) Homogenea *L* 15 de (*1*) situ punctorum. (*2*) Spatio *L* 15 puncto. (*1*) Item de Sphaera et Plagis. De intersectione duorum circul (*2*) De (*a*) situ punctorum (*b*) puncti alicujus situ determinato, si ex tribus aliis punctis (*c*) Sphaera (*aa*) et (*aaa*) planis (*bbb*) plano, (*bb*) et *L* 16 plano, (*1*) circuli, et (*2*) de *L* 18 si (*1*) ex (*2*) ejus *L* 18 ex (*1*) quatuor (*2*) | tribus *erg.* | *L* 18 data; (*1*) quia tres (*2*) qua (*3*) et *L* 20 possint | nisi *str. Hrsg.* | duo *L* 21 consideratio (*1*) situs (*2*) Figurarum *L* 21 ulla *L ändert Hrsg.* 23 ubi (*1*) sphaerae (*2*) modus *L* 24 exhibendi (*1*) regulam (*2*) | rectam *erg.* | *L*

planum, sphaeram, conum; coni sectiones earumque in plano delineationem; de figuris magis adhuc compositis, de varia motuum compositione.

De concursu, seu de motu et resistentia inter se junctis. Ubi de variis machinis, rotis, vasis.

Hinc jam demonstrandum est: Spatium esse indefinite extensum,[1] nam nulla ratio esse potest cur alibi finiatur, quia de quocunque aliquid concludi potest, id de ejus simili similiter concludi potest. Itaque idem magis adhuc de circulo majore concludetur, quod conclusum est de minore. Itaque impossibile est assignari posse certam aliquam sphaeram, ultra quam ne spatium quidem extet. Nam si ratio esset aliqua pro ista, eadem ratio proportionaliter pro aliis omnibus valeret. Deus autem nihil agit sine ratione.

Demonstrandum est etiam omne corpus esse actu divisum in partes minores seu non dari atomos, ac nullum in corpore assignari posse accurate continuum. Ex hujus divisionis modo oritur fluidum et firmum; spatium vacuum et corpus perfecte fluidum nullo modo discerni posse. Non dari corpus perfecte fluidum. Non dari vacuum. Cartesius introducta sua materia subtili, vacuum solummodo nominetenus sustulit.

Sequitur jam de incorporeis. Fiunt quaedam in corpore quae ex sola necessitate materiae explicari non possunt; qualia sunt leges motus; quae pendent ex principio Metaphysico de aequalitate causae atque effectus. Hic ergo agendum de anima, et ostendendum omnia esse animata. Nisi anima esset, seu forma quaedam, corpus non esset ens aliquod, quia nulla ejus pars assignari potest, quae non iterum ex pluribus constet, itaque nihil assignari posset in corpore, quod dici posset *hoc aliquid*, sive *unum quiddam.* De natura animae seu formae esse perceptionem aliquam et appetitum, quae sunt animae passiones et actiones, et cur; nimirum quia resultant animae ex Deo res cogitante, seu

[1] *Über* Spatium . . . extensum: Hoc potius omittetur.

1 plano (*1*) delineatio, de polis (*2*) delineationem; *L* 1 f. figuris (*1*) altioribus (*2*) magis *L* 4 vasis; (*1*) De vi sive potentia, quae repetenda est ex principiis quibusdam altioribus metaphysicis; de reductione ad absurdum sive ad Motum perpetuum; de aequationibus Mechanicis. (*a*) Porro vim ipsam agendi necesse est ex (*aa*) alt (*bb*) incorporeis quibusdam causis oriri. Corpora sunt (*aaa*) anima praedita et (*bbb*) praedita et materia et forma sive anima. (*b*) De Forma sive Anima. (*2*) Hactenus de illis quae ex sola materia considera (*3*) Hinc *L* 5 nulla (*1*) causa est (*2*) ratio *L* 10 aliis (*1*) simili (*2*) omnibus *L* 11 f. seu . . . atomos *erg. L* 12 accurate *erg. L* 14 fluidum. | Non dari atomos. *gestr.* | Non *L* 15 sustulit. (*1*) De vi et (*2*) Sequitur *L* 18 effectus (*1*) ; imprimis (*2*) De vi sive potentia demonstrationes. De anima sive forma cujusque corporis (*3*) . Hic *L* 19 non (*1*) est (*2*) esset *L* 22 f. quae . . . actiones *erg. L* 23 resultant (*1*) ex (*2*) animae *L*

sunt imitationes idearum. Omnes animae sunt inextinguibiles, sed eae demum immortales sunt, quae cives sunt in Republica universi, seu quibus Deus non solum autor sed et Rex est, his enim peculiari quadam ratione conjungitur, hae animae dicuntur Mentes, hae nunquam obliviscuntur sui, hae solae cogitant Deum; distinctasque habent de rebus conceptiones. Ineptum est perceptionem soli homini tribuere velle; cum tamen omnia corpora perceptionem aliquam pro modulo perfectionis suae habere possunt, adeoque et habeant, nam quicquid fieri potest, nullo aliorum detrimento, id utique fit, quia omnia perfectissime fiunt. Explicanda hic natura voluptatis et doloris quae est nihil aliud quam perceptio successus, seu perfectionis suae; itaque cum conatui satisfit, successus est, cum ei resistitur oritur dolor. Tot sunt specula universi quot mentes; omnis enim mens totum universum percipit, sed confuse.

De vi seu potentia nunc agendum est; ubi sciendum est, eam aestimandam esse a quantitate effectus. Esse autem potentiam effectus et causae inter se aequales, nam si major esset effectus, haberemus motum perpetuum mechanicum, si minor, non haberemus motum perpetuum physicum. Hic operae pretium ostendere non posse eandem servari quantitatem motus, sed servari tamen eandem quantitatem potentiae. In universo tamen videndum est an non servetur et eadem quantitas motus.

De perturbationibus et restitutionibus; de natis inde reciprocationibus. De Isochronismo reciprocationum liberarum et omnimodarum. Tempora igitur esse ut potentias. In omni machina seu composito potentia aequabili ratione tenditur ad restitutionem.

De pondere seu corporis soliditate, ac de centro gravitatis. Ostenditur in unoquoque corpore esse centrum gravitatis.

De vi elastica.

De vi magnetica.

De concursibus; de reflexionibus.

De firmitatis gradibus, de fluidis, firmis, flexibilibus, tenacibus etc.

1 idearum. (*1*) Sed illis tantum animabus (*2*) Omnes *L* 1 animae (*1*) quae (*2*) sunt (*a*) impri (*b*) inextinguibiles, *L* 2 quae (*1*) solae (*2*) cives *L* 3 et (*1*) Mona (*2*) Mon (*3*) Rex *L* 4 hae (*1*) nonn (*2*) nunquam *L* 5 rebus (*1*) perceptiones (*2*) conceptiones *L* 9 quam (*1*) potentiae (*2*) perceptio *L* 13 f. si (*1*) aequales essent (*2*) major *L* 14 haberemus (*1*) pote (*2*) motum *L* 15 pretium (*1*) agere (*2*) ostendere *L* 17 tamen (*1*) eade (*2*) videndum *L* 18 de (*1*) Isochronismo re (*2*) natis *L* 20 In omni machina (*1*) aequil (*2*) seu . . . restitutionem. *erg. L* 21 seu (*1*) vi (*2*) corporis *L* 21 f. Ostenditur . . . gravitatis. *erg. L* 24 f. magnetica. (*1*) De Fluidis et Solidis; ubi fluida hic considerantur ut omnimoda (*2*) De *L* 25 de (*1*) fr (*2*) reflexionibus *L* 26 De (*1*) Duris fle (*2*) firmitatis *L*

De motu solidi in fluido.

De refractione in transitu ab uno fluido ad alterum.

Videntur revera omnia esse fluida, sed varie tantum plicata, sine solutione continui.

De his quae ex certis quibusdam legibus reflexionis et refractionis sequuntur.

De corporibus tensis eorumque pulsationibus et vibrationibus.

De fluido intra fluidum; de fluido intra solidum, quod exire non potest, de fluido extra solidum quod intrare non potest, de fluido permeante.

De fluido Elastico, ac de propagatione vibrationum in eo; ac de corporibus homotonis.

Tractandum de stellulis, crystallis aliisque corporum figurationibus.

Optimum erit parum immorari τῇ ἀκριβολογίᾳ definiendi ac demonstrandi, sed continuo atque lucido sermone rem omnem exponere. Itaque sic ordiemur:

Cum felicitas nostra in mentis perfectione consistat, mens autem nostra in hac vita a corpore suo varie afficiatur, et corpus humanum ab aliis circumstantibus corporibus juvari et laedi possit, ideo corporum naturam nosse magna sapientiae pars haberi debet; ut vim eorum noxiam declinemus, amicam experiamur. Bona enim censenda sunt tum quae voluptate in praesens afficiunt, modo non majus malum post se trahant, tum quae dolorem impediunt, tum vero quae nos reddunt potentiores ad grata comparanda, ingrata amolienda. Quae his contraria sunt Mala habentur. Bona autem tum produci, tum si jam producta sint nobis admoveri possunt, contra mala vel destrui sive immutari, vel depelli. Itaque cognoscendae sunt corporum proprietates, item quomodo corpora produci, immutari, atque etiam loco moveri possint. Antequam enim corporum natura ad usus nostros satis referri possit, prius ipsa per se intelligenda est.

1 De (*1*) Refractione; et de aliis m (*2*) motu *L* 3 Videntur . . . continui. *erg. L* 5 De . . . vibrationibus. *erg. L* 6 de (*1*) meatibus, (*2*) soli (*3*) fluido *L* 10 stellulis, (*1*) figura (*2*) crystallis (*a*) coagulati (*b*) aliisque *L* 12 atque (*1*) niti (*2*) lucido *L* 13 felicitas (*1*) humana (*2*) | nostra *erg.* | *L* 13 autem (*1*) ad (*a*) actiones (*b*) agendum corporis huma (*2*) nostra *L* 14 suo (*1*) juvari ac laedi possit, (*2*) varie afficiatur *L* 14 f. corporibus *erg.* (*1*) varie afficiatur, | (*2*) juvari . . . possit, *erg.* | (*a*) ideo (*b*) quorum si cognitae nobis sint proprietates, natura sit, vim eorum vel noxiam arte declinare, vel amicam (*c*) ideo *L* 16 amicam (*1*) in usus nostros transferamus (*2*) experiamur. (*a*) Noxium autem intelligitur non tantum quod dolorem efficit, sed (*aa*) quod | (*bb*) et quodcunque *erg.* | mentis functiones impedit. (*b*) Utilia aut (*c*) Bona *L* 17 voluptate (*1*) afficiunt, tum quae (*2*) in *L* 18 ad (*1*) voluptates (*2*) grata *L* 18 f. ingrata (*1*) deprehenda (*2*) | amolienda *erg.* | *L* 20 f. depelli. (*1*) Sed quoniam cognosci | satis *erg.* | non potest corporum natura (*a*) ad nos relata, (*b*) ad usum nostrum relata, nisi prius per se intelligatur, ideo Physica sapienti noscenda (*2*) Itaque *L* 22 enim (*1*) corpora ad usus (*2*) corporum *L* 23 nostros (*1*) relata (*2*) satis (*a*) cognosci possit (*b*) referri possit *L*

Duo sunt modi, quibus corporum attributa cognoscimus, experientia et ratiocinatio. Sunt enim quae solis sensibus discimus, exempli causa, quod magnes ferrum tracturus sit nemo unquam divinasset. Sunt alia quae praevideri possunt sine ullo experimento, ut si libra quaedam accurate elaborata sit, id est ab utraque parte eodem se modo habeat, et duo globuli accurate tornati aequales ejusdemque materiae duabus lancibus imponantur, nemo ratione utens dubitabit bilancem in aequilibrio fore, etiamsi hoc nunquam fuisset expertus. Sunt denique quae principiis partim a sensu partim a ratione sumtis, nituntur, exempli causa, quod speculum sphaericum concavum soli expositum materiam combustibilem in aliquo loco, quem focum appellant accendet. Nam sensu didicimus radios solis collectos flaminam excitare posse, et vel sensu vel ratione constat radios lucis in superficiem aliquam incidentes inde reflecti ad angulos aequales respectu tangentis; hinc jam adhibitis propositionibus Geometriae sola ratione cognitis ex natura superficiei sphaericae facile colligitur radios solis ita reflecti ut in exiguo spatio colligantur, ibique adurant. Itaque fieri potest ut specula [caustica] sint inventum rationis potius quam casus: quemadmodum Tubi Optici jam apud Portam [adumbratim exta]bant, antequam in Belgio [exec]utioni fuissent mandati. Et hujusmodi multa alia [vitae utilia esse arbitror, quibus ob] solam exequendi segnitiem hactenus caretur.

2 quae (*1*) sola experientia discimus (*2*) solis *L* 2 discimus, (*1*) sunt quae (*2*) exempli *L* 4 sit, (*1*) ut (*a*) aequae sint lances, | (*b*) aequa sint brachia *erg.* | et eodem utrobique modo (*2*) et (*3*) id *L* 4 f. et (*1*) utro (*2*) duo *L* 5 accurate tornati *erg.* (*1*) ejusdem materiae quantit (*2*) aequales *L* 8 sphaericum *erg. L* 10 et *erg. L* 12 f. ex . . . sphaericae *erg. L* 13 ut (*1*) propr (*2*) in *L*

15 apud Portam: vgl. G. B. PORTA, *Magiae naturalis libri XX*, Leiden 1651, XVII, 2. 16 antequam . . . mandati: vgl. VI, 3 S. 228 u. 444.

366. PRAEFATIO AD LIBELLUM ELEMENTORUM PHYSICAE
[Sommer 1678 bis Winter 1678/79 (?)]

Dieses Stück stellt eine Einleitung zum *libellus elementorum physicae* dar, deren erster, verworfener Ansatz wörtlich den vorletzten Absatz aus N. 365 wiederholt, wie überhaupt N. 365 am Schluß kurz vorwegnimmt, was Leibniz hier im abgeschlossenen Entwurf weiter ausführt.

366_1. VERWORFENER ANSATZ

Überlieferung: *L* Konzept: LH XXXVII 3 Bl. 1–6. 3 Bog. 2°. $^3/_4$ Sp. auf Bl. 2 v°, gestrichen.

Cum felicitas in Mentis perfectione consistat, mens autem nostra a corpore suo varie afficiatur, et corpus humanum a circumstantibus corporibus juvari ac laedi possit, ideo corporum naturam nosse magna sapientiae pars haberi debet, ut vim eorum noxiam declinemus, amicam experiamur. Bona enim censenda sunt tum quae voluptate nos afficiunt, modo non majus malum post se trahant, tum quae dolorem impediunt; tum vero quae nos reddunt potentiores ad grata comparanda, ingrata amolienda. Quae his contraria sunt, mala habentur. Bona autem tum produci, tum si jam producta sint nobis admoveri possunt, contra mala vel destrui sive immutari, vel depelli. Itaque cognoscendae sunt corporum proprietates; item quomodo corpora produci, immutari, atque etiam loco moveri possint. Antequam enim corporum natura ad usus nostros satis referri possit, prius ipsa per se intelligenda est. Omnis autem scientia actionis cujusdam causa expetenda est, quare Physicam non vanae cujusdam curiositatis aut ostentationis gratia, sed ideo tractabimus, ut majus in naturam imperium exerceamus, minusque ipsi a corporibus dependeamus, denique ut intellectum perficiamus et tantarum rerum autorem amando voluntatem nostram melioris vitae gustu imbuamus.

8 felicitas (*1*) nostra (*2*) in *L* 8 nostra | in hac vita *gestr.* | a *L* 15 vel (*1*) impelli (*2*) depelli *L* 18 scientia (*1*) potentiae (*2*) actionis *L* 20 in (*1*) corpora (*2*) res (*3*) naturam *L* 22 dependeamus (*1*) . Quae de corporibus cognoscimus, eorum Attributa dicuntur. Duo sunt autem modi hujus cognitionis, experientia, et ratio. Sunt enim quae solis sensibus discimus, exempli causa quod magnes ferrum (*2*) , denique ut (*a*) autorem rerum (*b*) admiranda naturae artificia discentes (*c*) intellectum *L*

366_2. ABGESCHLOSSENER ENTWURF

Überlieferung:

L Konzept: LH XXXVII 3 Bl. 1–6. 3 Bog. 2°. 12 Sp. (Geringer Textverlust am unteren Rand von Bl. 1.)

Übersetzungen: 1. ENGELHARDT, *Schöpfer. Vernunft*, 1951, S. 305–329. 2. LOEMKER, *Philosophical papers*, 1. Aufl. 1956, S. 431–447; 2. Aufl. 1969, S. 280–289.

Die von Leibniz nachträglich am Rande in eckigen Klammern hinzugefügten Abschnittsüberschriften erscheinen mit doppeltem Einzug.

Physicae utilitas

Omnis scientia non vanae curiositatis neque ostentationis, sed agendi causa expetenda est. Agimus autem ut felicitatem consequamur sive duraturae laetitiae statum. Laetitia vero est sensus perfectionis. Unaquaeque res tanto perfectior habetur quanto est natura liberior; hoc est quanto major ejus in res circumjectas potentia est, et quanto minus patitur ab externis. Cum igitur mentis propria potentia sit intellectus, sequitur nos eo feliciores fore quo clariores de rebus comprehensiones habebimus, et quo magis secundum naturam nostram propriam nempe rationem agemus: quatenus enim recte ratiocinabimur, eatenus tantummodo liberi et a passionibus exemti erimus, quae nobis a corporibus circumstantibus imprimuntur. Quoniam tamen passiones istas omnino vitare impossibile est, cum mens a corpore suo varie afficiatur, corpus autem nostrum, quod exigua universi pars est a circumstantibus corporibus juvari ac laedi possit: itaque

10 non . . . sed *erg.* *L* 11 f. consequamur (*1*) quae (*2*) id est Mentis nostrae perfectionem | (*3*) quae sane (*4*) quae sane in Mentis nostrae perfectione (*a*) consistit (*b*) consistit, ea vero *erg.* | tanto major est, quanto major nostra in res circumjectas potentia est, et quanto minus ab externis dependemus. Ita enim intellectus noster perfectionis (*aa*) autem | (*bb*) enim *erg.* | sensus est voluptas. | (*5*) est enim | (*6*) felicitas est *erg.* | duraturae voluptatis status. Voluptas autem (*7*) sive duraturae laetitiae statum. Laetitia (*a*) autem (*b*) vero est sensus perfectionis *erg.* | (*aa*) . Et | (*bb*) jam (*cc*) et *erg.* | (*dd*) . Unaquaeque *L* 12 f. perfectior (*1*) est quanto major habetur (*2*) habetur quanto (*a*) liber (*b*) est | natura *erg.* | liberior; *L* 14 f. externis. (*1*) Itaque eo feliciores erimus | (*2*) Cum (*a*) autem (*b*) igitur mentis (*aa*) virtus est intelligere, hinc nos (*bb*) propria . . . fore *erg.* | *L* 15 quo (*1*) liquidius (*2*) liquidiores (*3*) clariores *L* 16 propriam (*1*) id est ag (*2*) | nempe *erg.* | *L* 16 f. agemus: (*1*) id est quo magis (*a*) a passionibus e (*b*) liberi et (*2*) quatenus (*a*) tamen (*b*) | enim *erg.* | . . . | tantummodo *erg.* | liberi et *L* 19 est (*1*) postquam (*a*) | ita *gestr.* | natura f (*b*) Mens (*2*) quandoquidem mens nostra a corpore varie afficietur (*3*) cum . . . afficiatur *L* 19 f. quod . . . est *erg.* (*1*) a circum (*2*) vicinis juvar (*3*) circumstantibus *L* 20 itaque (*1*) scientia (*2*) | cognitio *erg.* | *L*

cognitio corporum duos maxime usus habebit: unum ut mentem perficiamus rerum fines causasque intelligendo, alterum ut nostrum corpus quod animae organon est, conservemus atque excolamus juvantia procurando, nocentia amoliendo. Ex quibus duobus hujus doctrinae usibus prior a sola rationali physica expectari potest, posterior etiam ab Empirica.

Physicae rationalis de rerum causis ac finibus maximus est usus ad perfectionem animi et cultum Dei

Nam si quis maximum atque utilissimum aliquod naturae arcanum casu vel traditione nactus sit, quale celebrata tot autoribus tinctura metallorum habetur, causas autem illius non intelligat, fortunatior erit non felicior neque sapientior; nisi illo ad obtinendam forte mentis libertatem utatur. Si quis vero admirabile aliquod naturae artificium detexerit modumque operandi cognoverit, is rem magnam praestiterit, licet nullum scientiae hujus usum ostendere posset in communi vita. Quanquam enim revera omnis scientia potentiam in externa quoque augeat, si quando se offerat occasio agendi, est tamen alius ejus usus a nullo pendens casu, ipsa scilicet perfectio mentis. Intellectis enim naturae legibus, sive divinae inventionis machinis, plus multo proficiemus quam si excogitatas tantum ab hominibus constructiones assequamur. Quo enim meliore magistro utemur, quam autore universi Deo? Et quem ipsi pulchriorem hymnum canemus, quam quo verissimae ejus laudes ipsis rerum documentis exprimuntur. Sed et tanto quisque magis Deum amat, quanto magis amoris sui rationem reddere potest. Et voluptatem ex perfectione alicujus capere, hoc ipsum amare est. Itaque summa mentis nostrae functio est cognitio sive (quod

1 mentem (*1*) intelligendo (*2*) perficiamus (*a*) alterum ut (*b*) rerum *L* 2 intelligendo, | (*1*) ita enim (*2*) cum enim Autor rerum artifices *erg. u. gestr.* | alterum *L* 2 corpus (*1*) juvemus (*2*) organa animi (*3*) quod *L* 2 f. est, (*1*) juvemus, aut (*2*) conservemus, | atque excolamus *erg.* | (*a*) ea procurando aut amoliendo (*b*) juvantia *L* 3 amoliendo | (*1*); quod denique et in mentem redundat. (*2*) cujus menti cura *erg. u. gestr.* | (*3*) . Quae autem (*a*) juvent aut noc (*b*) corporis nostri respectu juvantia aut (*4*) . Quod (*5*) . Prio (*6*) . Ex *L* 5–8 Empirica. (*1*) Itaque quanto mens corpore (*2*) Quare (*3*) | Nam *erg.* | *L* 9 quale . . . habetur, *erg. L* 12–17 detexerit (*1*) tanto magis proficiet, (*2*) plus multo proficiet, quam si inventas tantum ab hominibus machinas sit assecutus (*3*) modumque . . . assequamur. *L* 12 cognoverit, (*1*) non tantum ad animi perfectionem (*2*) is *L* 14 potentiam (*1*) augeat, attamen (*2*) in *L* 16 enim (*1*) divinae artis (*2*) naturae | viis sive *gestr.* | legibus, (*a*) div (*b*) sive *L* 17 f. meliore (*1*) invenien (*2*) magistro (*a*) utendum (*b*) utemur *L* 18 ipsi (*1*) meliorem (*2*) pulchriorem *L* 20 quanto (*1*) majores amo (*2*) fortiores (*3*) magis *L* 20 potest. (*1*) Amor autem | (*2*) Cognitio autem (*a*) atque (*b*) sive (quod in hoc objecto idem est) amor *erg.* | perfectissimae Rei summa mentis functio est, est enim amare, voluptatem ex (*aa*) alterius (*bb*) amati perfectione capere, i (*3*) Est autem a (*4*) Jam amare est (*5*) Et *L* 21 perfectione (*1*) amati (*2*) alicujus *L*

in hoc objecto idem est) amor, perfectissimae rei, unde voluptatem nasci necesse est maximam, maximeque duraturam, hoc est felicitatem. Neque enim putandum est aliquid in universo male comparatum esse, aut Deum deserere cultores suos. Sed haec fusius ostendere ad aliam pertinet scientiam: Admonenda tamen fuerunt, ne potissima Physicae rationalis utilitas, ut fere fit, negligeretur.

Physica empirica humanae vitae utilis est, et in republica foveri debet

Altera utilitas quae in communi vita consistit physicae rationali et empiricae communis est; nam si remedium alicujus morbi specificum, ut vocant, habeamus, cujus agendi modus ignoratur, non ideo minus sanabimur. Pleraque autem quae ad vitam commode ducendam requiruntur, experientia hominibus innotuere, ut ignis et aquae utilitas, metallorum e venis suis excoctio in massas calore figurabiles, sed ubi refringuerint firmas; vis terrae plantas ex seminibus protrudendi, animalium venatio cicuratio et propagatio; distinctio ciborum noxiorum et salutarium; vestitus atque tecti ratio; denique ipsa hominum notitia inter se, sine qua misera esset haec vita et bestialis. Unde jam societates ortae sunt, distributaque officia, aliis publicam rem administrantibus aliis singulares quasdam artes exercentibus quibus indigentia communis sublevetur, materiam conquirendo, praeparando, distribuendo. Itaque in Republica physicae maxima semper habita est ratio: qui fruges serere, et vites plantare docuerunt, hos superstitiosa antiquitas retulit inter Deos. Hodie a sapientissimis principibus praemia inventoribus atque introductoribus constituuntur. Et merito quidem, interdum enim una levis observatio totas urbes ac provincias florentes reddidit, exemplo esse potest ars colendi serici, quae paucis ab hinc seculis in Italiam et sero demum in Galliam allata est, qua tamen tot hominum millia vivunt. Nominatur et qui primus alumen coquere in Europa instituit, arte a Rocca Syriae allata; et qui haleces sale condiri posse ostendit, ingenti Belgarum lucro. Sane vix ullum est opificium, quod non singulari cuidam observationi physicae innitatur. Credo

3 haec (*1*) prolixius (*2*) fusius *L* 5 ut fere fit, *erg. L* 7 consistit (*1*) scientiae ⟨ut⟩ (*2*) physicae *L* 10 f. ut (*1*) utilitas (*2*) ignis (*a*) vis quae in terra est semina ex (*b*) et aquae utilitas *L* 11 massas (*1*) duras at (*2*) firmas atque durabiles utcunque figuratas, (*3*) calore figurabiles *L* 12 animalium (*1*) propagatio et ad subleva (*2*) venatio *L* 14 et (*1*) brutalis. (*2*) | bestialis. *erg.* | *L* 15 f. officia, (*1*) ut vari (*2*) ac variae artes, quibus corpora aliis (*3*) aliis quasdam *L* 17 f. Republica (*1*) maximam physicae utilitatem esse necesse est (*2*) physicae maxima est utilitas | praemiaque etiam inventoribus sunt constituta *gestr.* | (*a*) Sic (*b*) Ita (*3*) physicae . . . ratio: *L* 20 atque introductoribus *erg. L* 21 reddidit, (*1*) quemadmodum (*a*) ars haleces sale condiendi quae tantum Belgio profuit; cul (*b*) quae (*c*) ars colendi serici, quae Justiniani temporibus ducentis ab hinc annis in Italiam et vix a seculo (*2*) exemplo *L* 23 f. Europa (*1*) docuit, (*2*) | instituit *erg.* | *L* 26 innitatur. (*1*) Causa etiam (*2*) Nec dubito condita naturae historia, relatisque in catalogum experimentis (*3*) Credo *L*

etiam multa nonnullis nota esse quae si nossent alii, statim in usum transferrent variisque artificiis applicarent.

Condendum est inventarium experimentorum

Itaque reipublicae interest observationes paucos versantes, et quae saepissime scientibus ipsis nullius esse usus videntur reddi publicas, condita naturae historia, in qua Experimenta in Catalogum referantur. Nam qui unam tantum rem tractant raro inveniunt nova, exhausto ⟨sci⟩licet objecto suo, sed qui plura longe dissita ⟨tracta⟩nt, ingenioque combinatorio praediti sunt, ⟨ab ii⟩s multae rerum inter se complicationes novae profuturae expectari possunt. Quod si jam ⟨experim⟩entorum inventarium in hominum ⟨manis⟩ versaretur, parata esset omnibus ⟨scientiis et⟩ industriis novarum inventionum seges. Proinde constituendi essent viri judicio et industria praediti, qui ea experimenta quae humano generi jam innotuere, sive scriptis comprehensa sive tantum traditione quadam conservata, excerpant, consignent, digerant, indicibus multiplicibus distinguant. Et videntur olim hujusmodi aliquid in omni studiorum genere animo agitasse imperatores illi Constantinopolitani, quorum tempore facta collectanea nonnulla atque excerpta habemus, quanquam vero eruditionis usui non satis consentanea.

Instituenda sunt experimenta nova publico sumtu, et toti huic negotio praeficiendi viri non tantum scientia sed et virtute praestantes

Sed quoniam multa magni momenti experimenta satis dubia et fallacia sunt; multa quoque ab ingeniosis hominibus proponi poterunt, adhuc sumenda, ideo consequens est autoritate publica passim Laboratoria institui cum Machinothecis atque Exoticophylaciis, quibus varia naturae artisque miracula spectari pariter atque tentari possint. Ubi cuique

7 plura (*1*) inter se diversa (*2*) longe dissita *L* 9 inventarium (*1*) haberetur (*2*) in *L* 11 seges. (*1*) Neque enim putandum est nos his quae habemus contentos esse debere; arbitror enim ea quae habemus, prae his quae in potestate essent, si (*a*) saperemus, nullius (*b*) vellemus, nullius propemodum esse momenti. (*2*) Itaque certi (*3*) Proinde (*a*) conducendi essent certi homines, | (*b*) constituendi . . . | et industria *erg.* | praediti, *erg.* | *L* 12 quae (*1*) hominibus (*2*) humano generi *L* 12 scriptis (*1*) consignata sint, sive adhuc traditione quadam in (*2*) ed (*3*) comprehensa *L* 14 hujusmodi (*1*) aliquid agitasse | (*2*) si non in physica (*3*) aliquid . . . agitasse *erg.* | *L* 15 nonnulla *erg. L* 16 quanquam (*1*) a vero scopo | ac mo *erg. u. gestr.* | (*a*) aberrasse videantur (*b*) aberraverint (*2*) vero *L* 16 usui (*1*) minime (*2*) non satis *L* 17 (*1*) Tent (*2*) Instituenda *L* 17 publico sumtu *erg. L* 19 experimenta (*1*) quae (*2*) celebr (*3*) satis *L* 20 adhuc (*1*) tentanda, (*2*) | sumenda *erg.* | *L* 21 publica (*1*) Laboratorium (*2*) Laboratoria institui oportere, in (*3*) passim *L* 22–S. 1997.2 Ubi . . . probaverit. *erg.* (*1*) Adjicien (*2*) Adhibenda et Vivaria, (*3*) His *L*

liberum erit periculum ingenii facere alieno sumtu, si modo aequis judicibus consilium suum probaverit. His jungenda Vivaria et Nosocomia; ac Medicis, Venatoribus, peregrinantibus opificibus, aliisque quibus multa experiendi occasio est, fidelis relatio imperanda, praemiis etiam industriae constitutis. Sed quod rei caput est, quo sane observato parvis sumtibus magnae res gerentur, et quo neglecto maximae etiam impensae in irritum recident; eligendi sunt, et huic negotio praeficiendi viri non tantum ingenio judicio atque doctrina pollentes, sed et singulari quadam animi bonitate praestantes, a quibus scilicet aemulatio et invidia absint, qui non quaerant aliorum labores illaudatis artibus in se transferre, qui factiosi non sint, nec autores sectae haberi velint, denique qui scientiae ipsius amore, non ambitionis, non sordidi lucri causa laborent. Tales certum est inter se amicos esse, et aliorum laudabiles conatus promovere, et egregie de genere humano mereri posse. Hoc olim ingenio erat optimus Mersennus, cujus exemplo malim aliquid hujusmodi virorum scientiae quam probitati deesse.

Experimentis jungendae sunt ratiocinationes geometricarum instar accuratae et in longum productae quibus solis causae inveniri poterunt

Sed praestantissima etiam experimenta frustra sunt si desint, qui illis utantur. Duplex autem experimentorum usus est, unus ad varia vitae commoda, qui detegitur ratiocinando a causa ad effectus, alter ad vera principia eruenda procedendo ab effectu ad causas. Uterque ratiocinandi modus vel combinatorius vel analyticus est. Prior nempe combinatorius simplici quadam reflexione constat, et si quis modo admoneatur, uno verbo, statim eum comprehendit miraturque sibi idem non incidisse; tale est inventum petardae cognito jam pulvere pyrio, aut inventum chronometri cognita aequabilitate vibrationum penduli; posterior longiore rationum catena connectitur, et fere geometriam aut calculum adhibet, nec nisi multa meditatione satis intelligi potest. Tale est inventum lineae curvae

2 suum (*1*) probat (*2*) probaverit *L* 3 experiendi (*1*) causa (*2*) occasio *L* 8 aliorum (*1*) alii laudes (*2*) labores *L* 11 amicos (*1*) fore, (*2*) | esse *erg.* | *L* 11 f. conatus (*1*) provecturos. Hoc Mersennus, et Gassendus, et magnus vir, majoreque dignus fama Joachimus Jungius ingenio erunt. Qui aliter animati sunt optimo (*2*) promovere, et (*a*) optime (*b*) egregie *L* 13 virorum (*1*) doctrinae (*2*) | scientiae *erg.* | *L* 14 Experimentis (*1*) inaedificandae (*2*) | jungendae *erg.* | *L* 15 quibus (*1*) causae (*2*) solis *L* 16 frustra (*1*) inveniuntur (*2*) | sunt *erg.* | *L* 18 ad (*1*) effectum (*2*) effectus *L* 18 ad (*1*) veram physicam ita ut (*2*) vera principia eruenda *L* 19 vel (*1*) analyticus (*2*) combinatorius *L* 19 f. nempe combinatorius *erg. L* 21–23 tale . . . petardae (*1*) dato (*2*) | cognito *erg.* | . . . inventum (*a*) horologii (*b*) penduli, (*c*) chronometri . . . penduli *erg.* | *L* 23 longiore (*1*) ratiocinationum catena constat (*2*) rationum . . . connectitur *L* 24 nec (*1*) statim (*a*) intelligi (*b*) comprehendi pot (*2*) nisi *L* 24–S. 1998.1 Tale . . . moderantis. *erg. L*

inaequales pendulorum vibrationes moderantis. Et prior quidem modus ut jam supra dixi hominibus ingeniosis paratus erit habito semel experimentorum inventario, quod considerantibus multiplices ad varios usus, artificumque opera applicationes incident. At causarum inventio, sine qua in maxime necessaria physicae parte, Medicina magni profectus sperari non debent, non promtis illis igneorum ingeniorum per varia rerum genera discursibus, sed profundis tantum ac propemodum geometricis cogitationibus obtineri potest. Est enim corpus nostrum Machina quaedam hydraulico-pneumatica, et liquores continet qui non tantum pondere aliisque manifestis sensui modis, sed etiam occultis quibusdam viis agunt, solutionibus scilicet, praecipitationibus, evaporationibus, congelationibus, denique percolationibus; et multis aliis modis, quibus composita in partes insensibiles resolvuntur. Itaque nisi rationes ex geometria et mechanica adhibeantur quae sensibilibus pariter atque insensibilibus aequali facilitate applicentur, fugiet nos natura subtilitate sua; atque hic potissimum ratio experientiae defectum supplere debet, nam corpusculum centies millies subtilius quolibet pulvisculo per aërem volitante, cum aliis ejusdem subtilitatis corpusculis collatum non minus facile ratione tractatur, quam globus lusorius manu.

Methodus perfectissima est interiorem constitutionem corporum invenire a priori, ex contemplatione autoris rerum Dei. Sed haec difficilior, nec cuivis tentanda

Porro quemadmodum duplex modus est ratiocinandi ab experimentis, unus ad usum, alter ad causam; ita duplex est modus inveniendi causas, unus a priori alter a posteriori. Uterque certus vel conjecturalis. Modus a priori certus est si ex cognita natura Dei

1 ut . . . dixi *erg. L* 3 considerantibus (*1*) innumera nova (*a*) combinationes | (*b*) applicationes *erg.* | in mentem venient, quemadmod (*2*) variae novae (*3*) multiplices *L* 3 usus, | artificumque opera *erg.* | applicationes incident | ad varia artificum opera profuturae *gestr.* | . At *L* 4 causarum (*1*) indagatio (*2*) | inventio *erg.* | *L* 4 in (*1*) medicina quoque (*2*) maxime . . . Medicina *L* 6 profundis (*1*) geometrarum (*2*) tantum *L* 8 pondere (*1*) sed etiam (*2*) aliisque *L* 8 manifestis (*1*) qu (*2*) sensui *L* 9 quibusdam (*1*) atque insensibilibus reacti (*2*) viis *L* 9 scilicet, | fermentationibus *erg. u. gestr.* | praecipitationibus, *L* 10 quibus (*1*) corpora | (*2*) res (*3*) composita *erg.* | *L* 11 insensibiles (*1*) dividuntur (*2*) resolvuntur *L* 11 rationes | subtilissimae *gestr.* | ex *L* 12 adhibeantur (*1*) fugiet nos natura subtilitate sua (*2*) quae *L* 14 nam (*1*) glo (*2*) corpusculum *L* 15 aliis (*1*) sim (*2*) ejusdem *L* 15 facile (*1*) ratiocinando confertur, quam globi (*2*) ratione *L* 17 f. est (*1*) causas | (*2*) principia *erg.* | eorum invenire a priori ex natura (*3*) interiorem . . . contemplatione *L* 21 modus (*1*) inveniendi caus (*2*) ratiocinandi ad causas, unus (*3*) inveniendi *L* 21 unus (*1*) ab experimentis regrediendo; (*2*) inve (*3*) ex sensi (*4*) ab experimentis regrediendo quod fit enumerando modos possibiles (*5*) a *L* 22 Uterque . . . conjecturalis. *erg. L* 22 certus *erg. L* 23 Dei | atque universi *gestr.* | demonstremus *L*

demonstremus quae sit structura mundi divinis rationibus consentanea: unde porro progrediendo demum in principia sensibilium incideremus. Haec methodus uti omnium praestantissima est, ita non plane impossibilis videtur. Est enim indita menti nostrae notio perfectionis, et scimus Deum perfectissime operari. Fateor tamen hanc viam si non desperatam certe difficilem esse, neque cuivis tentandam; praeterea fortasse prolixiorem esse quam ut ab hominibus pertransiri possit; effectus enim sensibiles forte nimis compositi sunt, quam ut facile ad primas causas revocari queant; ingredienda est tamen ab erectioribus ingeniis si non spe inde perveniendi ad particularia, attamen ut de summa rerum, et magnitudine Dei, et natura animae veras notiones habeamus quibus maxime mens perfici potest qui potissimus est contemplandi finis. Absolutam autem hanc methodum credamus meliori vitae servari.

Hypotheses aliquae tam multis phaenomenis et tam facile satisfacere possunt, ut haberi queant pro certis. Ex aliis eligendae sunt simpliciores et interim adhibendae loco verarum causarum

Methodus conjecturalis a priori procedit per Hypotheses, assumendo quasdam causas licet sine ulla probatione, atque ostendendo quod ex illis positis ea quae nunc contingunt, sint eventura. Talis hypothesis est instar clavis cryptographicae, et eo magis est probabilis, quo est simplicior et quo plura per ipsam possunt explicari. Quemadmodum tamen possibile est epistolam aliquam ita scribi de industria, ut per plures diversas claves possit explicari, quarum una tantum sit vera, ita idem effectus plures habere potest causas. Quare ex successu hypotheseos nulla firma duci potest demonstratio. Quanquam non negem tantum esse posse numerum phaenomenorum quae per hypothesin aliquam feliciter explicantur, ut pro moraliter certa haberi queat. Et hujusmodi quidem hypotheses

2 in (*1*) haec sensibilia (*2*) principia sensibilium *L* 2 incideremus. (*1*) Neque vero hanc methodum plane impossibilem arbitror. (*2*) Haec *L* 2 f. omnium (*1*) perfectissima | (*2*) emi (*3*) praestantissima *erg.* | *L* 8 ab (*1*) magnis (*2*) erectioribus *L* 8 si *erg. L* 8 inde (*1*) ducendi profutura (*2*) perveniendi *L* 8 particularia, (*1*) sed (*2*) | attamen *erg.* | *L* 9 notiones (*1*) nansciscantur (*2*) habeamus *L* 10 qui . . . finis *erg. L* 12 et tam facile *erg. L* 13 pro (*1*) veris causis: nonnullae autem interim (*2*) certis. (*a*) Quae autem minus sufficientes sunt, saepe interim adhiberi possunt vice causarum verarum (*b*) Ex *L* 15 Methodus (*1*) p (*2*) conjecturalis *L* 15 priori | (*1*) incedens (*2*) sumta *erg.* | est (*3*) | procedit *erg.* | *L* 17 eventura. (*1*) Hae aut (*2*) Quoniam autem (*a*) eade (*b*) idem effectus variis modis produci potest, ideo non possumus satis fidere hypothesi. Hujusmodi hypotheseos instar est clavis quaedam (*3*) Talis *L* 18 quo . . . et *erg. L* 19 aliquam (*1*) occult (*2*) ita *L* 21 causas. (*1*) Itaque conjecturalis (*2*) Quare *L* 22 numerum (*1*) ⟨circums⟩ (*2*) phaenomenorum *L*

ad usum sufficiunt: utile est tamen et minus perfectas adhibere, tanquam verae scientiae vicarias, donec alia melior occurrat, quae scilicet eadem phaenomena felicius explicet, vel plura aeque feliciter. In quo periculum est nullum modo sollicite ipsi certa a probabilibus distinguamus. At Hypotheses quas constat esse fictitias adhibere, non quidem ad scientiam prodest, sed interdum ad memoriam, quemadmodum etymologiae fictitiae, quibus nonnulli Hebraicas radices derivant ex vocabulis Germanicis, ut a discentibus Germanis facilius retineantur. Phaenomena autem in hypothesi ex qua deduci possunt virtute continentur, itaque qui hypothesin retinebit, cum volet ea phaenomena facile sibi in animum revocabit; licet sciat hypothesin esse falsam, et quaedam alia phaenomena reperiri cum quibus pugnet. Atque ita Ptolemaica hypothesis tironibus Astronomiae sufficere potest, qui scilicet vulgari quadam notitia rerum coelestium contenti esse volunt. Meo tamen judicio satius est veram doceri, quando habetur.

Analogiae utiles sunt ad causas divinandas et praedictiones instituendas

Methodus conjecturalis a posteriori sumta, sive ab experimentis procedens plerumque niti solet analogiis, ita quoniam, plurima telluri et magneti conveniunt, hinc quidam dicunt terram esse magnum magnetem, et similem esse telluris structuram, modumque quo gravia ad terram trahuntur respondere illi quo magnes ferrum trahit. Quidam omnia explicant per fermentationem ne fluxu quidem, et refluxu maris excepto; alii quoniam corpora lixivialia cum acidis pugnare vident, omnes corporum conflictus revocant ad acidum et alcali. Itaque cavendum est, ne analogiis abutamur, possunt tamen egregie servire ad faciendas inductiones, et ex inductionibus condendos aphorismos quorum auxilio de his etiam quae nondum experti sumus, praedictiones instituamus. Quod etiam

2 f. , quae . . . phaenomena (*1*) aut etiam plura (*2*) felicius . . . feliciter *erg. L* 5–7 memoriam, (*1*) ut (*a*) ficti (*b*) hypothesi illa utamur velut clavi ad reminiscendum phaenomena inde deducenda nobisque in animum revocanda (*aa*) qua (*bb*) si (*cc*) modo | (*dd*) similiter *erg.* | (*2*) quemadmodum . . . retineantur Phaenomena | autem *erg.* | *L* 15 plurima (*1*) inter terram et magnetem (*2*) telluri et magneti *L* 16 esse (*1*) terrae (*2*) telluris *L* 19 corporum (*1*) reac (*2*) actiones (*a*) mutuas quibus (*b*) minutissim (*3*) | conflictus *erg.* | *L* 21 egregie (*1*) servire (*2*) inservire *L* 21 faciendas (*1*) praedictiones (*2*) inductiones, *L* 21 inductionibus (*1*) praedi (*2*) condendos *L*

5 f. Vgl. G. CRUCIGER, *Harmonia linguarum quatuor cardinalium; hebraicae graecae latinae et germanicae*, Frankfurt 1616, Bl. a3. 16 f. Vgl. W. GILBERT, *De magnete, magneticisque corporibus, et de magno magnete tellure; physiologia nova, plurimis et argumentis, et experimentis demonstrata*, London 1600, II, 1, 3, S. 107, 120 u. 133. 18 Vgl. M. SCHOOCK, *De fermento et fermentatione*, Groningen 1662. 19 f. Vgl. O. TACHEN, *Hippocrates Chymicus*, Venedig 1666, S. 51.

ad causas veras investigandas utile est, semper enim facilius est causam investigare phaenomeni quod pluribus commune est; perinde ac facilius est cryptographemata solvere, si plures literas occultato sensu secundum eandem clavem scriptas, nanciscamur. Deinde causa ejusdem phaenomeni in uno subjecto facilius investigatur quam in altero; quod anatomici diversa animalia secantes, experiuntur.

Methodus ratiocinandi ab experimentis resolvit phaenomenon in sua attributa, et cujusque attributi atque effectus quaerit singulatim

Superest Methodus certa ratiocinandi ab experimentis ad causas, quam ego maxime colendam censeo, et majore quam hactenus factum est cura. Plerumque enim homines contenti sunt analogiis, quia imaginationem afficiunt, cum tamen menti non satisfaciant. Vera autem methodus ab experimentis ratiocinandi in eo consistit, ut phaenomenon unumquodque resolvamus in omnes suas circumstantias, considerando separatim, colorem, odorem, saporem, calorem frigus, et qualitates alias tactiles, et denique attributa communia magnitudinem figuram motum. Quod si jam cujusque horum attributorum per se causam invenerimus habebimus utique causam phaenomeni integri. Si vero fortasse attributorum quorundam non causam reciprocam ac perpetuam sed plures causas possibiles invenerimus; poterimus excludere illas quae huc non pertinent. Sint exempli causa duo ejusdem phaenomeni attributa *A* et *L*. Sintque duae ipsius *A* causae possibiles, nempe *b* et *c* duae autem ipsius *L*, nempe *m* et *n*. Quod si jam constet causam *b* neque cum causa *m* neque cum causa *n* posse consistere; necesse est causam ipsius *A* esse *c*. Et, si porro constet *m* non posse cum *c* stare, tunc causa ipsius [*L*] erit *n*. Quodsi non sit in potestate integram causarum possibilium enumerationem instituere; methodus haec exclusiva ad summum probabilis erit. Idem est si phaenomeni non causae sed effectus quaerantur, examinandi enim et singulorum attributorum effectus erunt.

1 veras *erg. L* 4 ejusdem phaenomeni *erg. L* 6 experimentis (*1*) consistit | (*2*) ad causas *erg. u. gestr.* | resolvit *L* 7 attributi (*1*) causam (*2*) causas quaerit singulatim (*3*) atque *L* 9 f. homines (*1*) sibi satisfactum putant (*2*) contenti sunt *L* 10 tamen (*1*) mentem non illustrent, nec (*2*) | menti *erg.* | *L* 11 f. ut (*1*) cujuslibet (*a*) qualitatis causa (*b*) phaenomeni investigemus rationem seu formalem seu causam proximam (*2*) phaenomenon (*a*) quo (*b*) unumquodque *L* 12 circumstantias, (*1*) sive singularia (*2*) considerando *L* 13 alias *erg. L* 15 invenerimus | , vel unam, vel possibiles plures; *gestr.* | habebimus *L* 16 reciprocam | (*1*) sive (*2*) ac perpetuam *erg.* | *L* 17 poterimus (*1*) jungenda (*a*) haec attributa (*b*) has causas attributorum ejusdem subjecti, excludere ill (*2*) excludere *L* 18 attributa (*1*) *a* et *b* (*2*) *A* *L* 21 *c* (*1*) consistere, (*2*) | stare *erg.* | *L* 21 *B* *L ändert Hrsg.*

Attributa composita resolvenda sunt in simplicia; et illa quae respectu sensuum quidem non tamen intellectus ratione simplicia sunt reducenda sunt ad suam causam immediatam

Attributa quae sensibus objiciuntur alia simplicia sunt, alia sunt ex simplicibus composita. Simplicia ut calor, firmitas, duratio, composita ut fusibilitas, quae consistit in eo ut corpus calore firmum esse cesset. Itaque attributa composita resolvenda sunt in simplicia. Sed attributa simplicia rursus vel sua natura et ratione intellectus simplicia sunt vel nostrorum sensuum respectu. Attributi natura simplicis exemplum praebere potest, ipsum esse vel durare.

Nostrorum autem sensuum respectu simplex quidem attributum est calor, neque enim sensus nobis ostendunt quibus machinis invisibilibus producatur ille corporis status, qui calidi sensionem in nobis efficit: mens tamen probe percipit calorem non esse aliquid absolutum, quod per se intelligatur, sed tum demum sufficienter intelligi cum explicatum fuerit in quo consistat sive quae sit causa ejus proxima et reciproca; an forte aëris expansio, an potius fluidi aëre tenuioris motus quidam particularis distincte describendus.

Attributa confusa sola ostensione satis dignoscuntur

Ex his autem patet Attributa sensibilia ratione intellectus dividi posse in confusa et distincta. Confusa sunt quae in se sive ratione intellectus composita sunt quidem, sed quae sensu simplicia sunt, et quorum adeo definitio explicari non potest, sive quae non descriptione sed ostensione notiora sensibus reddi possunt. Fingamus esse regionem ubi homines solem et ignem ignorent, sanguinemque ipsum non calidum sed frigidum habeant, utique describendo effici non poterit, ut quid sit calor intelligant; nam etsi quis

5 ut (*1*) color, magnitudo, calor, composita, ut liquabilit (*2*) calor *L* 5 firmitas, (*1*) magnitudo; (*2*) | duratio *erg.* | *L* 5 ut (*1*) liquabilitas (*2*) | fusibilitas *erg.* | *L* 7 et . . . intellectus *erg. L* 8 exemplum (*1*) esse potest (*2*) dare (*3*) exhibere non ita facile est (*a*) etsi ⟨fier⟩ (*b*) nec (*aa*) aliud occurrit (*bb*) ess (*4*) praebere *L* 9 vel durare *erg. L* 11 invisibilibus *erg. L* 12 percipit (*1*) esse aliquos (*2*) causas caloris ⟨mo⟩ (*3*) calorem *L* 13 aliquid (*1*) per se (*2*) absolutum, *L* 13 se (*1*) possit concipi, sed (*2*) concipiatur (*3*) intelligatur, *L* 14 explicatum (*1*) sit (*2*) fuerit *L* 14–16 an forte (*1*) in aëris expansione, an potius in motu (*a*) materiae aëris tenuioris (*b*) fluidi aëre tenuioris quodam particulari distincte describendo (*2*) sive . . . describendus. *L* 18 patet (*1*) attributa sensuum parti (*2*) Attributa . . . intellectus *L* 19 f. sunt (*1*) quorum (*2*) quae | in . . . intellectus *erg.* | . . . adeo *L* 21 sed (*1*) demonstrati (*2*) ostensione *L* 21 sensibus *erg. L* 22 homines (*1*) dolorem (*2*) solem *L* 23 habeant, (*1*) et (*2*) utique (*a*) ne angelus quidem describendo efficere poterit, (*b*) describendo . . . poterit *L* 23 etsi (*1*) angelus (*2*) quis *L*

intima naturae arcana illis explicaret causamque caloris perfecte exponeret, non tamen ideo calorem agnoscerent, si forte illis offerretur, neque enim scire possent, an haec sensio peculiaris quam in mente sua percipiunt a tali motu excitetur, neque enim distincte animadvertere possumus quae in mente nostra atque organis geruntur. Sed si quis apud eos ignem excitaret; tum demum discerent quid sit calor. Eodem modo caecus natus opticam integram discere posset, sed nullam lucis ideam acquiret.

Attributa distincta sunt quorum resolutio habetur si quam habent

Attributa distincta sunt quae vel ipsi intellectui simplicia sunt sive per se intelliguntur, ut esse, durare vel quae definitione possunt explicari, id est quae per signa quaedam a nobis possunt agnosci, ut rotunditas seu aequidistantia omnium punctorum ab uno, gravitas seu conatus ad centrum telluris. Priora etiam sine resolutione satis distincte concipiuntur, quia resolutionis incapacia sunt, posteriora vero in ea debent resolvi per quae intelliguntur atque dignoscuntur. Quanquam autem attributa quaedam resolvantur in alia sed confusa ut fusibilitas cujus definitionem ingredi calorem supra diximus, possunt tamen eatenus saltem haberi pro distinctis quatenus resolvuntur. Magis tamen distincta sunt, quae rursus resolvuntur in distincta, exempli gratia figura circularis, motus rectilineus.

Attributa pluribus sensibus communia prae caeteris distincta sunt, et ex attributis distinctis similaria simpliciora sunt

Notandum est autem attributa pluribus sensibus communia prae caeteris distincta habenda esse, neque enim resolvuntur in confusa et iterum a sensibus pendentia sed in notiones ab intellectu profectas. Talia attributa sunt: magnitudo, situs, duratio, motus. Quod mirari non debemus quoniam enim pluribus sensibus sunt communia, ideo non pendent a peculiari constitutione organi, neque ab insensibilibus illis organi motibus, quorum subtilitas et multitudo perceptionem nostram confusam reddit, sed pendent a

1 perfecte (*1*) describeret, (*2*) | exponeret *erg.* | *L* 2 calorem (*1*) cogno (*2*) agnoscerent, *L* 3 f. , neque . . . geruntur *erg. L* 5 f. natus *erg. L* 9 intelliguntur, ut (*1*) essentia (*2*) esse, durare *erg. L* 9 explicari, (*1*) priora (*2*) id *L* 10 f. agnosci, (*1*) priora nulla resolutione indigent, po (*2*) | ut . . . telluris *erg.* | Priora *L* 12 sunt, | et per s *erg. u. gestr.* | posteriora *L* 14 sed *erg. L* 14 ut (*1*) liquabilitas (*2*) fusibilitas . . . diximus, *erg. L* 15 saltem *erg. L* 15–20 resolvuntur. (*1*) Notandum est tamen | (*2*) Et hactenus | enim *erg.* | unumquodque quoda (*3*) Magis . . . autem *erg.* | *L* 21 iterum *erg. L* 22 notiones | distinctas et *gestr.* | ab *L* 25–S. 2004.2 , sed . . . natura (*1*) corp (*2*) variis (*3*) | diversis *erg.* | . . . sunt *erg. L*

natura diversis organis communi, quae est ipsa natura corporis, itaque confusione particularium perceptionum exuta sunt. Notandum est etiam inter attributa distincta ea esse magis simplicia, quae toti aeque competunt ac partibus, quae nonnulli vocant similaria, ita extensio simplicius est quiddam quam figura; nam quae toti tribui possunt, non vero partibus, ea toti ideo competunt, quia ex istis partibus constat, et proinde ex consideratione partium possunt explicari; itaque talia attributa possunt resolvi in attributa partium ex quibus nascuntur, quod de attributis similaribus ex hoc capite concludi non potest. Sed haec intelligo de attributis similaribus distinctis, ut est extensio. Nam attributa similaria confusa (exempli causa albedo), tribui quidem possunt tam toti quam partibus, sed sensibilibus; quod autem pars quaelibet etiam insensibilis albi sit alba, tuto dici non potest. Vel potius contrarium recte asseritur, quoniam videmus singulas spumae bullas non esse albas, totam tamen spumam albere.

Generaliter simpliciora et magis similaria in contemplando praeferenda sunt

Eodem modo corpora similaria (licet ad sensum tantum) ut liquores, salia, metalla simpliciora habenda sunt organicis, ut plantis et animalibus [quae] ex variis similaribus componuntur; et attributa quoque similaria quae de iis observantur in considerando caeteris praeferenda, etsi ambo confusa sint. Illi quoque modi corpora tractandi atque examinandi utiliores sunt et in contemplatione praeferendi, qui ut vulgo Chymici loquuntur, fiunt per se, id est nullis aliis additis quam communibus illis, igne, aëre, aqua, terra, et his ipsis quam maxime licet puris, seu nulla peculiari qualitate imbutis; et generaliter si quod phaenomenon aeque simplicibus ac compositis insit, vel si quis effectus aeque ambobus praestari potest, simplicia praeferantur. Ita experimenta quae fiunt calore radiis solis excitato simpliciora sunt his quae fiunt igne nostro culinario, qui acidum quiddam emittit, quo res inficiuntur.

3 magis (*1*) composita (*2*) simplicia, *L* 4 ita (*1*) figura (*2*) extensio (*a*) distinctius (*b*) | simplicius *erg.* | *L* 6 f. in . . . nascuntur *erg. L* 8 , ut est extensio *erg. L* 11 videmus (*1*) ex vitro non albo in ex (*2*) singulas *L* 12–14 albere. (*1*) Fatendum est tamen (*2*) Eodem *L* 14 (licet . . . | liquores *erg.* | . . . metalla *erg. L* 15 organicis, (*1*) et si (*2*) ut . . . animalibus *erg.* | quae *versehentlich gestr.* | *L* 16 componuntur | ut plantis et animalibus: *erg. u. gestr.* | ; et (*1*) exper (*2*) attributa *L* 17 ambo *erg. L* 18 et in (*1*) considera (*2*) contemplatione praeferendi *erg. L* 22–24 simplicia | non modo sumtuum, sed et lucis causa *gestr.* | praeferantur. | Ita (*1*) utiliora ad (*2*) experimenta . . . sunt (*a*) eo (*b*) his . . . inficiuntur. *erg.* | *L*

Der in Kleindruck folgende Text wurde von Leibniz verworfen und neu angesetzt:

Datur quaedam Attributorum confusorum resolutio experimentalis, quae quidem prodest tam ad praxin quam ad contemplationem, non tamen facit, ut confusa esse cessent

Attributorum autem confusorum, ut causas investigemus, ac resolutionem qualemcunque obtineamus; conferenda sunt tum inter se, ut appareat eorum concursus in idem objectum, compatibilitas, connexio, tum vero maxime conferenda sunt cum attributis distinctis. Quoties inferuntur inter se, considerandum est ipsa attributa confusa nonnunquam non intellectu quidem attamen experientia in alia resolvi, non tamen inde statim colligi potest ea esse magis composita. Exempli causa non sequitur colorem viridem verisimiliter simpliciorem esse flavo et caeruleo, quia semper ex his mistis exurgit. Quod argumentum valeret in resolutione intellectuali. Attamen hoc esse tantum verisimile, sive simplicior sit viridis sive confusior, illud saltem lucrabimur, ut inventa flavi et caerulei natura, viridis facilius intelligatur: nam quod omnino nondum dici potest in quo rursus haec resolutio ab intellectuali distinguitur, ubi intellectis notionibus descriptionem ingredientibus, intelligitur id quod descriptum est.

Datur quaedam Attributorum confusorum resolutio experimentalis in alia attributa, quae quidem tam ad praxin quam ad theoriam prodest, non tamen facit ut confusa esse cessent

Attributorum autem confusorum, ut causas investigemus, ac resolutionem eorum sive analysin qualemcunque obtineamus conferenda erunt tum cum aliis attributis, tum etiam cum subjectis quibus insunt. Quanquam subjecta ipsa non nisi per attributa cognosci possint, ut proinde collatio attributi cum subjecto nihil aliud sit quam collatio ejus cum aggregato aliorum attributorum in idem concurrentium. Potest itaque attributum confusum vel conferri cum aliis attributis confusis, vel cum attributis distinctis. Collatio autem cum aliis attributis in eo consistet, ut appareat eorum concursus in idem subjectum, connexio, compatibilitas; imo et quomodo unum in alterum mutetur, vel ex pluribus aliis producatur. Unde oritur nonnunquam et resolutio quaedam attributi confusi, quam voco experimentalem, ut ab intellectuali distinguatur. Exempli causa, color viridis nascitur ex mixtura caerulei et flavi, mutatione nulla facta in objecto colorato, sed tantum in oculo,

2 f. quidem (*1*) util (*2*) prodest (*a*) ad praxin (*aa*) eor (*bb*) et (*b*) tam . . . ad *L* 4 ut (*1*) resolu (*2*) causas *L* 7 nonnunquam (*1*) ratione (*2*) non (*a*) ratione (*b*) non intellectu quidem attamen (*aa*) sensu (*bb*) experientia *L* 7–10 resolvi, (*1*) tamen alia aliis simpliciora esse | videri *erg.* | itaque exempli causa, color viridis verisimiliter simplicior est flavo et caeruleo, quia semper ex his mistis (*a*) assurgit. (*b*) exurgit. Quanquam fateor hoc esse tantum verisimile. Itaque (*2*) n verisimile, *L* 15 attributa, (*1*) quae non (*2*) quae (*a*) tamen non cessant esse confusa, melius (*b*) quidem *L* 17 ac (*1*) causas qualescun (*2*) resolutionem *L* 21 attributorum (*1*) coexistentium (*2*) in *L* 25 quaedam (*1*) experimentalis (*2*) attributi *L* 27 f. mutatione . . . oculo, *erg. L*

adeo ut nonnunquam microscopio singula ingredientia suo proprio colore flavo ac caeruleo discerni possint, ex quibus compositum nudo oculo viride apparet. Non tamen ideo satis tuto adhuc dici potest caeruleum et flavum esse viridi natura priora sive simpliciora; neque enim intelligimus sed tantum experimur, ex flavo et caeruleo viride oriri, ideo nec id praevidere potuissemus; contra intelligimus etsi non experiamur, ex duobus triangulis rectangulis isoscelibus hypotenusa communi in eodem plano conjunctis quadratum exurgere; vel ex duobus numeris imparibus fieri parem. Nam in resolutione intellectuali vel definitione si ingredientia descriptionis intelligantur, intelligitur quod descriptum est; at secus est in resolutione quae sola sensu fit; et quae hoc modo resolvuntur, non cessant esse confusa; neque enim nos capimus, quomodo ex apparentia confusa horum duorum colorum tertius ille nobis offeratur.

Quando Attributi alicujus confusi, exempli causa Lucis, subjectum, causa seu modus quo, producitur vel augetur, contrarium seu modus quo destruitur et minuitur; effectus denique consideratur, eo ipso id confertur cum aggregato plurium aliorum attributorum confusorum ac distinctorum simul sumtorum. Sed prae caeteris consideranda sunt attributa distincta, nempe duratio, magnitudo, motus, figura angulus, aliaeque circumstantiae, in tantum enim ratiocinari possumus, in quantum attributa distincta consideramus. In hac consideratione attributorum distinctorum confusa comitantium consistit applicatio matheseos ad physicam, ita, ubi semel didicimus angulos incidentiae et reflexionis radiorum lucis esse aequales, eosque angulos sumendos esse respectu perpendiculariter incidentis in planum superficiem tangens, jam scientiam catoptricam facile constituimus; similiter paucis experimentis opus est circa refractionem ad jacienda dioptrices fundamenta.

Quoniam autem omne confusum sua natura in distincta resolubile est, etsi fortasse id non semper sit in nostra potestate, hinc sequitur omnes corporum qualitates atque

1 f. ingredientia (*1*) discerni possint. Unde sequitur intellecta causa caerulei et flavi saltem a parte objecti colorati, eo ipso intelligi causam viridis. Nondum tamen intellecto (*2*) | suo . . . apparet *erg.* | . Non *L* 3 satis tuto adhuc *erg. L* 4 neque (*1*) statim intellecto (*2*) | enim *erg.* | *L* 4 intelligimus | aut praedi *erg. u. gestr.* | sed *L* 6 isoscelibus (*1*) compositis quadratum oriri (*2*) hypotenusa | communi . . . plano *erg.* | *L* 8 vel (*1*) descriptione (*2*) | definitione *erg.* | *L* 11 f. offeratur. (*1*) Utilissimum autem est, ut attributa confusa conferantur cum distinctis; ita (*a*) lux attri (*b*) lucidum est (*c*) lux est attributum confusum, itaque examinandae ejus circumstantiae, (*aa*) subjectum, modus quo producitur et (*aaa*) termina (*bbb*) destruitur, (*aaaa*) duratio, gra (*bbbb*) quantitas, motus, figura, angulus, effectus | (*bb*) et quidem praeter subjectum et causam, | contrarium, *erg.* | sive modos quibus producitur et destruitur, atque etiam effectum (*2*) Quando Attributa conferuntur cum (*3*) Quando (*a*) Attributa conferuntur cum subjecto (*b*) consideratur (*c*) Attributi *L* 16 nempe (*1*) magni (*2*) duratio *L* 22 constituimus; (*1*) ita (*2*) | similiter *erg.* | *L* 22 circa refractionem *erg. L* 24 autem (*1*) nihil cognosci potest nisi (*2*) nihil (*3*) nullius phaenomeni sufficiens ratio reddi potest, nisi attri (*4*) omne *L* 25 atque (*1*) motus (*2*) mutationes *L*

mutationes tandem sua natura reduci posse ad distinctas quasdam notiones, in corpore autem si sola materia spectetur sive id quod spatium replet, nihil aliud distincte concipi potest quam magnitudo et figura quae ipsi insunt ratione spatii, et motus, qui est spatii variatio. Itaque quae materialia sunt explicari possunt per Magnitudinem, Figuram et motum. Scio multos viros doctos dissentire, et qualitates exempli causa calorem, lucem, vim elasticam, gravitatem, vim magneticam, considerare tanquam quaedam entia absoluta ex forma substantiali emanantia, neque ego hanc eorum considerationem plane rejicio, saepissime enim non est necesse ut harum qualitatum resolutionem quaeramus. Ita mechanicus non curat utrum corpus ab intrinseco principio sit grave, an vero ab externo impulsum ad tellurem feratur, itaque mechanico gravitatem, Optico lucem licebit plerumque sumere tanquam aliquid absolutum et quod per se concipiatur; in rei tamen veritate, necesse est talium reddi posse rationem, explicarique quomodo in corpore oriantur. Fingamus itaque angelum aliquem nobis explicare velle, quomodo corpora reddantur gravia, is profecto nihil egerit, si de forma substantiali, de sympathia, aliisque hujusmodi rebus quam bellissime disseruerit; sed tum demum intellectui curioso satisfaciet, ubi nobis talem modum proponet, qui sufficienter intelligatur, et quo semel intellecto videamus ipsi et geometrica certitudine demonstrare possimus, necessarium fuisse ut ex his positis gravitas oriretur. Itaque necesse erit ut angelus ille tantum ea afferat, quae distincte percipiamus. Nihil autem aliud in Materia distincte percipimus quam magnitudinem, figuram et motum. Si quis praeterea corporibus formam substantialem sive animam, ac proinde sensum atque appetitum tribuat, huic quidem non repugno attamen contendo nihil conferre ad explicanda phaenomena pure materialia, neque sufficere ut dicamus corpus grave terram sentire atque appetere, nisi simul explicemus quomodo ille sensus atque appetitus oriatur, ubi tandem ad constructionem organorum sentientis, id est ad mechanicas rationes deveniendum esset. Neque enim minus mechanice fit, quod fit cum perceptione, et animae passionibus respondent motus corporei in organo, qui semper leges mechanicas sequuntur.

1 tandem sua natura *erg. L* 1–4 ad (*1*) principia Mechanica, et explicari (*2*) | distinctas quasdam notiones, (*a*) et (*b*) in (*aa*) materialibus autem per se consideratis (*bb*) materia autem per se considerata, nihil aliud distincte percipimus quam extensionis (*c*) in (*aa*) mate (*bb*) corpore . . . possunt *erg.* | *L* 5 motum. (*1*) Exempli causa, qui lucem, vim elasticam, gravitatem, vim magneticam (*2*) Scio *L* 9 utrum (*1*) gra (*2*) corpus *L* 10 f. mechanico (*1*) permissum erit gravitatem (*2*) gravitatem . . . plerumque *L* 11 concipiatur; (*1*) similiter Opticus (*2*) in *L* 14 de sympathia, *erg. L* 16 ubi (*1*) demonstrabit (*2*) nobis *L* 16 qui . . . intelligatur, *erg. L* 17 ipsi (*1*) veris, (*2*) et *L* 18 f. ille (*1*) ea tantum afferat, quae (*2*) | tantum propositiones afferat, quorum veritatem (*3*) tantum ea afferat, quae *erg.* | *L* 19 distincte (*1*) concipiamus (*2*) percipiamus. (*a*) Quod (*b*) Itaque ad (*c*) Nihil *L* 19 in (*1*) corpore (*2*) Materia *L* 20 f. | formam . . . sive *erg.* | animam ac proinde *erg.* | *L* 22 f. contendo (*1*) non (*2*) nihil . . . neque *L* 23 dicamus | verbi gratia *gestr.* | corpus *L*

Scio etiam viros quosdam optimos et doctissimos ferre non posse ut omnia corporum phaenomena mechanice explicentur, hoc enim putant obesse religioni, eoque posito sequi credunt machinam mundi neque Deo neque ulla alia substantia incorporea indigere, quod merito absurdum et periculosum censent, itaque alii immediatum Dei concursum ubique adhibent alii intelligentias sive angelos motores passim introducunt; nonnulli statuunt quandam animam mundi aut principium nescio quod hylarchicum, cujus opera efficiatur, ut gravia ad tellurem tendant, aliaque contingant ad systematis conservationem pertinentia. Sed haec omnia non sufficiunt ad reddendas rationes, nam sive Deum, sive angelum sive animam, sive nescio quam aliam substantiam incorpoream operatricem introducamus, semper in rei veritate explicari potest causa modusque operandi, modus autem quo corpus operatur distincte explicari non potest, nisi explicetur et quid partes ejus contribuant, hoc autem non intelligitur nisi eorum relatio inter se et ad totum, hoc est ipsorum figura et situs, et hujus situs mutatio sive motus, et magnitudo, et pori et alia id genus mechanica intelligantur, haec enim semper operationem variant. Fateor viros illos optimos rationes non contemnendas habuisse cur a recentiorum quorundam philosophia abhorrerent quia multi nostri temporis philosophi ad solam causam efficientem et materiam effugiunt neglectis omnino fine et formis, sed qui sapiunt illi sciunt omnem effectum tam finalem quam efficientem habere causam, finalem quidem, quia quicquid fit a percipiente fit, efficientem vero quia quicquid naturaliter in corpore fit, illud fit per organon corporeum et secundum corporum leges. Quodsi scivissent illi qui leges mechanicas oppugnant, ipsas leges mechanicas denique resolvi in rationes metaphysicas, et rationes illas metaphysicas a divina voluntate sive sapientia oriri non adeo mechanicas explicationes aversarentur. Ego sane expertus sum non posse motuum physicorum rationes reddi per solas regulas mathematicas, sed metaphysicas propositiones necessario adjungendas esse. Quod suo loco clarius patebit.

1 etiam *erg.* *L* 2 f. religioni, (*1*) perinde ac | si *erg.* | sine opera Dei, aliarumque substantiarum incorporearum (*2*) hoc enim posito sequi putant, quod | (*3*) atque inde sequi (*4*) eoque . . . credunt *erg.* | *L* 5 alii (*1*) angelos (*2*) intelligentias *L* 8 Sed (*1*) si considerassent viri optimi principia mechanica (*2*) haec *L* 10 potest (*1*) modus operandi. (*2*) causa *L* 11–14 operandi, | (*1*) qui ubi distincte apparebit (*2*) in materia autem nihil distincte concipi potest, quod non sit mechanicum. (*3*) modus . . . variant *erg.* | *L* 13 ipsorum (*1*) situs (*2*) figura *L* 15 f. habuisse (*1*) cur haec urgerent, multi enim (*2*) cur . . . multi *L* 16 f. ad (*1*) solas causas efficientes (*2*) solam . . . materiam *L* 17 omnino (*1*) finibus, et (*2*) fine . . . formis *L* 19 a (*1*) mente (*2*) | percipiente *erg.* | *L* 20 naturaliter *erg.* *L* 22 f. metaphysicas (*1*) divina voluntate sive sapientia niti (*2*) a . . . oriri *L* 23 adeo (*1*) a mechanicis explicationibus abhorruissent. (*2*) mechanicas explicationes aversarentur. *L* 23–25 sum (*1*) me non potuisse motuum physicorum rationem reddere (*2*) non . . . patebit. *L* 24 solas (*1*) leges (*2*) | regulas *erg.* | *L*

Placet autem explicare hic paulo distinctius, quomodo mihi medium inter Scholasticam et Mechanicam philosophandi rationem tenendum videatur, aut potius quomodo ab utraque parte sit veritas. Hoc enim intellecto cessabit bellum illud philosophicum internecinum, quod nuper non scholas tantum atque Academias, sed etiam Ecclesiam et Rempublicam subinde turbavit. Mechanici enim Scholasticos velut rerum vitae utilium ignaros, contemnunt, contra Scholastici, et qui Scholasticam philosophiam colunt Theologi, philosophos mechanicos velut religioni inimicos, odere; et fateor excedi limites ab utraque parte, quaedam etiam a philosophis periculosius dicta esse, quam ut probari debeant. Ego vero sic sentio: Omnia quidem sua natura esse clare distincteque explicabilia, et a Deo manifestari posse nostro intellectui, si vellet, et non posse corporis operationem satis intelligi, nisi intelligatur quid partes ejus conferant; ac proinde nullam sperandam ullius phaenomeni corporei explicationem, nisi adhibita partium constitutione; verum hinc minime sequitur nihil aliud in corporibus intelligi posse nisi quod sit materiale et mechanicum; neque etiam sequitur in materia solam extensionem reperiri. Nam licet attributa corporum confusa revocari possint ad distincta, sciendum est duorum generum esse attributa distincta, alia enim petenda esse ex Scientia Mathematica, alia vero ex Metaphysica. Ex scientia quidem Mathematica, magnitudinem, figuram, situm, et horum variationes, sed ex metaphysica existentiam, durationem, actionem et passionem, vim agendi, et actionis finem sive agentis perceptionem. Itaque arbitror in omni corpore esse quendam sensum atque appetitum, sive animam, ac proinde soli homini formam substantialem atque perceptionem sive animam tribuere tam esse ridiculum, quam credere omnia hominis solius causa facta esse, et terram universi centrum esse. Sed ab altera parte sentio, ubi semel ex sapientia Dei et natura animae leges naturae mechanicas generales demonstraverimus, tunc in particularibus naturae phaenomenis explicandis ad

3 intellecto (*1*) prior (*2*) odia et contem (*3*) cessabit *L* 5 turbavit (*1*) , et m (*2*) Nam (*a*) Scholastici theologi (*b*) theologi et philosophi (*3*) Scholastici Mechanicos oder (*4*) Mechanici *L* 7 philosophos (*1*) mech (*2*) naturales ve (*3*) mechanicos *L* 10 vellet, (*1*) et proinde omnia phaenomena materialia habere rationes mechanicas, (*a*) sed (*b*) quod (*2*) et *L* 11 operationem (*1*) intelligi (*2*) satis *L* 11 nisi (*1*) et partium ejus (*2*) intelligatur quid (*a*) partium ejus figura conferant; verum non haec (*b*) partes *L* 14 mechanicum; (*1*) imo et in ipsa materia aliud quiddam quam extensionem reperiri (*2*) sunt (*3*) et in (*4*) neque *L* 15 reperiri. (*1*) Sciendum est enim (*a*) notiones d (*b*) attributa distincta non tantum peti debere ex mathematicis, (*2*) Nam *L* 15 attributa (*1*) distincta (*2*) corporum *L* 16 ex (*1*) Me (*2*) Scientia *L* 18 figuram, (*1*) locum, et horum (*2*) situm *L* 20 esse (*1*) quandam perception (*2*) quendam *L* 20–22 appetitum, (*1*) ac proinde (*a*) formam substantialem sive animam (*b*) et formam substantialem (*aa*) soli homi (*bb*) atque perceptionem soli homini (*2*) sive . . . animam *L* 22 solius *erg. L* 23 et . . . esse *erg. L* 23 sentio, (*1*) quoties de (*2*) ubi semel ex (*a*) natura Dei (*b*) sapientia *L* 24 generales *erg. L* 25 explicandis *erg. L*

animam vel formam substantialem ubique recurrere tam esse ineptum quam recurrere in omnibus ad absolutam Dei voluntatem; nam actio animae ex statu organi atque objecti et operatio Dei ex singularum rerum conditionibus determinatur, non quidem necessitate materiae, sed impulsu causae finalis sive boni.

367. SPECIMINA DE MOTUS CAUSA ET DE CORPORUM QUALITATIBUS [Sommer 1678 bis Winter 1680/81 (?)]

Überlieferung:
L Konzept: LH XXXVII 5 Bl. 164–169. 3 Bog. 2°. 10 Sp.

Die folgenden sieben Stücke, die wir nach dem häufig belegten Wasserzeichen datieren, hat Leibniz wohl zu einem Stück verschmelzen wollen. Dabei scheint er in verschiedenen z.T. wieder verworfenen Ansätzen gleichzeitig mehrere Aspekte des Themas im Auge gehabt zu haben. Ursprünglich begann er mit dem später wieder verworfenen Stück N. 367_1 (Bl. 165 v°), wendete dann den Bogen und führte zunächst die beiden Stücke N. 367_2 (Bl. 164 r° u. v°) und 367_3 (Bl. 165 r°) aus. Den Ansatz N. 367_1 griff Leibniz mit Stück N. 367_4 auf dem nächsten Foliobogen wieder auf (Bl. 166 v°), drehte jedoch dann den Bogen und faltete diesen anders, wohl um parallel den in Stück N. 367_5 (Bl. 167 r°) ausgeführten Aspekt kontrastierend bearbeiten und gegenüberstellen zu können. Die Definitionen von Stück N. 367_6, die ursprünglich die Fortsetzung von N. 367_4 auf Bl. 166 v° bilden sollten, schrieb er dann auf die Rückseite des Blattes, die nach Neufaltung jetzt erste, bisher leere Seite des Foliobogens (Bl. 166 r°). Schließlich folgte auf dem dritten Foliobogen das letzte Stück N. 367_7 (Bl. 168 v° – 169 v°), das ursprünglich noch auf dem dann leer gelassenen Bl. 168 r° beginnen sollte.

2 nam (*1*) ex (*2*) particularis Dei voluntas (*3*) actio *L* 2 atque objecti *erg. L*

367_1. DE ATTRIBUTIS

ATTRIBUTA sunt vel principia intrinseca vel affectiones.

PRINCIPIA INTRINSECA sunt attributa primitiva sive ab aliis eidem subjecto competentibus a priori indemonstrabilia.

Itaque [*bricht ab*]

367_2. DE MOTU CORPORIS

Corpus in Motu est, quod est causa efficiens proxima cur pars quaelibet ipsius situm cum aliis corporibus mutet; alioqui dicitur Quiescere.

Consideremus duo haec corpora, Solem et Tellurem, quae cum inter se distantias mutent, adeoque et situm, dicimus quidem aliquem adesse motum, sed non ideo dicere possumus utrum eorum moveatur aut quiescat, et an fortasse ambo moveantur, sed si sciamus quodnam causa proxima sit mutati situs, ei motum tribuemus; verbi gratia si telluri quaedam intelligentia inesset, quae illam circumageret; aut si paulo ante mota fuisse ponatur, quia motus semel positus sine ratione non desinit; aut si in fluido tellurem ambiente quaedam contingerent, quae ex vi quadam agendi telluris in motu existentis consequantur, aliter autem per causam aliquam explicari non possint, nempe si aether

3 eidem (*1*) corpori (*2*) | subjecto *erg.* | *L* 4 competentibus (*1*) indemonstrabilia. (*2*) a *L* 7 (*1*) MOVETUR cujus pars quaelibet locum mutat. LOCUS est situs determinatus (*2*) In Motu est | corpus *erg.* | (*3*) Corpus in Motu est, *L* 7 proxima (*1*) quod situm cum aliis (*2*) mutati situs sui (*3*) cur *L* 8 corporibus *erg. L* 8 f. Quiescere. (*1*) Haec definitio (*2*) Sola mutatio situs cum aliis vicinis rationem (*3*) Ex sola mutatione situs cum vicinis, (*4*) Pona (*5*) Consideremus (*a*) tria haec corpora, (*aa*) terram (*bb*) Tellurem Sol (*cc*) Solem, Tellurem et Lunam, | (*b*) duo . . . Tellurem, *erg.* | *L* 9 se (*1*) distantiam sive situm crebro (*2*) distantias *L* 11 possumus (*1*) , utrum motus sit in sole (*a*) solum (*b*) tantum vel (*aa*) luna vel tellure, (*bb*) tellure, vel luna tantum, quodcunque enim horum assum (*2*) utrum *L* 12 sciamus (*1*) in (*2*) quod sit causa proxima (*3*) quodnam . . . sit *L* 13 f. illam (*1*) circa solem ageret, | (*2*) circumageret; . . . desinit; *erg.* | aut si (*a*) ambientem aetherem a se abigeret (*b*) in *L* 15 contingerent, (*1*) ex quibus sequeretur in ipsa (*2*) quae ex (*a*) motu corporis quod ambitur | (*b*) sole *erg.* | consequi debeat (*3*) quae *L* 15 agendi (*1*) in tellure (*2*) telluris *L* 16 consequantur, | ut si tellus ea a se rejiciat *erg. u. gestr.* | aliter *L* 16–S. 2012.3 | nempe si (*1*) tellus aetherem circumjectum ita a se rejiciat quemadmodum (*2*) aether . . . in (*a*) liquido ambiente ad (*b*) fluido . . . possent. *erg.* utique constabit tellurem moveri. *str. Hrsg.* | Quodsi *L*

circumjectus ita a tellure recedat, uti ab ea rejici deberet, si ipsa moveretur, utique constabit tellurem moveri, nam aliter motus adeo varii in fluido ambiente ad unam causam revocari non possent. Quodsi nihil tale contingeret in sole, sola tellus foret in motu. Sin contingerent et in tellure et in sole, utrique motus attribuendus esset, et uterque pro parte ad mutationem situs contribuet.

Partium autem mentionem in definitione ideo feci, quia si corpus circa proprium axem tantummodo moveatur, dici non potest ipsum mutare situm cum aliis, licet quaelibet ejus pars situm cum aliis mutet. Si chorda aliqua utrinque aequaliter tendatur, [*bricht ab*]

Die folgenden vier Absätze in Kleindruck stellen vier weiterführende Ansätze dar, die Leibniz nacheinander verworfen und im folgenden Stück wieder aufgegriffen hat:



Si vero tria sint corpora mutatio situs notari potest. Exempli causa ponamus tria esse corpora *a, b, c*, et per *a, b* transeat circulus cujus centrum sit *c* in quo sit spectator, et ponamus ipsa *a, b* distantiam quidem retinere a spectatore, sed mutare distantiam inter se, exempli causa *a* transire ex loco *1a* in locum *2a*, ipsis *b* et *c* immotis, utique notare potest spectator angulum *2acb* esse majorem quam *1acb*, sed si duo tantum essent corpora, ut si spectator esset in *b*, et corpus *a* moveretur, utique is qui esset in *b* non posset judicare [*bricht ab*]

Si visibile consideretur instar puncti, et spectator quoque velut in puncto collocatus, sintque duo tantum puncta in quorum alterutro sit spectator, non poterit notare situs mutationem quae inter haec duo puncta contingat. Poterit vero eam notare, si punctum adhuc unum praeterea assumatur, et mutatio [*bricht ab*]

6 si (*1*) motus (*2*) corpus *L* 6 f. proprium (*1*) centrum m (*2*) axem *L* 7 cum (*1*) vicini (*2*) aliis *L* 8 Si (*1*) funis aliquis | (*2*) chorda aliqua *erg.* | . . . tendatur, *erg. L* 13 (*1*) Si duo tantum essent corpora in natura rerum, non posset notari mutatio situs, quia (*a*) situs pen (*b*) mutato situ mutaretur eorum (*aa*) distantia (*bb*) quantitas (*aaa*) distan (*bbb*) intervalli, seu distantia; quantitas autem non potest notari nisi comparatione cum alia quantitate. (*2*) Si *L* 13 corpora (*1*) situ (*2*) mutatio *L* 14 potest (*1*) ut si luna (*a*) mutet (*b*) mutaret, distantiam a terra non vero a sole, tunc notari posset a spectatore (*2*) Exempli *L* 14 f. *c* (*1*) per quae transeat circulus cujus centrum sit *d* (*2*) et . . . *c* *L* 16 ipsa (*1*) eandem quidem distantiam (*2*) *a, b* distantiam quidem *L* 18 *2a*, (*1*) | caeteris *versehentlich nicht gestr.* | *b* et *c* immotis, (*2*) ipsis *L* 23 (*1*) Si duo puncta | visibilia et *erg.* | visu praedita (*a*) fingantur et movere (*b*) et situm inter se mutantia fingantur, hoc percipere non poterunt; (*2*) Si *L* 25 f. notare (*1*) motum (*2*) situs *L* 27 mutatio | ⟨id⟩ *gestr.* | *L*

Si duo tantum sint puncta in rerum natura, eaque situm mutare intelligantur, hoc non poterit notari; quia distantia est magnitudo intervalli, magnitudo autem sola comparatione intelligi potest.

Si duo tantum ponantur [*bricht ab*]

367_3. DE MUTATIONE SITUS

De Mutatione Situs

Si duo tantum essent puncta in rerum natura, eaque inter se situm mutare ponerentur, hoc non posset notari, quia situs cognoscitur per distantiam ab alio. Distantia est magnitudo intervalli. Magnitudo autem cognoscitur sola comparatione. Exempli [causa] si puncto *a* quiescente, punctum *b* mutet situm, et transeat per loca *1b, 2b, 3b*, hoc notari non poterit ex *a*, neque an *b* moveatur, quia nullum est principium judicandi ex *a* utrum recta *a2b* sit major quam recta [*a1b*]. Nec judicari poterit quomodo *b* moveatur, quia nullum est principium judicandi utrum puncta *a, 1b, 2b* cadant in unam rectam, et utrum *1b, 2b, 3b* cadant etiam in unam rectam.



Si vero loco punctorum adhiberentur corpora, mutatio illa posset notari. Nam si ponamus puncto *a* quiescente *b* transferri ex *1b* in *2b*, constare poterit mutatio, sumtis enim in corpore moto punctis *c, d*, quae durante motu ipsi puncto medio *b* parallela ferantur, angulus *cad* crescente distantia diminuetur, exempli causa *1ca1d* erit major quam *2ca2d*, angulus autem ut *1ca1d* notari poterit in partibus ipsius corporis *a*, nempe in *ef*.

1 situm | inter *erg. u. gestr.* | mutare *L* 7 quia (*1*) dista (*2*) situs *L* 10 *b erg. L* 11 judicandi (*1*) utrum (*2*) ex *L* 12 *a2b L ändert Hrsg.* 13 utrum (*1*) angulus (*2*) loca (*3*) puncta *L* 16 puncto *erg. L* 16 *b* (*1*) transferatur in (*2*) transferatur (*3*) transferri *L* 16 *2b*, (*1*) constabit (*2*) constare *L* 16 poterit (*1*) mot (*2*) mutatio *L* 17 in (*1*) *b* duobus (*2*) corpore moto *L* 18 *cad* (*1*) tanto erit minor, quo (*2*) crescente *L* 19 autem (*1*) ut *ef* notari pot (*2*) ut *L* 20 *ef.* | Notari etiam hinc poterit, utrum punctum *b* moveatur in linea recta, quia quamdiu rectae *a1b* et *a2b* non faciunt angulum, seu eidem puncto in *ef* sumto respondent, (*1*) motus (*2*) nempe *g*, est in eadem recta, si vero nonnihil deflectat *b*, ut in *3b*, tunc punctum *gestr.* | *L*





367_4. DE ATTRIBUTIS, FORMIS ET DE DIVISIONE CORPORUM

Attributa distincta sunt quorum resolutio in natura priora intelligitur, seu quae definitione causali explicari possunt, ut Numerus, Magnitudo, Figura, Motus. Confusa sunt, quae explicari non possunt, sed aliis ut concipiantur, ostendi debent. Tales sunt qualitates sensuum extensorum, ut color, sonus, odor, sapor, vel explicantur a posteriori, ut calor, gravitas.

Attributum Homoeomeres, quod parti et toti aeque tribuitur, ut extensio, motus, rubedo. In confusis attributis, qualis est rubedo, affirmari non potest, quod idem attributum cuilibet parti utcunque parvae competat, seu quod quaelibet pars rubri sit rubra; etsi hoc succedat in sensibilibus partibus.

2–7 | Attributa . . . | in natura priora *erg.* | . . . definitione | (*1*) a priori (*2*) causali *erg.* | . . . gravitas. *erg.* | (*a*) Praedic (*b*) Attributum *L* 7 aeque (*1*) competit, (*2*) | tribuitur *erg.* | , ut (*a*) motus, (*b*) extensio, *L* 8 rubedo, (*1*) judicari non (*2*) affirmari *L* 9 utcunque parvae *erg. L*

Symbola sunt corpora, quae in se mutuo permutari possunt, ut glacies et aqua.

Continua sunt corpora inter se, quorum superficies aliqua communis est. Ubi notandum fieri non posse, ut duo corpora punctum tantum vel lineam tantum communem habeant.

Contigua sunt corpora inter se quae terminos habent simul sive indistantes, nec refert isti termini sint puncta, an lineae, an superficies.

Corpus continuum dicitur, cujus quaelibet partes contiguae per superficiem, sunt continuae inter se.

Corpora cohaerere dicuntur, si uno moto sequatur alterum. Hinc si quid alteri inclusum sit, movetur quidem cum ipso, sed ipsum non sequitur.

Rarefit corpus, si nullo novo corpore sensibili accedente, quod partibus ejus intercedat, ipsum corpus majorem quam ante locum occupat.

Condensatur si nullo corpore sensibili inter partes ejus expulso ipsum corpus minorem quam antea locum occupet. Ita aër in thermometro modo majus modo minus spatium occupat.

Forma est attributum abstractum absolutum, seu quod non concipitur ut modus entis, sed ut ens in se subsistens; exempli gratia nigredo. Nam ut ea vulgo concipitur ab hominibus, conceptus ejus nihil involvit quod eam per se extra molem corporis subsistere prohibeat. Sed si distincte concipiatur in quo consistat nigredo, fortasse deprehendetur eam necessario subjectum involvere, ut si nigredo sit cavernositas superficiei corporis, qua fiat ut radii lucis imbibantur, quo facto patet eam esse superficiei modum, ac proinde superficiem necessario involvere. Quoniam tamen saepe in scientiarum conclusionibus a causa hujus modi attributorum investiganda animum abstrahimus, ut in Mechanicis gravitatem saepe consideramus velut absolutam aliquam qualitatem corpori inhaerentem, perinde ac si corpus per se, sive vi hujus qualitatis intrinsecae, sine ulla externa causa ad

1 f. aqua. (*1*) Corpus corpori co (*2*) Continua *L* 5 f. , nec . . . superficies *erg. L* 7 partes (*1*) quae pro (*2*) contiguae (*a*) sunt continuae (*b*) per *L* 11 corpus, (*1*) quod majorem (*a*) locum occupat (*b*) extensio (*c*) locum occupat, et apparet nullumque (*2*) si *L* 13 nullo (*1*) novo cor (*2*) corpore *L* 13 sensibili (*1*) expulso (*a*) corpo (*b*) corpus minorem (*2*) inter *L* 17 ens (*1*) per se (*2*) in *L* 17 ea (*1*) concipitur non determi (*2*) vulgo *L* 17 concipitur (*1*) , non determinatur (*a*) an | (*b*) utrum *erg.* | (*aa*) per se (*bb*) subsistere possit in se, extra materiam | ; hoc vero fit *gestr.* | . Etsi enim forte sit tantum modus Entis, quod apparebit, si distincte concipiatur; (*aaa*) extra (*bbb*) ab hominibus (*2*) ab *L* 18 extra (*1*) quantitatem (*2*) molem (*a*) subsistere (*b*) corporis *L* 19 concipiatur (*1*) quomodo (*2*) in *L* 23 conclusionibus (*1*) possumus (*2*) attributa (*3*) ab (*4*) a *L* 24 saepe *erg. L*

centrum terrae tenderet; hinc attributa ista, quae saltem confuse instar absolutorum entium concipi possunt, a caeteris distinguere operae pretium fuit. (Omnis forma est attributum homoeomeres.)

Intensio est quantitas formae in se, ut si forma sit motus, intensio erit celeritas.

Extensio formae est quantitas materiae cui inest forma homoeomerica, ut quantitas corporis moti est ipsius motus extensio.

Quantitas formae est factum ex intensione et extensione formae.

Quantitas autem materiae fit ex spatio seu volumine ducto in densitatem corporis. Itaque Quantitas formae fit ex his tribus in se invicem ductis, volumine, materiae densitate, formae intensione. Exempli gratia pollex cubicus et pes cubicus aquae salsae tribus ex capitibus comparari possunt, nam et pes major pollice, et una aqua sale ditior altera esse potest (si nempe ex pollice cubico unius plus excoqui possit quam ex pollice cubico alterius) et denique sal ipse qui ex uno fit fortior esse potest quam qui ex altero elicietur.

Corpora per minima misceri dicuntur si nulla pars compositi sumi potest, in quo non sit pars ex utroque componentium sumta. Ut si aqua sali misceatur. Non tamen hinc sequitur corpus hujusmodi esse similare, fieri enim potest ut diversis compositi partibus diversae sint partium ex componentibus sumtarum proportiones. Exempli causa si poneremus aquam profundiorem esse salsiorem, et semper salsedinem crescere cum profunditate.

Minima illa physica sunt partes in quas unumquodque componentium in mixtione divisum est, sumuntur autem hic pro punctis, haec portio potest etiam dici Atomus.

Si minimae partes in quas divisa sunt composita ponerentur esse puncta mathematica et poneretur etiam quodlibet compositi punctum esse mixtum, tunc perinde esset ac si quodlibet punctum componentium poneretur rarefactum, et pars una puncti rarefacti ex uno composita cum parte puncti rarefacti ex altero, rursus in punctum priori ante rarefactionem densitate aequale (vel si densitas utriusque inaequalis), mediae densitatis

2 pretium (*1*) erit. (*2*) fuit. *L* 3 f. homoeomeres.) (*1*) Formae aeque extensae sunt quae sunt in eadem quantitate materiae. (*2*) Formae Intensio est (*a*) quae a quantitate (*b*) quantitas formae (*aa*) secundum quam duae formae (*bb*) in eadem quantitate materiae similiter (*cc*) homoeomeres (*dd*) specie eaedem sive (*3*) Intensio *L* 4 , ut (*1*) in motu, cel (*2*) si . . . celeritas *erg. L* 7 ex (*1*) ductu (*2*) intensione *L* 8 seu volumine *erg. L* 9 ductis, (*1*) spatio, (*2*) | volumine *erg.* | *L* 10–14 Exempli . . . elicietur. *erg. L* 15 pars (*1*) sensibilis sumi potest in quo non sit (*2*) compositi sumi potest, in quo (*3*) compositi *L* 16 pars (*1*) utriusque componentium. (*2*) ex . . . sumta. *erg. L* 17 ut (*1*) aliqua (*2*) in ali (*3*) diversis *L* 21 quas (*1*) mixtum (*2*) unumquodque *L* 23 f. Atomus. (*1*) Si minima ista (*a*) ponantur esse mathematica | (*b*) ponerentur mathematica *erg.* | et totum mixtum (*aa*) non sit densius (*bb*) dens (*2*) Si *L* 26 poneretur (*1*) extensi (*2*) rarefactum, *L* 27 uno | mixto *gestr.* | composita (*1*) p⟨u⟩ (*2*) cum *L* 27 altero | mixto *gestr.* | , rursus *L*

condensaretur. Hoc modo et formae et qualitates mixti essent factae ex formis et qualitatibus miscibilium inter se [rarefactis]. Sed haec cum aliunde constet secundum rigorem vera non esse, discutere nihil attinet.

367_5. DE CAUSA MOTUS

Punctum moveri dicitur quod distantiam ab aliis punctis mutat ob causam in ipso existentem.

Duorum punctorum *A* et *B* motus communis est si quatenus ita moventur eandem distantiam servent; ut liquidum cum vase, etsi per accidens eveniat, ut partes liquidi ob vas nonnihil concussum separatum aliquem motum accipiant. Si vero corpus esset firmum partes ejus absolute distantiam eandem servarent.

Corpus moveri dicitur, si nulla ejus pars sit in qua non punctum assumi possit, quod communi cum caeteris motu moveatur. Hinc patet cur dicatur corpus moveri circa suum axem, etsi puncta ejus aliqua nempe in axe motus sita, quiescant. Chorda vero quae ab utroque extremo extenditur, non ideo moveri dicitur, nam motus nullus est per se partibus (si totum ut firmum consideraretur) futurus communis, cum alia huc alia illuc magis trahantur.

Motus simplex est cum omnia puncta moti describunt lineas parallelas, rectas scilicet vel peripherias.



Porro ad motum desidero, non tantum mutationem situs ab aliis, sed etiam ut causa sit in eo cui motus ascribitur, nam si solam mutationem situs consideremus, seu quod in motu mere mathematicum est, non potest dici cuinam ex pluribus corporibus situm inter se variantibus motus sit

1 condensaretur. (*1*) Sed haec excutere nihil attinet, hoc (*2*) Hoc *L* 1 essent (*1*) res (*2*) factae *L* 2 refractis *L ändert Hrsg.* 2 constet (*1*) vera (*2*) secundum *L* 3 attinet. (*1*) | Motus simplex est *gestr.* | *L* 6 f. existentem. (*1*) Extensum moveri dicitur quod (*2*) Duorum *L* 7 est (*1*) si punctum *A* (*2*) | si *erg.* | assumendo puncta | ali *erg. u. gestr.* | quatuor (*3*) si ponatur (*4*) si (*a*) mo (*b*) quatenus *L* 11 dicitur, (*1*) si quodlibet ejus punctum (*2*) si *L* 12 f. circa suum axem *erg. L* 14 est (*1*) sua natura (*2*) per se et sua natura (*3*) per se *L* 15 futurus *erg. L* 17 f. Motus . . . peripherias. *erg. L* 25 dici (*1*) cur (*2*) cui motus (*3*) cuinam *L*

ascribendus. Unde fit etiam ut in Astronomicis tam multas hypotheses fingere liceat, qualis illa est nullo modo probabilis, quae lunam in centro mundi ponit; sed si ad causas physicas veniamus, facilius constat cuinam ascribendus sit motus. Exempli causa sint tria corpora *a, b, c* dicamque moveri corpus *c* in recta *1c2c*, poterit alius mihi contradicere et asserere non moveri ipsum *c*, sed quiescere, et ipsa *a, b* simul sumta potius contrario motu moveri ex *1b1a* in *2b2a* quae licet non aeque sit probabile, (simplicius enim est motum unius supponere quam duorum) est tamen possibile, nam situs primus ponatur esse *1a1b1c* translato *1c* in *2c* ipsis *1a* et *1b* manentibus tunc phaenomenon, quod orietur, erit situs *1a1b2c*; at ipso *1c* manente et *1a1b* translatis in *2a2b* tunc phaenomenon quod orietur, erit situs *2a2b1c* qui a priori phaenomeno seu situ *1a1b2c* non potest discerni, itaque nec judicari hinc potest, utra hypothesis sit vera. Idem est etsi quatuor corpora loco trium supponantur, tunc eadem phaenomena poterunt explicari per hypotheses adhuc multo plures. Nisi assumatur aliquod corpus novum *d* tale, ut corpus unum *c* si moveri ponatur ex *1c* in *2c*, in ipsum *d* impingere necesse sit, tunc enim a simplici consideratione mathematica situs variati, transitur ad physicam nempe ad aliquam actionem, sequetur enim aliqua motus communicatio, ex qua manifestum erit, actionem aliquam ipsi *c* esse ascribendam.



Locus est situs qui distantia a punctis fixis in mundo sumtis determinatur.

Hinc fieri potest, ut corpus sit in motu, seu vim quandam agendi habeat, locum tamen respectu punctorum immotorum circumjacentium non mutet. Exempli causa *e* moveatur in linea *fg* ab *f* versus *g*, et eodem tempore eadem celeritate tota linea *fg* contrario motu, sic ut vestigia lineae in ipsam

2 ponit; (*1*) redeund (*2*) non ergo ex solis phaenomenis (*a*) , sed ex causis physicis (*b*) cor (*c*) astrorum per se consideratorum (*3*) sed *L* 4 *c* (*1*) moveaturque (*2*) dicamque moveri *L* 5 simul *erg. L* 6 ex . . . *2b2a erg.* (*1*) quema (*2*) quae *L* 7 possibile, (*1*) nam si *c* immobiliter ponatur in loco *1c* manere, et *1b1a* transferri in *2b2a*, (*a*) phaenomenon orietur *1c* (*b*) phaenomenon (*c*) quod ide (*d*) eri (*2*) nam *L* 12 quatuor (*1*) puncta (*2*) | corpora *erg.* | *L* 12 supponantur, (*1*) semper enim (*2*) | tunc *erg.* | *L* 13 aliquod (*1*) punct (*2*) corpus *L* 13 *d erg. L* 14 *c erg.* (*1*) motum (*2*) si *L* 14 ex . . . *2c erg. L* 15 *d erg. L* 19 f. aliqua (*1*) percussio (*2*) motus communicatio *L* 23–25 Locus est (*1*) distantia (*2*) situs . . . determinatur. *erg. L* 28 eadem celeritate *erg. L* 29–S. 2019.1 motu | eadem celeritate *gestr.* sic . . . incidant, *erg.* | *L*

lineam incidant, tendat ex *1f1g* in *2f2g*, ut si *e* sit homo, *fg* navis in qua homo spatietur a prora ad puppim, dum navis aequali celeritate progrediatur, manifestum est quo tempore *e* perveniet ab *f* in *g*, eodem tempore *1g* pervenire in *2g*, et quia ob aequalem celeritatem utriusque motus linea *fg* decursa ab *e* aequalis est lineae *1g2g* decursae a puncto *g*, ideo punctum *2g* incidet in punctum *1f*, et ideo *e*, quod sub finem motus pervenit in *g*, adeoque nunc est in *2g*, reperietur esse in *1f* ubi antea fuerat. Et idem semper et ubique durante hoc motu continget, adeoque *e* spectatum ex immotis *l, m, n* ne quidem progredi videbitur. Dicendum tamen est ipsum esse in motu; nam homo ille utique sentiet se spatiando fatigari, et motu suo pellere aliquid vel trahere poterit; ac proinde agit. Quoniam ergo motum ei tribuimus in quo causa mutati situs est, seu quod agit, utique corpus *e* moveri dicemus, etsi locum quem in mundo habet, et qui respectu punctorum fixorum sumendus est non mutet. Etsi autem nullum fortasse sit corpus fixum in mundo, tamen puncta fixa intellectu designari possunt, cognito enim motu, quo corpora ab suis locis digrediantur, constat etiam distantia locorum priorum a locis posterioribus.

Qui motum corporis definiverunt translatione ex vicinia corporum immediate contingentium, et quae tanquam quiescentia spectantur in viciniam aliorum, illi non tantum commisere circulum in definiendo: nam quamdiu non intelligitur, quid sit motus, nec intelligetur quid sit quies; sed etiam verbis usu receptis vim fecere, ut ne statuere viderentur motum terrae, itaque negaverunt terram moveri, quia scilicet cum coelo seu vortice suo deferatur, nec proinde ab ambientibus corporibus recedat, quod quanquam falsum sit (nam licet cum vortice suo moveretur, minus celeriter tamen moveretur, quam materia subtilis ipsius vorticis); tamen licet verum poneretur non ideo motui terrae obesset, quis enim neget trabes moveri quae a flumine deferuntur, moventur enim nonnunquam tanta vi ut etiam pontes convellant. Itaque nos illi motum tribuemus, quod vim agendi habet. Unde patet etiam falso illos dixisse, id quod reale et positivum in motu est, aeque utrique corporum contiguorum a se recedentium competere. Potest enim vis agendi esse in uno tantum, adeoque et causa ⟨variati situs ⟩.

1 f. *2f2g*, (*1*) ita ut punctum (*2*) atque ita punctum (*3*) | ut . . . progrediatur *erg.* | manifestum *L* 4 *g*, (*1*) erit *2g* (*2*) ideo *L* 6 fuerat. (*1*) Et proinde etsi c (*2*) Nec proinde (*3*) Et *L* 6 idem (*1*) est ubi (*2*) semper *L* 7 continget, (*1*) et ex puncto (*2*) adeoque *L* 7 quidem (*1*) progreditur (*2*) progredi *L* 8 est (*1*) motum (*2*) ipsum *L* 12 mutet. (*1*) Hinc patet etiam si nullum esset (*2*) Etsi *L* 13 possunt, (*1*) cognita enim celeritate, qua (*2*) cognito . . . quo *L* 13 f. ab (*1*) ipsis (*2*) suis locis *L* 14 f. posterioribus. | Ex his etiam patet nos Motum brevius potuisse definire, actionem corporis quatenus extensum est, vel actionem corporis (*1*) in aliud corpus (*2*) transeuntem sive in aliud corpus, (*a*) sed priora | (*b*) superiora tamen *erg.* | opinor clarius intelligentur. *gestr.* | (*aa*) Itaque (*bb*) Illi vero | (*cc*) Sed *erg.* | (*dd*) Qui *L* 15 corporis *erg. L* 16 f. illi (*1*) primum (*2*) explicar (*3*) | non tantum *erg.* | commisere *L* 17 definiendo: (*1*) quid (*2*) nondum enim intelligi potest, (*3*) nam *L* 18 sed etiam *erg. L* 25–27 Unde . . . | a se recedentium *erg.* | . . . ⟨situs⟩. *erg. L*

367_6. DEFINITIONES MOTUS ET IMPULSUS

Motus simplex est, cum omnia corporis puncta vias parallelas describunt, tales sunt non nisi rectus et circularis.

Impingitur corpus corpori excipienti, si motu suo continuato in locum ejus perventurum esset.

Unde si excipiens moveatur dicitur pelli.

Si impingens post impactum moveatur in contrariam partem, dicitur repelli.

Trudens est pellens contiguum manens durante motu.

Propellens est pellens quod contiguum esse cessat.

Protrahitur quod truditur a parte ejus cujus major pars in motu antecedit rem quae protrahi dicitur.

367_7. DE INGREDIENTIBUS ET QUALITATIBUS CORPORUM

Corpus[1] similare, est cujus quaelibet portio habet easdem qualitates, ut aurum. Haec autem intelliguntur ad sensum.

Ingredientia sunt quorum mixtura fit novum corpus, ut ingredientia salis armoniaci sunt sal, fuligo, urina.

Mixtura est duorum corporum *A* et *B*, si tam *A* quam *B* dividantur in multas partes, eaeque ita disponantur, ut quaelibet pars ex ipso *A* (vel *B*) sumta, reddatur contigua parti

[1] *Am Rande am Kopf der Seite*: Variari dicitur genus, cum de una ejus specie transitur in aliam, ut cum homo ex pallido rubescit, tunc homo mutatur, color vero variatur.

3 f. circularis. (*1*) Pellitur corpus a corpore si ob vitandam penetrationem dimensionum ab eo moveatur. (*2*) Impingitur *L* 7 impingens (*1*) ita (*2*) moveatur in cont (*3*) post *L* 13 (*1*) Corpus simplex est (*2*) Motus (*3*) Corpus simplex est quod in partes diversorum attributorum (*a*) homoeomericorum (*b*) similarium discerni nequit. Talia essent Elementa pura Peripateticorum. (*4*) Corpus *L* 13 habet (*1*) eadem attributa | similaria, *gestr.* | (*2*) easdem qualitates *L* 14 Haec . . . sensum. *erg. L* 17–S. 2021.3 Mixtura . . . separationem. *erg. L* 17 est (*1*) cum partes (*a*) eorum, quae miscentur (*b*) quae prius contiguae erant separantur, (*2*) | eorum, quorum partes multae *erg.* | (*3*) duorum *L* 18 pars (*1*) ipsius *A* (*2*) ex *L*

alicui ab ipso *B* (vel *A*) sumtae. Si fila varie sibi implicentur, exempli causa serica, et linea, non est mixtura, quia sibi adhuc cohaerent. Contrarium mixturae voco separationem.

EDUCTA voco cum ex uno corpore fiunt plura. Ut ex vitriolo, educta sunt spiritus oleum et colchotar.

INGREDIENTIA sunt vel subsistentia vel destructa mixtione.

EDUCTA similiter sunt vel praeexistentia vel producta.

COMPONENTIA sunt partes corporis ab aliis partibus qualitate differentes. Itaque statuae membra non dicemus partes ejus componentes, si tota ex aere sit. Caro vero et ossa sunt componentia.

MEMBRA sunt partes corporis quae in eo jam a natura discernuntur, ut caput in homine, folia in talco.

Quoniam desunt nomina satis apta his interim utemur, dum alia occurant.

Ingredientia subsistentia itemque educta subsistentia, sunt componentia, sed non omnia componentia ante extitere sive ingredientia fuere, potuit enim fieri ut in corporis formatione fuerint nata; similiter non omnia componentia possunt educi, fieri enim potest ut corpore dissoluto simul destruantur.

Quaecunque tam ingrediuntur quam educi possunt ea componentia esse verisimile est, ut quia ex sale et aqua mixtis fit Muria, et rursus ex muria iterum educi possunt sal et aqua valde verisimile est aquam et sal in muria superfuisse, nonnunquam et pro physice

4 educta sunt *erg. L* 6 f. mixtione (*1*) ; et SUBSISTENTIA rursus vel (*a*) manifesta vel occultata (*b*) extantia vel (*aa*) occultata (*bb*) tecta; item vel manifesta vel occulta (*c*) occulta vel manifesta, et MANIFESTA vel tecta vel extantia vel subducta quae mox explicabuntur. (*aa*) Ingredientia subsistentia mani (*bb*) EDUCTA similiter sunt vel praeexistentia vel producta. Et PRAEEXISTENTIA rursus vel occulta vel manifesta, et MANIFESTA vel tecta vel extantia vel subducta, quae (*2*) . EDUCTA *L* 7 f. producta. (*1*) Ingredientia subsistentia manifesta extantia sunt, ut lapilli in muro aliave pasta, separatim enim sensibus offeruntur. (*a*) Ingredientia (*b*) Educta subsistentia manifesta extantia, sunt exempli causa, argentum purum in vena repertum, (*aa*) lapis pretiosus in sua matre (*bb*) margar (*cc*) ubi nota (*aaa*) quan (*bbb*) inter (*ccc*) talia interdum non considerari ut partes sed ut contenta, ut lapis in vesica margarita in concha. Ingredientia vel Educta subsistentia manifesta tecta, sunt (*aaaa*) quorum (*bbbb*) qualitates (*cccc*) quae quidem qualitatibus suis deprehenduntur, ut sapores, colores, sed (*c*) Ingredientia subsistentia (*2*) COMPONENTIA *L* 8 f. Itaque (*1*) si statua habeat caput et pedes non dicemus ejus partes componentes, si a (*2*) statuae *L* 9 f. Caro . . . componentia. *erg. L* 11 corporis (*1*) inter se figura differentes, ut caput et pedes in animali, folia in talco (*2*) in quas (*3*) quae *L* 15 componentia (*1*) sunt ingredientia et educta, (*a*) ita ut (*b*) vel (*2*) , ante *L* 15 ut (*1*) corpore demum formato fuerint nata; (*2*) in *L* 17 f. destruantur. (*1*) COMPONENTIA sunt vel occulta vel manifesta. Occulta, ut (*2*) Quaecunque *L* 20 superfuisse, (*1*) no (*2*) quanquam (*3*) nonnunquam *L*

certo haberi potest, praesertim si eadem iterum quantitas prodeat, nullumque sit indicium factae destructionis. Absolute tamen demonstrativum hoc non est, nam fieri posset, ut ingredientia destructa reproducerentur. Certe id saepe dubium est, ut in nitro regenerato.

Pervasio est mistio corporum spontanea, nempe quae fit absque motu mistionem efficiente.

Secessio est separatio spontanea. Oriri aut destrui corpus potest per mixtionem novi, per separationem veteris, per mixtionem novi et separationem veteris simul, denique sine mixtione et separatione per solam transpositionem, sive mistionem et separationem ipsarum partium veterum.

Characterismus vocari posset, figura alicui corpori propria, ut figurae plantarum, animalium, salium.

Appendices dici possent corpora, quae separatim non inveniuntur, sed in aliis, ut dentes, gummata, margaritae, quae aliorum sunt partes vel contenta.

Durabile quod aliquandiu easdem qualitates habet.

Mutabile quod contra.

Permanens est quod aliquandiu easdem partes habet.

Fluxum, cujus partes perpetuo sunt aliae, ut flumen, flamma. Hoc autem intelligo per se, etsi fieri forte possit per accidens, ut discessio illa et successio impediatur.

Firmum est quod figuram quam habet sponte non mutat.

Fluidum est, quod sponte mutat figuram quamcunque. Itaque Elasticum etsi sponte figuram mutet non est fluidum.

Consistens est quod notabiliter resistit tactui nostro.

Inconsistens, quod ita tangi potest a nobis, ut vix nos tangere sentiamus, ut cum aërem tangimus. Per accidens tamen percipimus, cum vel nos, vel corpus [in]consistens sunt in magno motu, ut ventum percipimus sive aër in nos incurrat, sive nos in aërem.

3 Certe . . . regenerato. *erg. L* 4 spontanea (*1*) . Solutio est liquidi et sicci, vel liquidi tenuioris et crassioris pervasio. (*a*) Ita salis (*b*) Ut salis et aquae (*2*) , nempe *L* 4 motu (*1*) permistionem (*2*) mistionem *L* 5 f. efficiente. (*1*) Nomine indigemus quo exprimatur mixtio durabilis cum (*2*) Nomine indigemus, quo exprimatur spontanea separatio, quemadmodum cum vinum deponit tartarum, posset dici secessio. Nomine item indigemus quo exprimatur mixtio durabilis, (*a*) seu qua (*b*) mistio⟨ve⟩ (*c*) mistio quam non sequitur secessio. (*3*) Secessio *L* 7 novi *erg. L* 7 veteris *erg. L* 7 novi *erg. L* 7 veteris simul *erg. L* 8 transpositionem, (*1*) quanquam de posterior (*2*) sive *L* 13 f. contenta. (*1*) Permanens est corpus per se durabile, saltem per (*a*) insigne (*b*) tempus notabile. Durabile est quod aliquandiu manet iisdem praeditum qualitatibus. (*2*) Durabile . . . impediatur. *L* 15 f. contra. (*1*) Consistens (*2*) | Permanens *erg.* | *L* 16 habet. (*1*) Inconsistens, (*2*) Fluxum, *L* 20–25 quamcunque (*1*) vel sic (*2*) . Aliter (*3*) . | Itaque . . . fluidum. *erg.* | (*a*) Firmum est quod (*b*) Fluidum est cujus figura (*c*) | Consistens, quod tactui resistit ut aqua (*d*) Consistens . . . aërem. *erg.* | Molle *L* 24 percipimus, (*1*) cum illud in magno est motu (*a*) ita percipimus (*b*) vel n (*2*) cum *L*

Molle est firmum cujus figura facile mutatur ab externo, manetque qualis facta est.

Elasticum est cujus figura mutari potest ab externo, sed sponte sua redit.

Durum est cujus figura difficulter mutatur ab externo, vel potius sine partium avulsione non mutatur.

Liquidum est fluidum consistens.

Halitus est fluidum non consistens. Omne corpus non consistens deprehenditur fluidum.

Datur Halitus permanens, exempli causa fumus inclusus vitro. Flamma tamen permanens non datur. Datur etiam halitus qui sine calore oritur, scimus enim et frigore posse spiritus elici.

Aër est Halitus Elasticus.

Humor est liquor cujus portio in forma liquida tangenti adhaeret. Itaque Mercurius non est humor saltem respectu hominis, est tamen respectu alicujus metalli.

Humido oppositum est siccum. Etiam Argentum vivum siccum hoc modo erit, etsi sit liquidum.

Flamma est halitus calidus et lucidus.

Inflammabile est quod in flammam abit.

Inflammabile purum est, quod totum flamma consumitur.

Halabile est vulgo Volatile, quod in halitum abire potest.

Fixum est quod in halitum abire non potest.

Reconsistens est corpus consistens factum ex Halitu. Uti non omnis halitus fit calore, ita non omne reconsistens est congelamen.

Vapor est halitus ex quo corpus reconsistens est humor.

1 externo, (*1*) cujus oppositum est durum. (*2*) sed (*3*) manetque *L* 3 sine (*1*) rupt (*2*) partium *L* 5–11 fluidum (*1*) visibile et tactile, sive satis crassum. (*a*) Fumus (*b*) Hu (*c*) M (*2*) | consistens, (*a*) | seu *versehentlich nicht gestr.* | quod tactui resistit. Halitus (*aa*) est licet cedere possit (*bb*) quod tactui non resistit. (*b*) Halitus . . . consistens. (*aa*) Fumus non dicitur (*aaa*) fluidum (*bbb*) liquidum (*bb*) Omne . . . elici. *erg.* | Aër *L* 11 f. Elasticus. (*1*) Humidum est liquidum (*2*) Humor est liquor *L* 12 portio (*1*) liquida (*2*) in *L* 13 est (*1*) liqui (*2*) humidum (*3*) humor *L* 14 f. Humido . . . liquidum *erg. L* 16 Flamma . . . lucidus. *erg. L* 17 est (*1*) quod (*2*) flammae alimentum est. (*3*) in flammam abit. *L* 18 f. consumitur. (*1*) Halabile est, quod (*2*) | Halitus est fluidum subtile. *erg.* | Est autem flamma fluidum (*a*) lucidum (*b*) subtile, (*aa*) liq (*bb*) calidum et lucidum. Subtile inquam quod non sit liquidum; | alioqui spiritus vini. *gestr.* | (*3*) Halitus est fluidum (*a*) subtile (*b*) quod tactu comprehendi (*c*) ni (*d*) d (*e*) quo nihil (*f*) qu (*g*) cujus (*aa*) resistentia, ad (*bb*) resistentia ad tactum non per (*4*) Halabile *L* 20 f. potest. (*1*) Vapor est (*2*) Congelamen (*3*) Condensamen (*4*) | Reconsistens *erg.* | *L* 23 halitus (*1*) cujus (*2*) qui (*3*) ex quo corpus *L* 23 est (*1*) liquor. (*2*) humor. *L*

Fumus est halitus, ex quo corpus reconsistens est siccum.

Pingue est inflammabile magis consistens, quam aqua.

Nidor est halitus, qui reconsistens est pingue. Videtur tamen nidor odorem corporis pinguis inferre.

Spiritus est reconsistens activum humidum, tenue.

Activum voco quod qualitatibus singularibus praeditum est, quibus aliquid effici potest, quod quocunque alio corpore aeque crasso, denso, consistente, effici non potest.

Nota aliud esse rarum et densum, aliud tenue et crassum, aliud consistens et inconsistens, aliud denique grave et leve.

Liquatio est cum ex corpore firmo fit liquidum ob permistionem cum liquido.

Fusio vel liquefactio est cum ex corpore firmo fit fluidum per calorem, sive per halitum calidum.

Deliquium est cum ex corpore firmo fit liquidum per vaporem seu halitum humidum.

Crassius quod in majores partes dividi potest,[2] tenuius quod in minores; an ergo hydrargyrum tenuius aqua, quia per poros corii transiit.

Meatus est cavitas multo longior quam amplior, seu cavitas angusta.

Porus est meatus exitum habens.[3]

Corpus rarum in quo multae sunt cavitates.

Quaedam pellucida sunt non perspicua, ut cornu, ebur.

Corpus unum penetrat alterum, si transeat per ejus poros. Non omne penetrantius est partium tenuiorum; muria per vasa fictitia non satis accurate vitreata transit, quod aqua sincera non facit.[4]

---

[2] *Am Rande*: ℜ

[3] *Am Rande*: Porosum, spissum, quod latus et angustos meatus habet.

[4] *Am Rande*: Tenax est quod alteri specie diverso constanter adhaeret (imo et simili), an sit quod applicato adhaeret.

Lentum est cujus partes sibi constanter adhaerent. Pileus aliudve coactile

1 est (*1*) vapor | (*2*) halitus *erg.* | , (*a*) in (*b*) ex *L* 1 f. siccum. (*1*) Nidor est halitus, cujus (*2*) Pingue *L* 4 f. inferre (*1*) Residentia est corpus quod ab aliquo proprio pondere separatur. (*2*) Spiritus *L* 5 activum | (*1*) poll (*2*) liqui (*3*) humidum, tenue *erg.* | . *L* 6 est, | ut odore, sapore, vi caustica, *gestr.* | quibus *L* 7 quod (*1*) solo cor (*2*) quocunque *L* 7 crasso (*1*) et consistente (*2*) denso, *L* 11 Fusio (*1*) est cum ex (*2*) vel *L* 13 liquidum (*1*) per liq (*2*) in aëre (*3*) per (*a*) halitum (*b*) vaporem *L* 16 f. transiit. (*1*) Porus est cavitas exitum habens meatus. (*2*) Meatus *L* 19 cavitates. | (*1*) Pers (*2*) Pellucidum corpus est trans quod videri potest corporis figura. *gestr.* | Quaedam *L*

Flexio est mutatio figurae manente partium earundem contactu.

Rigidum est quod flecti nequit.

Fissile est, quod magis in hanc, quam in illam partem continue dividi potest, estque vel fibrosum ut linum, caro, cannabis linum, vel crustosum.

Liquabilia duorum sunt generum, alia tandem saturant humorem, ita ut nihil amplius solvat, eique non permiscentur, alia cum eo in pultem abeunt.

Liquor saturatus est, qui plus non liquat.

Saliforme est quod fit ex corpore per spiritum aërem corroso, ut alumen, vitriolum.

Corrosio est solutio sine strepitu. An potius ex qua non facilis reductio.

Terra est corpus quod aquis irrigatum cohaeret et iisdem permiscente aqua tandem residet.

Terra aquis irrigata cohaerens, est lutum.

Terra simplex est quae nec aquis solvi, nec igne fundi, nec in halitum converti potest.

---

lentum est, quia flexile et Retensile idem quod Elasticum.

Glutinosum est lentum simul et tenax, dicitur et viscidum ut calx; gluten, argilla. Vimen, chorda, funis, lenta non tenacia.

Pannus est fissilis, reticulata opera, *gestrickt* non sunt fissilia, *laßen sich nicht reißen*.

Creta lixivii, crocus chalcanthi vitro pertinaciter adhaeret, vix ut elui possit, sed neuter pulvis lentus est, ergo nec glutinosus. Itaque non omne tenax lentum est. Tenax aliquid dici potest hoc sensu non absolute sed respective, ita Hydrargium est tenax auri.

14 aquis (*1*) irrigari (*2*) solvi, *L*

368. DE MOTU INSENSIBILI IN BAROMETRO
[Sommer bis Winter 1678/79 (?)]

Überlieferung:

L Konzept: LH XXXVII 5 Bl. 173. 1 Zettel (15,5 × 6 cm). 1 S. (Auf Bl. 173 v°: »Meister Hans Linsens sein Schreiben habe erhalten«).

E E. GERLAND, *Leibnizens nachgelassene Schriften physikalischen, mechanischen und technischen Inhalts*, Leipzig 1906, S. 5.

Das Stück enthält kein Wasserzeichen. Der Hinweis auf den Brief des Mechanikers Hans Linsen, mit dem Leibniz ab 1678 in Briefwechsel stand (vgl. III, 2 N. 255), und Leibniz' bis in die frühen siebziger Jahre zurückgehenden Überlegungen zum Barometer legen jedoch eine frühe Datierung nahe.

Cum motus corporis est insensibilis, ut non nisi progressu facto notari possit, potest tamen motus et directio ejus in liquido agnosci ex ipsa ejus figura. Ita in Barometro ascensus Hydrargyri vel descensus est insensibilis, et tamen ex inspectione ipsa judicari statim potest utrum et quorsum tendat, id est ascensumne an descensum moliatur. Nam si motus tendat sursum, superficies erit convexa, sin descendat, concava erit. Quoniam media minus extremis resistunt, quia ipsa interna tubi superficies contactu suo descensum moratur. Ex Mediis igitur procedentibus in ascensu intumescit superficies, in descensu excavatur.

11 (*1*) Motu (*2*) Directio Motus (*3*) Cum *L* 12 tamen | et ipse *gestr.* | motus *L* 12 ejus (*1*) ex indicio (*2*) in *L* 13 insensibilis, (*1*) ipsa tamen sup (*2*) et *L* 16 quia (*1*) extrema (*2*) ad (*3*) Mo (*4*) ipsa *L*

369. BREVIS DEMONSTRATIO ERRORIS MEMORABILIS CARTESII
[Januar (?) 1686]

Überlieferung:

L Konzept: LH XXXV 10, 12 Bl. 25. 1 Bl. 2°. 2 Sp.

E A.E., März 1686, S. 161–163. (Unsere Druckvorlage).

Weitere Drucke nach *E*: 1. DUTENS 3, 1768, S. 180–182. 2. GERHARDT, *Math. Schr.* 6, 1860, S. 117–119.

Übersetzungen: 1. *Nouvelles de la Republique des Lettres*, September 1686, S. 996–999. 2. KORTHOLT, *Epistolae* 4, 1742, S. 411–414. 3. A. BUCHENAU in BUCHENAU-CASSIRER, *Hauptschriften*, 1, 1904, S. 246–250, Neuausg. 2 Bde, 1996, S. 186–193. 4. LOEMKER, *Philosophical Papers*, 1. Aufl. 1956, S. 455–458, 2. Aufl. 1969, S. 296–298. 5. JA. M. BOROVSKOGO, in *Soĉinenija v ĉetyrech tomach*, I, hrsg. v. V. V. SOKOLOV, Moskau 1982, S. 118–120.

Leibniz sandte, wie aus dem Titel hervorgeht, die *Brevis demonstratio* am 16. Januar 1686 an die *Acta Eruditorum*, vgl. auch die Antwort von Otto Mencke vom 27. Januar 1686 (II, 1 N. 473, S. 564). Ihre Entstehungszeit dürfte unwesentlich früher liegen.

G. G. L. Brevis demonstratio erroris memorabilis Cartesii et aliorum circa legem naturae, secundum quam volunt a Deo eandem semper quantitatem motus conservari; qua et in re mechanica abutuntur.
Communicata in litteris d. 6. Jan. 1686. datis.

Complures Mathematici cum videant in quinque machinis vulgaribus celeritatem et molem inter se compensari, generaliter vim motricem aestimant a quantitate motus, sive producto ex multiplicatione corporis in celeritatem suam. Vel ut magis geometrice loquar, vires duorum corporum (ejusdem speciei) in motum concitatorum, ac sua mole pariter ac motu agentium, esse dicunt in ratione composita corporum seu molium, et earum quas habent velocitatum. Itaque cum rationi consentaneum sit, eandem motricis potentiae summam in natura conservari: et neque imminui, quoniam videmus nullam vim ab uno corpore amitti, quin in aliud transferatur; neque augeri, quia vel ideo motus perpetuus mechanicus nuspiam succedit, quod nulla machina, ac proinde ne integer quidem mundus

21 (*1*) Plerique (*2*) | Complures *erg.* | *L* 21 quinque *erg. L* 24 f. (ejusdem . . . agentium *erg. L* 25 seu molium *erg. L* 26 earum quas habent *erg. L* 27 et neque imminui *erg. L* 29 succedit (*1*) quoniam (*2*) | quod *erg.* | *L*

suam vim intendere potest sine novo externo impulsu; inde factum est ut Cartesius, qui vim motricem, et quantitatem motus pro re aequivalente habebat, pronunciaverit eandem quantitatem motus a Deo in mundo conservari.

Ego vero, ut ostendam quantum inter haec duo intersit, suppono, primo corpus cadens ex certa altitudine acquirere vim eousque rursus assurgendi, si directio ejus ita ferat, nec quicquam externorum impediat: exempli causa, pendulum ad altitudinem ex qua dimissum est, praecise rediturum esse, nisi aëris resistentia similiaque impedimenta exigua alia nonnihil de vi ejus absorberent, a quibus nos quidem nunc animum abstrahimus. Suppono item secundo, tanta vi opus esse ad elevandum corpus *A* unius librae usque ad altitudinem *CD* quatuor ulnarum, quanta opus est ad elevandum corpus *B* quatuor librarum, usque ad altitudinem *EF* unius ulnae. Omnia haec a Cartesianis pariter ac caeteris Philosophis et Mathematicis nostri temporis conceduntur. Hinc sequitur, corpus *A* delapsum ex altitudine *CD*, praecise tantum acquisivisse virium, quantum corpus *B* lapsum ex altitudine *EF*. Nam corpus (*A*) postquam lapsu ex *C* pervenit ad *D*, ibi habet vim reassurgendi usque ad *C*, *per suppos. 1*, hoc est, vim elevandi corpus unius librae (corpus scilicet proprium) ad altitudinem quatuor ulnarum. Et similiter corpus (*B*) postquam lapsu ex *E* pervenit ad *F*, ibi habet vim reassurgendi usque ad *E*, *per suppos. 1*, hoc est vim elevandi corpus quatuor librarum (corpus scilicet proprium) ad altitudinem unius ulnae. Ergo *per suppos. 2*, vis corporis (*A*) existentis in *D*, et vis corporis (*B*) existentis in *F*, sunt aequales.



Videamus jam, an et quantitas motus utrobique eadem sit. Verum ibi praeter spem discrimen maximum reperietur. Quod ita ostendo. Demonstratum est a Galilaeo,

2 pro (*1*) eadem re (*2*) re aequivalente *L* 7 qua demissum *L* 7 nisi (*1*) altitudo (*2*) aëris *L* 8 a . . . abstrahimus *erg. L* 10 *CD erg.* (*1*) duarum (*2*) | quatuor *erg.* | *L* 11 *B* (*1*) duarum (*2*) | quatuor *erg.* | *L* 12 *EF erg. L* 16 tantum acquisiisse *L* 18 (*A*) (*1*) ubi (*2*) | postquam *erg.* | *L* 21 altitudinem (*1*) duarum (*2*) | quatuor *erg.* | *L* 22 (*B*) (*1*) ubi (*2*) | postquam *erg.* | *L* 24 corpus (*1*) duarum (*2*) | quatuor *erg.* | *L*

1–3 R. DESCARTES, *Principia Philosophiae*, II, 36 (A.T. VIII 1, S. 61 f.). 28–S. 2029.1 G. GALILEI, *Discorsi e dimostrazioni matematiche*, Leiden 1638, III, theor. II, prop. II.

celeritatem acquisitam lapsu *CD*, esse duplum celeritatis acquisitae lapsu *EF*. Multiplicemus ergo corpus *A* quod est ut 1, per celeritatem suam quae est ut 2, productum seu quantitas motus erit ut 2; rursus multiplicemus corpus *B* quod est ut 4, per suam celeritatem quae est ut 1, productum seu quantitas motus erit ut 4. Ergo quantitas motus quae est corporis (*A*) existentis in *D*, est dimidia quantitatis motus quae est corporis (*B*) existentis in *F*, et tamen paulo ante vires utrobique inventae sunt aequales. Itaque magnum est discrimen inter vim motricem et quantitatem motus, ita ut unum per alterum aestimari non possit, quod ostendendum susceperamus. Ex his apparet, quomodo vis aestimanda sit a quantitate effectus, quem producere potest, exempli gratia ab altitudine ad quam ipsa corpus grave datae magnitudinis et speciei potest elevare, non vero a celeritate quam corpori potest imprimere. Non enim dupla sed majore vi opus est ad duplam eidem corpori dandam celeritatem. Nemo vero miretur in vulgaribus machinis, vecte, axe in peritrochio, trochlea, cuneo, cochlea et similibus aequilibrium esse, cum magnitudo unius corporis celeritate alterius, quae ex dispositione machinae oritura esset, compensatur; seu cum magnitudines (posita eadem corporum specie) sunt reciproce ut celeritates; seu cum eadem alterutro modo prodiret quantitas motus. Ibi enim evenit etiam eandem utrobique futuram esse quantitatem effectus, seu altitudinem descensus aut ascensus, in quodcunque aequilibrii latus motum fieri velis. Itaque per accidens ibi contingit, ut vis a motus quantitate possit aestimari. Alii vero casus dantur, qualis is est quem supra attulimus, ubi non coincidunt.

Caeterum cum nihil sit probatione nostra simplicius, mirum est vel Cartesio vel Cartesianis, viris doctissimis, in mentem non venisse. Sed illum quidem nimia fiducia sui ingenii in transversum egit, hos alieni. Nam Cartesius, solito magnis viris vitio, postremo factus est paulo praesidentior. Cartesiani autem non pauci vereor ne paulatim Peripateticos complures imitari incipiant, quos irrident, hoc est, ne pro recta ratione et natura rerum, consulendis magistri libris assuefiant.

1 esse (*1*) quadruplam (*2*) | duplam *erg.* | *L* 2 suam *erg. L* 2 ut (*1*) 4 (*2*) | 2 *erg.* | *L* 3 productum (*1*) erit 4. | (*2*) seu . . . erit ut (*a*) 4 (*b*) 2 *erg.* | *L* 3 ut (*1*) 2 (*2*) 4 *L* 4 ut (*1*) 2 (*2*) 4 *L* 5 quae est *erg. L* 5 est (*1*) dupla (*2*) | dimidia *erg.* | *L* 5 quae est *erg. L* 7 f. ita . . . possit; *erg. L* 10 ipsa *erg. L* 11 quam (*1*) tali (*2*) corpori *L* 11 sed (*1*) majore | (*2*) minore (*2*) majore *erg.* | *L* 14 f. quae . . . esset *erg. L* 15 magnitudines (*1*) sunt reciproc (*2*) (positis (*3*) (posita *L* 16 cum (*1*) ibi | eadem *erg.* | est quantitas (*2*) eadem utrobique est quantitas motus (*3*) eadem . . . motus *L* 16 f. enim (*1*) etiam eadem utrobique futura esset quantitas effectus seu altitudo (*2*) evenit . . . altitudinem *L* 18 in . . . velis *erg. L* 19 a (*1*) celeritate aestimetur. (*2*) motus *L* 19 f. Alii . . . coincidunt. *erg. L* 23 solito . . . vitio *erg. L* 24 non pauci *erg. L* 25 Peripateticos | (*1*) nonnullos (*2*) complures *erg.* | *L*

Dicendum est ergo, vires esse in composita ratione corporum (ejusdem gravitatis specificae seu soliditatis) et altitudinum celeritatis productricium, ex quibus scilicet labendo tales celeritates acquiri potuissent; vel generalius (quia interdum nulla adhuc celeritas producta est) altitudinum proditurarum: non vero generaliter ipsarum celeritatum, utcunque id plausibile prima specie videatur, et plerisque sit visum; ex quo complures errores nati sunt, qui in scriptis mathematico-mechanicis RR. PP. Honorati Fabri et Claudii des Chales, itemque Joh. Alph. Borelli et aliorum virorum, caeteroqui in his studiis praestantium, deprehenduntur. Quin et hinc factum puto, quod nuper Regula Hugeniana circa centrum oscillationis pendulorum, quae verissima est, a nonnullis viris doctis in dubium fuit vocata.

370. REMARQUE SUR MALEBRANCHE
[September bis Dezember 1688 (?)]

Überlieferung:

L Konzept: LH IV 8 Bl. 31. 1 Zettel (7 × 6,5 cm). 1 S.
E[1] BODEMANN, *Die Leibniz-Handschriften*, 1895, S. 106 f.
E[2] ROBINET, *Malebranche et Leibniz*, 1955, S. 226.

Dieses Stück trägt kein Wasserzeichen. Wir ordnen die Reflexion zeitlich dem Umkreis der Überlegungen zu Malebranche zu (vgl. N. 371).

3 f. vel . . . proditurarum; *erg. L* 5 plausibile (*1*) multis (*2*) prima . . . plerisque *L* 7 et (*1*) Francisci (*2*) | Claudii *erg.* | *L* 8 virorum caeteroqui (*1*) doctissimorum (*2*) in . . . praestantium *erg. L* 9 nuper (*1*) a quibusdam (*2*) regula *L* 10 viris doctis *L*

7 Vgl. H. FABRI, *Physica, id est, scientia rerum corporearum, in decem tractatus distributa*, 2 Bde, Lyon 1669–1671 [Marg.]. 7 Vgl. C. F. M. DE CHALES, *Cursus seu mundus mathematicus*, 3 Bde, Leiden 1674. 7 Vgl. G. A. BORELLI, *De vi percussionis.* Bologna 1667; *De motionibus naturalibus a gravitate pendentibus*, Reggio 1670. 9 Vgl. CHR. HUYGENS, *Horologium oscillatorium*, Paris 1673, pars IV.

Le Père Malebranche a fort bien rapproché le Cartesianisme aux sentimens communs, en faisant voir que le repos est une privation du mouvement, que la dureté vient de la compression et non du repos; qu'un corps en repos peut estre remué par un moindre qui est en mouvement, que nous n'avons point d'idée claire de nostre ame, que les verités eternelles ne dependent pas de la volonté de Dieu. 5

371. PRINCIPIUM QUODDAM GENERALE NON IN MATHEMATICIS TANTUM SED ET IN PHYSICIS UTILE

[September bis Dezember 1688 (?)]

Überlieferung:

L Konzept: LH XXXV 10, 19 Bl. 1–2. 1 Bog. 2°. 3 ½ S. 10

E GERHARDT, *Math. Schr.* 6, 1860, S. 129–135.

Weiterer Druck: HERRING, *Schr. zur Logik*, 1992, S. 230–246 (nach *E*).

Übersetzungen: 1. A. BUCHENAU in BUCHENAU-CASSIRER, *Hauptschriften*, 1, 1904, S. 84–93, Neuausg. 2 Bde, 1996, S. 62–70. 2. GOLDENBAUM, *Philos. Schr.*, 1992, S. 72–82. 3. HERRING, *Schr. zur Logik*, 1992, S. 231–247. 15

Leibniz' *Principium quoddam generale* schließt inhaltlich an seine früheren Auseinandersetzungen mit Descartes und Malebranche an, worauf er hier verweist (*fons errorum ejus*) und an den *Extrait d'une Lettre de M. L. sur un Principe Générale* in den *Nouvelles de la République des lettres*, Juli 1687, S. 744–753 (GERHARDT, *Philos. Schr.* 3, S. 51–55). Wir datieren unser Stück aufgrund des weiterführenden Inhalts und des Wasserzeichens. 20

1 rapproché (*1*) Des Cart (*2*) le *L*

2–5 Vgl. N. MALEBRANCHE, *De la recherche de la verité*, 4. Ausg. Paris 1678–1679, VI, 2, 9; III, 2, 7 u. 6 [Marg.].

G. G. L. Principium quoddam Generale non in Mathematicis tantum sed et Physicis utile, cujus ope ex consideratione Sapientiae Divinae examinantur Naturae Leges, qua occasione nata cum R. P. Mallebranchio controversia explicatur, et quidam Cartesianorum errores notantur.

Principium hoc Ordinis Generalis, ab infinito habet originem; magnique in ratiocinando usus est, quanquam non satis usurpatum, nec pro amplitudine sua cognitum. Absolutae est necessitatis in Geometria, sed tamen succedit et in Physica, quoniam Suprema Sapientia, quae fons est rerum, perfectissimum Geometram agit, et Harmoniam observat, cujus pulchritudini accedere nihil potest. Itaque principio hoc saepe utor tanquam probatione sive examine ad Lydium quendam lapidem, unde statim et solo exteriore aspectu multarum opinionum male cohaerentium detegi potest falsitas etsi ad interiorem discussionem non perveniatur. Enuntiari potest hoc modo: Cum differentia duorum casuum infra omnem quantitatem datam diminui potest, in datis sive positis, necesse est, ut simul diminuatur infra omnem quantitatem in quaesitis, sive consequentibus quae ex positis resultant. Vel ut loquar familiarius: Cum casus (vel data) continue sibi accedunt, ita ut tandem alter in alterum abeat, oportet in consequentiis sive eventibus (vel quaesitis) respondentibus idem fieri. Quod pendet a principio adhuc generaliore, Datis nimirum ordinatis, etiam quaesita esse ordinata. Sed regula illustranda est exemplis facilibus, quo melius appareat ratio ipsam in usum transferendi. Scimus per umbram seu projectionem circuli fieri Conicas; et projectionem rectae esse rectam. Si jam recta circulum in duobus punctis secet, etiam recta projecta circuli projectionem, verbi gratia Ellipsin aut Hyperbolam in duobus punctis secabit. Cum igitur porro recta circulum secans sic moveri possit, ut magis magisque extra circulum egrediatur, et puncta intersectionum sibi magis magisque

1 f. (*1*) De Principio quodam Generali non in Mathematicis tantum sed et Physicis utili, (*2*) G. G. L. . . . utile, *L* 3 f. Leges, (*1*) deque controversia cum R. P. Mallebranchio in ea occasione nata (*2*) qua . . . explicatur, *L* 6 hoc (*1*) Generale (*2*) Ordinis *L* 7 satis *erg. L* 11 tanquam (*1*) comprobatione (*probam* vulgo vocant) atque (*a*) Examine sive probatione ad lydium q (*b*) examine et (*2*) probatione (*a*) et (*b*) | sive *erg.* | *L* 15 ut (*1*) possit etiam diminui (*2*) simul diminuatur *L* 16 quae (*1*) inde (*2*) ex positis *L* 19 adhuc *erg. L* 20 Sed (*1*) res (*2*) regula *L* 21 facilibus, *erg.* . . . transferendi *erg. L* 22 Conicas | Sectiones *gestr.* | ; (*1*) jam (*2*) et *L* 22 rectam. (*1*) Ponamus (*2*) Circuli autem (*3*) Si *L* 23 circulum (*1*) tangat (*2*) in *L* 24 secabit. (*1*) Et quanto propius sibi (*2*) Et propius sibi accedentibus punctis sectionum circuli, propius etiam sibi accedent (*3*) Cum *L* 25 secans | immoto circulo *gestr.* | sic *L* 26 puncta (*1*) sectionum (*2*) | intersectionum *erg.* | *L*

appropinquent, donec tandem coincidant, quo casu recta circulo egredi incipit, sive ipsum tangit; sequitur puncta intersectionum rectae et circuli projecta, seu puncta intersectionum rectae projectae cum projectione circuli et ipsa sibi continue accedere, et postremo punctis intersectionum veris in se invicem abeuntibus, etiam projecta in se invicem abire, ac proinde ubi recta circulum tangit, etiam rectam ab ipsa projectam, tangere lineam Conicam a circulo projectam. Quod est inter primaria Conicarum theoremata, et non ambagibus et apparatu figurarum, aut in unaquaque Conica separatim, ut solet apud alios, sed facili mentis intuitu generaliterque hoc modo demonstratur. Sumamus aliud ex Conicis exemplum. Constat casum vel suppositionem Ellipseos accedere posse casui Parabolae, quantum quis volet, sic ut discrimen inter Ellipsin et Parabolam fieri possit minus discrimine quovis dato; modo concipiatur alterum focum Ellipseos a foco nobis propiore satis longe removeri, ita enim radii ab illo remoto foco venientes, a parallelis tam parum different, quam quis volet, et proinde, vi principii nostri, omnia Theoremata Geometrica, de Ellipsi in universum applicari poterunt ad Parabolam, siquidem haec consideretur tanquam Ellipsis foci alterius infinite abhinc distantis, aut (si quis infiniti expressionem vitare velit) tanquam figura ab Ellipsi quadam minus differens quantitate data.

Idem jam Principium ad Physica transferamus. Exempli causa Quies considerari potest ut celeritas infinite parva, vel ut tarditas infinita. Et proinde quicquid verum est de celeritate et tarditate in universum, id verum etiam suo modo esse debet de quiete seu tarditate summa, et proinde qui regulas motus et quietis dare vult, meminisse debet, regulam quietis sic oportere concipi, ut possit intelligi velut corollarium quoddam sive casus specialis regulae motus. Quodsi id non succedat, certissimum signum est, regulas esse male constitutas et minime inter se consentientes. Sic et aequalitas considerari potest, ut inaequalitas infinite parva, ubi discrimen est dato quovis minus. Neglectu hujus quoque observationis Cartesius, magni licet ingenii vir, in suis naturae legibus constituendis lapsus est. Nec repetam nunc quidem alium fontem errorum ejus, supra a me

2 f. sequitur puncta (*1*) projectionum etiam sibi continue accedere, (*2*) sectionum | (*3*) intersectionum *erg.* | (*a*) projecta (*b*) rectae . . . puncta (*aa*) sectionum | (*bb*) intersectionum *erg.* | . . . accedere, *L* 4 postremo *erg.* punctis (*1*) sectionum (*2*) | intersectionum *erg.* | *L* 6 tangere (*1*) sectionem (*2*) | lineam *erg.* | *L* 7 ambagibus (*1*) hoc modo sed (*2*) et *L* 7 f. aut . . . alios, *erg. L* 8 generaliterque hoc modo *erg. L* 13 f. vi principii nostri *erg. L* 16 quis (*1*) infinitum (*2*) infiniti expressionem *L* 16 tanquam (*1*) Ellipsis (*2*) figura *L* 16 f. quadam *erg. L* 19 ut (*1*) tarditas (*2*) | celeritas *erg.* | *L* 20 f. seu tarditate summa *erg. L* 24 et . . . consentientes *erg. L* 26 quoque *erg. L* 26 magni . . . vir, *erg. L*

27–S. 2034.1 Nec . . . ortum: vgl. N. 369.

obstructum, ex confusione virium et quantitatis motuum ortum. Tantum ostendam quomodo in principium nostrum hic expositum peccaverit. Sumamus exempli causa regulam motus primam et secundam, quas in *Principiis Philosophiae* tradidit, has ajo inter se pugnare. Secunda enim ejus regula est: Si duo corpora *B* et *C* sibi directe occurrant aequali velocitate, et *B* sit major quam *C*, reflecti quidem *C* priore sua velocitate; *B* autem continuare motum, atque ita ambo conjunctim ire in plagam quo prius tendebat *B*. Sed secundum regulam ejus primam, *B* et *C* aequalia et aequivelocia directe sibi occurrentia, reflectentur ambo ea qua venerant velocitate.



$_1B$ et $_1C$ situs ante concursum, $_2B$ et [$_2C$] in concursu, $_3B$ et $_3C$ aequali tempore a concursu quo prius $_1B$ et $_1C$ ante concursum. Et erit hoc loco secundum Cartes. $_1B_2B$ aequ. $_1C_2C$ aequ. $_2B_3B$ aequ. $_2C_3C$.

Hanc ego differentiam inter duos istos casus, aequalitatis, et inaequalitatis nego esse rationi consentaneam. Cum enim inaequalitas corporum magis magisque decrescere possit, tandemque fieri quantumlibet parva, ita ut discrimen inter suppositiones duas inaequalitatis et aequalitatis minus sit quovis dato; igitur vi nostri principii, et luminis adeo naturalis, discrimen inter effectus vel consequentias harum suppositionum, etiam deberet continue decrescere, et tandem quovis dato fieri minus. Verum si secunda regula aeque vera esset ac prima contrarium eveniret. Nam ex secunda regula, augmentatio utcunque parva corporis *B*, antea aequalis ipsi *C*, facit in effectibus non discrimen utcunque parvum et paulatim crescens pro crescente augmentatione, ut debebat, sed

3 quas . . . tradidit *erg. L* 4 enim *erg.* ejus regula | motus *gestr.* | est: *L* 5 quidem *erg. L* 6 velocitate; (*1*) sed secundum regulam primam *B* (*2*) *B L* 6 ire (*1*) ad partes (*2*) in plagam *L* 7 f. et aequivelocia *erg.* (*1*) reflectentur ambo (*2*) directe | sibi *erg.* | *L* 9–12 $_1B$. . . $_2C_3C$. *mit Figur erg.* (*1*) Si jam ponatur aequalitas (*2*) Hanc *L* 9 $_1C$ *L ändert Hrsg.* 9 $_3C$ (*1*) post (*2*) aequali *L* 14 parva, (*1*) seu ab aequalitate tam parum differens quam quis velit; et (*2*) ita *L* 15 aequalitatis (*1*) fiat (*a*) infini (*b*) minus (*2*) tandem evanescat (*3*) minus *L* 16 effectus | , resultata *gestr.* | vel *L* 19 in (*1*) effectu (*2*) effectibus *L*

3 regulam . . . tradidit: R. DESCARTES, *Principia Philosophiae*, II, 46–47.

statim maximum; ita ut hac additione indefinite parva ex absoluta reflexione ipsius *B*, tota sua velocitate, fiat absoluta continuatio ipsius *B* etiam tota sua velocitate, qui est ingens saltus ab uno extremo ad aliud, cum ratio jubeat, aucta nonnihil magnitudine atque adeo potentia ipsius *B* reflecti ipsum seu repelli paulo minus quam ante, ita ut augmento vel excessu prope imperceptibili ac pene nullo existente, etiam repulsae diminutio sit exigui admodum et pene nullius momenti. Similes incongruitates in reliquis Cartesii regulis motuum deprehendentur, quas nunc non persequar.

Porro cum R. P. Mallebranchius in libro *De Inquirenda Veritate* praeclara non pauca monuerit, et nonnulla Philosophiae Cartesianae dogmata correxerit, et regulas quoque motuum aliter constituendas censuerit, operae pretium tunc putavi annotare nec ab ipso hujusmodi incongruitates esse vitatas, quod feci eo libentius, quia nec ipsum pro suo quem profitetur veritatis amore aegre laturum judicavi, et vel hinc apparere censui, quam utile sit haec admoneri, ut imposterum caveantur quae viris etiam ingeniosissimis imposuere. Sic igitur ille, ut in exemplo sententiam ejus proponamus. Sit corpus *B* ut 2 celeritate $_1B_2B$ ut 1, corpus vero *C* ut 1 celeritate $_1C_2C$ ut 2 quae directe sibi occurrant. Statuit ambo reflecti qua quodque venerat celeritate. Sed si vel celeritas, vel magnitudo alterutrius corporis velut *B*, tantillum augeatur, vult ambo corpora simul in eam plagam ire, in quam prius tenderat solum *B*, et quidem velocitate communi, quae erit circiter quatuor tertiarum, seu quae velocitatem ipsius *B* priorem uno triente excedat; si scilicet ponamus augmentationem potentiae circa *B* factam, tam esse exiguam, ut priores numeri sine errore consideratu digno retineri possint.



Sed[1] quis credat ob mutationem tam exiguam, quam quis velit in suppositione respectu ipsius *B* factam, exurgere magnam adeo differentiam in eventu; ita ut omnis

[1] *Am Rande*: *bv* ⌈ *ce*

4 seu repelli *erg. L* 4 f. ut (*1*) si (*a*) aequalit (*b*) inaequalitate ta (*2*) augmento *L* 5 vel excessu *erg. L* 5 ac pene nullo *erg. L* 5 f. etiam (*1*) reflexio (*2*) reflexionis | (*3*) repulsae *erg.* | diminutio *L* 6 momenti. (*1*) Eadem contrarietas (*2*) Similes (*a*) contrarietates (*b*) incongruitates *L* 10 tunc *erg.* putavi (*1*) admonere (*2*) | annotare *erg.* | *L* 11 libentius, (*1*) ut (*a*) imposterum (*b*) appareat quam facilis hic lap (*c*) necessit (*d*) usus (*2*) quia *L* 11 f. pro . . . amore *erg. L* 13 caveantur (*1*) hujusmodi lapsus, qui (*2*) quae *L* 14 corpus | durum *erg. u. gestr.* | *B L* 15 $_1B_2B$ *erg. L* 21 errore (*1*) notabili (*2*) consideratu *L*

9–21 regulas quoque motuum . . . $_1C$: vgl. N. MALEBRANCHE, *De la recherche de la vérité*, Paris 1678, VI, 2, 9, S. 486–492 (MALEBRANCHE, *Oeuvres*, Bd 17, 1, S. 39–44).

cesset reflexio, et maximo saltu ab uno extremo ad aliud facto, *B* quod prius reflectebatur velocitate ut 1, nunc ideo tantum quia tantillum potentiae adjectum est, non modo non reflectatur, sed etiam progrediatur celeritate ut $\frac{4}{3}$. Ubi illud quoque prorsus παράλογον accidit, ut ictus contrarius alterius corporis *C*, non repellat aut retardet corpus *B* ullo modo, sed ipsum quodammodo ad se attrahat, et conatum ejus contrarium sibi, augeat. Cum enim *B* ferretur ante ictum celeritate ut 1, nunc post occursum contrarii corporis *C*, continuat motum velocitate ut $\frac{4}{3}$. Quod puto digeri non posse. Haec cum ego monuissem in Replicatione mea ad Dn. Abb. D. C. *Novell. Reip. lit.* mense Febr. 87 pag. 139, respondit R. P. Mallebranch. April. ejusdem anni p. 448 laudabili admodum ingenuitate, agnoscens animadversionem hanc meam aliquid in recessu habere, paradoxas autem istas consecutiones ex hypothesi, a se jam tum pro falsa agnita, et refutata esse [natas]. Sese enim in suo illo *Inquirendae Veritatis* opere libro 6. cap. ult. ratiocinatum esse ex hypothesi corporum perfecte durorum, cum tamen durities non nisi a circumstantium compressione, nec ut Cartesius putaverat, a quiete partium oriatur, ac proinde nunquam sit perfecta et absoluta. Si tamen ponatur Deum creare corpora perfecte dura, et simul servare eandem quantitatem motus (quod ipsi R. Patri etiamnum post meam si

---

$b\gamma + c\varepsilon = bv + ce$ sec. Malebr.
$2b\tilde{1}v \sqcap 1b(\tilde{2})v$
$2b1v \sqcap 1c(2)$
$1b10v \sqcap 9c1v$

4 aut retardet *erg. L* 4 *B* (*1*) nonnihil, (*2*) ullo modo, *L* 5 et (*1*) celeritatem (*2*) conatum *L* 5 ejus (*1*) contra se (*2*) contrarium *L* 6 *B* (*1*) tenderet ante ictum i (*2*) ferretur *L* 11 natam *L ändert Hrsg.* 12 f. ex | falsa *gestr.* | hypothesi *L* 16–S. 2037.2 motus (*1*) (quod ipsi et Mallebranchio etiamnum nescio quomodo post meam demonstrationem verisimile videri potuerit) | (*2*) (quod (*a*) nescio quomodo (*b*) ipsi . . . potuisset) *erg.* vel . . . virium *erg.* | *L*

---

8 *Replique de M. L. à M. l'Abbé D. C. continuë dans une lettre ecrite à l'Auteur de ces Nouvelles le 9. de Janv. 1687. Touchant ce qu'a dit M. Descartes que Dieu conserve toujours dans la nature la meme quantité de mouvement.*, in *Nouvelles de la Republique des Lettres*, *Mois de Fevrier 1687*, S. 131–145. 8 Dn. Abb. D. C.: d. i. der Abbé F. Catelan. 9–S. 2037.6 *Extrait d'une Lettre du P. M. à M. l'Abbé D. C.*, a.a.O., *Mois de Avril 1687*, S. 448–450.

demonstrationem expendisset verisimile amplius videri non potuisset) vel potius (ut ego sentio) eandem quantitatem virium, pro certo habet illas prope incredibiles consequentias a me notatas debere sequi, aut necesse esse, ut vel corpus debilius *C* determinationem fortioris *B* mutet vel corpus debilius a fortiore, majore, quam ipsius est fortioris velocitas repellatur, sine interventu Elastri, quorum utrumque parum admodum credibile ipsi videtur. Quibus a me nonnihil responsum est *Novell. Reip. lit.* [Jul.] 87 pag. 745. Et quidem ut taceam multo omnibus esse incredibilius, ut corpus *B* attrahatur a contrario *C*, ubi semel admiserimus, quod vult R. P. Malebranchius, non corpus tardius alteri dare motum suo celeriorem, sed Deum esse qui occasione situs corporum, ipsos motus in iis producit, non apparet, cur etiam sine ullo elaterio non possit corpori *C* motum dare, quem conservandarum virium ratio dictat, celeriorem motu ipsius *B*, cujus occasione id facit. Imo hoc ipsum ad confirmandam sententiam quae corpori in corpora veram actionem negat, prodesse potest. Utcunque autem sit, si Deus vellet perfecte dura creare corpora, caeteris omnibus ut nunc servatis, sequetur ex Principio nostro Generali, rationi consentaneum fore, ut ipsa dura Leges corporum quae revera in Mundo reperiuntur, hoc est Elasticorum sequantur; concipiendo dura, ut Elastica perfectissima, quae in sese restituendis sint promtitudinis infinitae.

2 habet (*1*) ista prope incredibilia debere sequi (*2*) illas *L* 4 *B erg.* (*1*) , atque celeri (*2*) mutet *L* 4 fortiore, (*1*) celerius (*2*) majore, *L* 5 f. ipsi . . . 745 *erg. L* 6 Jun. *L ändert Hrsg.* 7 f. *B* (*1*) attrahatur a (*2*) contrahatur, (*3*) attrahatur . . . *C*, (*a*) non video cur (*aa*) velit (*bb*) nolit determinationem fortioris a debiliore mutari. Mutatur illa semper ab occurrente, sed plus minusve. Praejudicium hoc ex Cartesiano dogmate natum est, qui determinationem ab ipso motu separatam, servat mutatve. (*aaa*) Cum tamen (*bbb*) Nonne (*ccc*) Sane cum tria sint, progressus quies et regressus (*b*) ubi *L* 8 f. quod . . . Malebranchius, *erg.* non . . . sed *erg. L* 9 occasione (*1*) corporum sibi oppositorum, (*2*) situs *L* 9 ipsos *erg. L* 10 etiam *erg. L* 10 f. elaterio (*1*) non possit motum dare (*2*) non sit motum daturus, | (*3*) non . . . dare, *erg.* | quem (*a*) praescripta reg (*b*) conservationis vi (*c*) conservandarum *L* 11 f. dictat, (*1*) neque enim corpus tardius (*2*) celeriorem . . . facit *L* 12 sententiam (*1*) ejus (*a*) de causa motuum (*b*) aliquid facere potest uni corpori in aliud (*2*) quae *L* 12 corpora (*1*) actionem (*2*) influx (*3*) propr (*4*) veram *L* 13 perfecte *erg. L* 14 caeteris . . . servatis *erg. L* 14 f. Generali, (*1*) Sapientiam ejus effecturam, (*2*) rationi . . . fore, *L*

6 *Extrait d'une Lettre de M. L. sur un Principe Générale, utile à l'explication des loix de la nature, par la considération de la Sagesse Divine; pour servire de réplique à la réponse du R. P. M*, a.a.O., *Mois de Juillet 1687*, S. 744–753.

Et quanquam fatendum sit a voluntate divina pendere motuum leges; ut R. P. Mallebranchius notat, ipsa tamen voluntas divina ordinem ac rationem quandam servat in omnibus quae agit, ut consentiant inter se, nec proinde Principium Generale hic traditum in legibus naturae constituendis infringet, aut male colligata atque hiantia fundamenta ponet. Et si evenirent in natura hujusmodi irregularitates [quales] admiserat R. Pater, credo Geometras prope non minus attonitum iri, quam si proprietates Ellipseos ad Parabolam praescripto supra modo accommodari non possent. Sed nunquam opinor ullum exemplum occurret in natura, quod usque adeo offendat rationem. Porro quae in ipsis principiis simplicibus abstractisque paraloga sunt, ea in concretis naturae phaenomenis, sunt tantum paradoxa. Nam in corporibus compositis fieri potest, ut exigua mutatio in datis [magnam] faciat effectus mutationem in eventibus, ita scintillula ingenti massae pulveris pyrii injecta urbem evertere potest, et videmus elaterium aliquod tensum, exiguo obstaculo detentum, levi attactu liberari, et magnam vim exercere; sed haec tantum abest, ut contraria sint principio nostro, ut potius ex ipsis principiis generalibus recipiant explicationem. Sed in principiis, ac rebus simplicibus, nihil tale admitti potest, alioqui natura non foret effectus sapientiae infinitae.

Hinc jam apparet (paulo melius quam vulgo proponitur) quomodo vera Physica ex divinarum perfectionum fontibus sit haurienda. Deus enim est ultima ratio rerum, et Dei cognitio non minus est principium Scientiarum, quam essentia ejus et voluntas principia sunt rerum. Quo quisque in Philosophia interiore versatior est, eo facilius hoc agnoscit. Sed pauci hactenus ex consideratione Divinarum proprietatum, veritates ducere potuerunt alicujus in scientiis momenti. Erunt fortasse qui speciminibus istis excitabuntur. Sanctificatur Philosophia, rivulis ex sacro Theologiae naturalis fonte in eam immissis. Et tantum abest, ut causae finales rejici debeant, et consideratio Mentis sapientissimae propter bonum agentis, atque adeo ut bonitas et pulchritudo res sit arbitraria, vel ad nos

1 sit (*1*) arbitrarium esse quid Deus de (*2*) a *L* 1 f. ut . . . notat, *erg. L* 2 ordinem (*1*) certum (*2*) ac rationem quandam *L* 3 f. hic (*1*) positum | (*2*) traditum *erg.* | (*a*) infringet (*b*) in *L* 4 naturae | generalibus *gestr.* | constituendis *L* 4 male (*1*) cohaerentia (*2*) colligata atque hiantia *L* 5 si (*1*) quid tale eveniret in natura, quale admiserat R. P. Geometrae non mi (*2*) evenirent *L* 5 qualis *L ändert Hrsg.* 8 ullum | ejus *gestr.* | exemplum *L* 8 rationem. (*1*) Etsi autem in peculiaribus naturae phaenomenis, paradoxa hujus (*2*) Porro *L* 9 principiis (*1*) generalibus (*2*) simplicibus abstractisque *L* 9 in (*1*) peculiaribus | (*2*) specialibus (*3*) concretis *erg.* | *L* 10 compositis *erg. L* 11 datis (*1*) magnum faciat effectum (*2*) | magnum *ändert Hrsg.* | . . . mutationem *L* 13 tensum, (*1*) et in puncto constitutum, et (*2*) exiguo (*a*) foramine (*b*) obstaculo *L* 14 potius (*1*) cur evenire (*2*) ex *L* 15 f. tale (*1*) contingere (*2*) admitti *L* 20 rerum. (*1*) Omnes (*2*) Quo quisque philosophorum (*3*) Plerique philosophi (*4*) Quo *L* 22 in (*1*) Philosophia (*2*) scientiis *L* 24 f. ut (*1*) bonum (*2*) | causae . . . et (*a*) ut substantiae optima ⟨omnia⟩ (*b*) consideratio . . . ut *erg.* | bonitas *L* 26–S. 2039.1 vel (*1*) imaginaria (*2*) ad . . . removenda *L*

tantum relata et a Deo removenda, quorum illud Cartesio, hoc Spinosae visum est, ut contra potius ex consideratione Mentis potiora Physicae dogmata deducantur. Hoc jam praeclare a Socrate in *Phaedone* Platonis annotatum est, in Anaxagoram invehente, aliosque Philosophos nimium Materiales, qui cum agnovissent principium intelligens materia superius, non utuntur tamen ejus ope, cum philosophandum est de universo, et ubi ostendendum erat, Mentem omnia optime ordinare, eamque esse rationem rerum omnium quas producere scopo suo conveniens judicavit, confugiunt potius ad motus atque concursus brutorum corporum confundentes conditiones et instrumenta cum causa vera. Perinde est (ait Socrates) ac si quis rationem redditurus cur ego hic sedeam in carcere, fatalem haustum expectans, nec potius ad Boeotios, aliosve populos, fugam, ut poteram, ceperim, hoc ideo fieri diceret, quod ossa et tendines et musculos habeam, ita flexos, quemadmodum ad sedendum opus. Profecto nec ossa ista nec musculi hic forent, nec me vos sedentem videretis, nisi Mens judicasset dignius esse Socrate, subire quod Leges jubent. Meretur ille Platonis locus integer legi, habet enim cogitationes solidas et perpulchras. Interea non nego Effectus naturae et posse et debere explicari Mathematice vel Mechanice principiis semel positis, modo fines ususque admirabiles Providentiae ordinatricis non negligantur. Sed principia Physicae, atque ipsius adeo Mechanicae, non possunt amplius ex legibus mathematicae necessitatis deduci, sed ad rationem earum reddendam oportet supremam intelligentiam vocari in partes. Hoc demum est conciliare pietatem rationi; quod si considerasset Henricus Morus, aliique viri docti ac pii, minus metuissent, ne quid religio detrimenti caperet, ex incrementis Philosophiae Mechanicae vel Corpuscularis. Quae tantum abest, ut a Deo et Substantiis immaterialibus avertat, ut potius, adhibitis correctionibus, et omnibus bene consideratis, multo melius quam antea factum est a philosophis, nos ad sublimiora illa ducat.

1 est, (*1*) et ut causae finales excludi debeant, (*2*) ut *L* 2 ex (*1*) sapientis (*2*) consideratione (*a*) sapientissimi autoris (*b*) Mentis *L* 3 in (*1*) Commentario (*2*) *Phaedone* *L* 5 ejus (*1*) opera (*2*) | ope *erg.* | *L* 5 f. et (*1*) loco ejus quod ostendendum erat, quomodo intelligentia hac cuncta opt (*2*) ubi *L* 6 erat, (*1*) Intelligentiam (*2*) Mentem *L* 6 ordinare, (*1*) eamque esse rationem eorum quae ipsa producere dignum judicavit, (*2*) eamque *L* 7 omnium *erg.* *L* 7 producere (*1*) ipsi visum est, (*2*) finibus suis (*3*) scopo *L* 10 potius (*1*) in itinere (*2*) verser a (*3*) sim (*4*) ad *L* 10 populos, (*1*) cum non fuerit (*2*) fugam, *L* 13 nisi (*1*) animus ju (*2*) Mens *L* 13 Socrate, (*1*) legibus obedire (*2*) subire *L* 14 f. et (*1*) pulchras (*2*) perpulchras *L* 15 f. Mathematice vel *erg.* *L* 16 principiis semel positis *erg.* *L* 16 admirabiles (*1*) Providentiae non omittantur qui (*2*) quos Providentia in rem vertit (*3*) Providentiae *L* 18 amplius (*1*) mathematice (*2*) ex *L* 19 f. demum . . . quod *erg.* *L* 21 quid (*1*) phi (*2*) religio *L* 22 immaterialibus | nos *gestr.* | avertat, *L* 23 consideratis, (*1*) illuc ducat. (*2*) multo *L*

3 in Anaxagoram invehente: vgl. PLATON, *Phaedo*, 97b–99c. 9–14 Perinde . . . jubent: PLATON, *Phaedo*, 98c–99a.

372. TENTAMEN DE PHYSICIS MOTUUM COELESTIUM RATIONIBUS
[Frühjahr 1689 bis Herbst 1689 (?)]

Überlieferung:

L^1 Konzept: LH XXXV 9, 26 Bl. 1. 1 Bl. 2°. 1 $^1/_2$ S.

L^2 verb. Reinschrift: LH I 3, 8d Bl. 1–2. 1 Bog. 2°. 2 $^1/_2$ S. (Unsere Druckvorlage.)

E GERHARDT, *Der Briefwechsel von Gottfried Wilhelm Leibniz mit Mathematikern*, 1899, S. 612 f. (nach L^2).

In einem undatierten Brief aus Rom an Huygens (GERHARDT, *Der Briefwechsel von Gottfried Wilhelm Leibniz mit Mathematikern* 1, S. 606–611), worin Leibniz auf sein *Tentamen de motuum coelestium causis* in den *Acta Eruditorum* vom Februar 1689 (S. 82–96) Bezug nimmt, erwähnt er *un autre discours*, den er während der Veröffentlichung dieses Aufsatzes zu diesem Thema geschrieben habe. Dabei dürfte es sich um unser Stück mit dem nahezu identischen Titel handeln. Das erschloßene Wasserzeichen und das italienische Papier sowie die zeitliche und inhaltliche Nähe zu N. 377 stützen unsere Datierung.

Tentamen de Physicis motuum coelestium Rationibus

Astronomi superiorum temporum, ut Machinam Mundi explicarent,orbes solidos commenti sunt, aliis rursum exiguis orbibus mobilibus insertis excavatos, quibus infixi planetae compositis pro Astronomi libitu motibus, circumagi possent. Nec contemnenda illa meditatio fuit, in ea infantia philosophiae, saltem enim imaginationi regendae inservire poterat, sed a veritate naturae longissime dissidebat.

Primus Tycho apparatum ex coelo sustulit, orbesque fluidos et phaenomenis et rationibus consentire ostendit, quem posteriores magno applausu sunt secuti. Sed inde visa est augeri difficultas, neque enim apparebat, quid in libero aethere regeret planetas, intelligentias enim gubernatrices affingere, perabsurdum, et divino artificio indignum merito videbatur. Sympathiae autem et Magnetismi, etsi quadam Analogia juvarent, menti tamen non satisfaciebant, cum explicatione nova indigere judicarentur.

14 f. Rationibus (*1*) Veteres, (*2*) Philosophi superiorum temporum, (*3*) Astronomi | et *gestr.* | . . . temporum, L^1 16 orbibus insertis L^1 17 compositis (*1*) ut liberet (*2*) pro L^2 18 in (*1*) tanta (*2*) | ea *erg.* | L^1 18 philosophiae (*1*) . Sed (*2*) . Cum vero appar (*3*) . Tycho illum (*4*) , saltem L^1
18 f. regendae (*1*) inserviebat (*2*) inservire poterat, L^1 20 apparatum inanem sustulit, L^1 21 rationibus convenire ostendit, L^1 23 enim (*1*) affingere rectrices (*2*) rectrices (*3*) gubernatrices L^1 24 f. juvarent, (*1*) nova (*2*) menti L^1 25–S. 2041.1 judicarentur. (*1*) Tandem (*2*) Non ita pridem L^2
25–S. 2041.1 judicarentur. (*1*) Tand (*2*) Tandem Galilaeo, (*a*) et (*b*) | Torricellio *erg.* | Cartesio | et *erg. u. gestr.* | aliisque L^1

Non ita pridem Galilaeo, Torricellio, Cartesio, aliisque Philosophiae restauratoribus in mentem venit, Materiam aetheream ad Oceani cujusdam morem constanti motu actam, secum rapere planetas. Res ergo eo rediit, ut Orbes quidem deferentes, sed fluidi ad motus coelestes explicandos requirantur. Sed quomodo ex certa regula motuum aetheris liquidi, orirentur motus planetarii Leges, nemo quod sciam explicare aggressus est, et ipse Cartesius velut desperatum, silentio transmisit.

Keplerus, vir maximi sane ingenii, Tychonicis observationibus adjutus, cum multa tentasset, varieque phaenomena numeris explicata improbo labore comparasset, tandem duas invenit regulas Generales nempe primo Motum Planetarium esse in Ellipsi, in cujus foco sit sol, secundo tempora esse ut sectores Ellipticos ex sole tanquam foco abscissos. Verum cum arearum proportio vera licet et succedens minus simplex videretur, omnesque ad lineas et angulos potius inclinarent, rem per varias motuum compositiones ex circulis determinatis derivatas, explicare sunt conati Ismael Bullialdus, Sethus Wardus, aliique viri insignes, qui Kepleri coepta sunt prosecuti.

Tandem mihi haec ante annos aliquot profundius meditanti incidit ratio mire simplex, motuum Planetariorum causas Physicas explicandi unde apparet, tantum abesse ut arearum proportio difficilis habenda sit, ut potius ex simplicissimis materiae aethereae motibus statim nascatur, quod hoc loco paucis explicare operae pretium erit.

2 venit, (*1*) quod et Leucippo in mentem venerat, Planetas (*2*) totam (*3*) Materiam L^1 4 motus (*1*) coelorum (*2*) coelestes L^1 4 certa (*1*) lege (*2*) regula L^1 4 f. motuum (*1*) vorticis (*2*) aetheris orirentur (*a*) eae quae (*b*) Motus L^1 7 Keplerus Tychonicis observationibus (*1*) propriisque meditation (*2*) adjutus, L^1 9 invenit pulcherrimas Leges, Motum Planetarum esse L^1 9 f. Ellipsi, (*1*) cujus (*2*) in . . . sol, L^2 10–15 Ellipticos, seu areas ex sole (*1*) tan (*2*) sive foco abscissas. Verum cum (*a*) areae (*b*) arearum proportio et ipsi aliis minime conveniens motuum naturae videretur (*aa*) quam (*bb*) quos lineae potius atque anguli metiuntur, (*aaa*) mot (*bbb*) omnes per vim quandam Circulos (*aaaa*) in (*bbbb*) varie inter se compositos intrudere sunt conati, ut Ismael Bullialdus, Sethus Wardus, aliique viri insignes sane, et alioqui de Geometria egregie meriti. Neque enim apparebat, unde arearum proportio nasci posset. Tandem L^1 11 f. vera . . . succedens *erg.* (*1*) et ipsi et aliis minus conveniens motuum naturae videretur, quos alioqui lineae potius atque anguli metiuntur, omnes (*a*) loco (*b*) arearum (*c*) Ellipticarum varios (*d*) circulo (*e*) varios (*2*) minus . . . per L^2 13 circulis (*1*) derivatas deter (*2*) determinatis L^2 13 derivatas, (*1*) intrudere (*2*) | explicare *erg.* | L^2 14 f. prosecuti. (*1*) Neque enim ipsis apparebat, unde arearum proportio nasci posset. (*2*) Tandem L^2 15 profundius consideranti (*1*) in mentem venit quomodo (*2*) incidit L^1 16 motuum (*1*) causas explicandi, qua semel admissa (*2*) planetariorum (*a*) physicas (*b*) causas physicas explicandi L^1 17 proportio (*1*) spernenda sit, (*2*) difficilis habenda sit, L^2 17 f. proportio (*1*) ⟨ – ⟩ (*2*) spernenda sit ut potius (*a*) ab ipsa natura praecipue (*b*) ex (*aa*) primis aetheri (*bb*) simplicissimis aethereae materiae motibus, L^1 18 nascatur, quod distinctius nonnihil explicare | paucis *erg.* | operae pretium erit. L^1

Nimirum videmus baculum vel axem erectum ad perpendiculum in vase aqua pleno circa se rotatum, omnem aquam et innatantes festucas circumagere, sic tamen ut vicina centro velocius, remotiora tardius circulentur, quod jam et ab aliis est annotatum. Pono igitur quod est simplicissimum, velocitates materiae aethereae deferentis in orbe cujusque planetae decrescere in proportione distantiarum a sole, seu Geometrica phrasi, velocitates esse distantiis a sole reciproce proportionales, eamque circulationem voco harmonicam, ostendo enim si distantiae sint progressionis Arithmeticae, circulandi velocitates hoc modo fore progressionis Harmonicae.

Hinc jam Geometrica demonstratione conficio in omni mobili, quod Harmonica circulatione circa aliquod centrum agitur, vel a materia aetherea harmonice circulante defertur, quemcunque mobile demum habeat motum proprium accedendi ad centrum vel a centro recedendi, tempora arcubus orbitae describendis impensa, fore ut areas, radiis ex centro circulationis ad arcus terminos ductis abscissas.

Caeteras horum motuum, abditas sane ac mirificas, sed simplices non minus, ac naturae consentaneas rationes, quibus demonstratis spes est, faciliorem nobis paulatim aditum in rerum interiora factum iri, alias uberius exponemus.[1]

---

[1] *In L^1 befinden sich am Kopf des Blattes folgende Figuren, die ersten beiden gestrichen*:



1 videmus (*1*) baculo aliquo (*2*) baculum aliquem (*3*) axem aliquem erectum | ad perpendiculum *erg.* | L^1 2 f. ut (*1*) remotiora propius, (*2*) vicina (*a*) vel (*b*) centro L^1 3 circulentur. Pono L^1 4 deferentis *erg.* L^1 5 f. sole, eamque L^1 7 f. Arithmeticae, circulationes fore L^1 10 centrum (*1*) fertur, (*2*) agitur, L^1 12 tempora (*1*) impensa (*2*) fe (*3*) fere proportionalibus (*4*) arcubus L^1 12 fore (*1*) proportionalia areis (*2*) ut areas radiis L^1 14 horum *erg.* motuum (*1*) arcanas (*2*) abditas sane (*a*) rationes (*b*) ac L^1 15 f. quibus (*1*) inte (*2*) demonstratis spes est, (*a*) in (*b*) veras (*c*) penetrare (*aa*) veras (*bb*) nos paulatim (*aaa*) int (*bbb*) magis magisque in rerum interiora posse, alias uberius exponemus. L^1

373. ANIMADVERSIO IN PHILOSOPHIAM CARTESII
[Frühjahr 1689 bis Herbst 1689 (?)]

Überlieferung: *L* Konzept: LH IV 1, 4d3 Bl. 1–2. 1 Bog. 4°. 3 $^1/_5$ S.

Dieses und das folgende Stück dürften unmittelbare Vorarbeiten zu den ausführlichen *Notata circa vitam et doctrinam Cartesii* N. 376 sein. Der enge inhaltliche Zusammenhang mit N. 374 und 376 und dasselbe Wasserzeichen bilden die Grundlage unserer Datierung.

Cartesii doctrinam et ingenium semper mirifice veneratus sum, saepeque immaturae ejus morti indolui,nec dubito, quin multa et magna daturus fuisset in usum generis humani si ad Hobbii aut Robervallii aetatem pervenisset. Et vellem sectatores Magistri praeclara cogitata prosequi potius, quam repetere tantum ut plerumque solent, et sub alio verborum schemate repraesentare. Sed nescio quo fato fit, ut philosophiae isti, quae profundas Geometriae meditationes et multiplicia naturae experimenta exigit, plures ex illis se applicent qui sub titulo magnitudinum figurarum et motuum, speciosam potius et auribus secundam disserendi de oblatis facilitatem, atque sui ostentationem, quam solidam rerum notitiam quaerunt, magno damno juventutis, quae scholasticas quisquilias permutans hodie aliis quisquiliis animum majorum capacem iis implet, quae usum postea in vita et disciplinis non habent. Neque enim aut Chymicus experimenta futura ex ramorum, hamorum atque aculeorum consideratione qualem hactenus habemus providebit, aut mechanicus, neque medicus scire poterit, quibus dosibus materiae subtilis aut particularum striatarum febris curetur; neque hydraulicis anguillares aquae partes ullum adjumentum afferent. Itaque etsi haec vera essent, longe tamen ab iis adhuc absunt, quibus est opus, et ignavia est tam levibus et remotis contentum esse velle.

Equidem Cartesius alicubi in *Epistolis* spem facit constituendae verae Medicinae, si adhuc aliquae sibi observationes darentur, et sane defuere subtilissimo viro necessaria ad

9 Et (*1*) vellem | (*2*) optavi *erg.* (*3*) vellem *erg.* | *L* 10 f. quam (*1*) ut plerumque solent, inanibus paraphrasibus et commentariis et alio verborum habitu repetere. Sed hoc fatum est optimarum etiam rerum ut abusui ob (*2*) repetere . . . repraesentare. *L* 12 et . . . experimenta *erg.* *L* 12 f. exigit (*1*) illi maxime se applicent qui (*a*) potius id quaerunt ⟨ut⟩ (*b*) loquendi (*2*) multi (*3*) plures . . . sub (*a*) praetextu (*b*) titulo *L* 15 quae (*1*) novo jam nugarum gen (*2*) scholasticas *L* 16 implet, (*1*) quae (*2*) unde nihil (*3*) quae *L* 18 f. habemus (*1*) profutu (*2*) providebit, aut | mechanicus *erg.* | (*a*) novi aliquid deteget, (*b*) neque *L* 20 hydraulicis (*1*) part (*2*) anguillares *L* 22 est (*1*) inhaerere (*2*) tam *L* 22 et (*1*) ab interiore a (*2*) remotis *L*

23 alicubi in *Epistolis*: vgl. Descartes an Mersenne, Januar 1630 und Descartes an C. Huygens, 25. Januar 1638 (R. DESCARTES, *Lettres*, Bd 2, CV u. LXXXV; A.T. I, S. 105 f. u. S. 507).

constituendam philosophiam experimenta, sed quotusquisque ex sectatoribus ejus in tanta novorum experimentorum luce ad exequenda Magistri destinata animum attollit. Quam jejuna sunt quae de salibus notavit Cartesius quibus tamen omnis chymia fere superstruenda est, quam levia et rudia, quae de mineralibus et metallis. De homine quoque sciunt jam plerique magis ex ingenio quam natura philosophatum esse.

Sed mihi ut quod res est dicam insigni huic viro nihil magis nocuisse videtur quam ambitio constituendae novae sectae. Hinc omnis et fons malorum. Ideo enim et praematura multa nec satis absoluta protrusit in publicum, et de plerisque aliis viris egregiis indigne et cum contemtu locutus est, quemadmodum ex *Epistolis* apparet. Et aliorum praeclara inventa sibi arte vindicavit, exiguo aut nullo grati animi judicio. Unde non potuit non invidiae se exponere, et odia incitare, et in contentiones incidere, quibus ipsi bona temporis pars melioribus destinata periit. Quis non cum admiratione et propemodum cum indignatione legat quam contemtim de Galilaeo et de Fermatio aliisque excellentibus viris loquatur in *Epistolis*. Objectiones ejus in Methodum de maximis et minimis Fermatianam sophismata erant contorta, et quae in Galilaei motuum scientiam notat tanquam gravia descendentia longe ab his legibus dissentirent, ea testimonio naturae, et successu experimentorum refutantur. Quis autem credat quod in *Epistolis* asserit Vietam sibi non lectum cum satis compertum videatur, non Vietae tantum sed et Harrioti qui Vietam prosecutus est inventis usum esse. Certe magna libri *Geometriae* tertii pars Harrioto innititur, qui jam et aequationes nihilo aequales posuerat, et ex radicibus in se invicem ductis oriri notaverat. Recessum corporum a circulo per tangentem et rationem hinc explicandi detrusionem gravium ad centrum debebat Keplero, idem primus Hyperbolam satisfacere refractionibus subodoratus erat. Veram legem dioptricae ex Snellii

1 sed (*1*) quis hodie (*2*) | quotusquisque *erg.* | *L* 2 luce (*1*) aliquid tentat (*2*) ad *L* 2 destinata (*1*) cogita (*2*) animum *L* 6 Sed (*1*) duo max (*2*) mihi | ut . . . dicam *erg.* | insigni | huic *erg.* | *L* 7 et *erg.* fons *L* 8 praematura (*1*) quaedam (*2*) | multa *erg.* | *L* 8 f. viris egregiis *erg. L* 12 ipsi (*1*) optim (*2*) bona *L* 12 cum (*1*) indignatione (*2*) admiratione *L* 16 scientiam (*1*) objicit, (*2*) | notat *erg.* | (*a*) experientiae testimonia hodie refutantur (*b*) tanquam *L* 18 non (*1*) visum lectumve (*2*) lectum *L* 19 qui (*1*) Vietae inventa (*2*) Vietam *L* 19 inventis (*1*) non initi (*2*) usum *L* 20 pars (*1*) ex Harrioto sumta est, maxime pro inven (*2*) Harrioto *L* 21 a (*1*) tang (*2*) circulo *L* 22 tangentem (*1*) debet (*2*) et (*a*) originem (*b*) rationem *L*

14 f. Objectiones . . . contorta: vgl. die Korrespondenzen mit Mersenne, Mydorge, Hardy u. Debeaune von Januar 1638 bis Februar 1639: R. DESCARTES, *Lettres*, Bd 2, LXXXVIII; Bd 3, XLI, XLII, LVI, LX, LXI, LXII, LXV, LXVI, LXX u. LXXI (A.T. I, S. 486–493; II, 15–32, 122–132, 169–196, 253–276, 307–338 u. 510–519). 17 f. Quis . . . lectum: Descartes an Mersenne, 20. Februar 1639, *Lettres*, Bd 2, XCVIII, S. 454 (A.T. II, S. 524). 20 TH. HARRIOT, *Artis analyticae praxis*, hrsg. v. W. Warner, London 1631. 23–S. 2045.5 Vgl. I. VOSSIUS, *De lucis natura et proprietate*, Amsterdam 1662, S. 36. 24 SNELL VAN ROYEN, *Les loix de la refraction* (Manuskript).

ineditis Cartesium hausisse patefecit Isaacus Vossius, demonstrationem Snellii vel non viderat, vel studio mutavit, ut rem sibi propriam redderet, sed coactus est in pejus ire, et aëri plus resistentiae quam aquae aut vitro tribuere, ut diceret aliquid Snellio non dictum et ne sic quidem examini accurato satisfecit, et sane nec potuit, dum gloriae maluit quam veritati servire. 5

Nec dubium est, quin Maurolyci et M. Antonii de Dominis cogitata *de iride* meditantem juverint, quorum neminem mentione dignatus est, quemadmodum nec Gilbertum cujus magnetica inventa maximam ipsi lucem attulerant.

374.REMARQUES SUR LA DOCTRINE CARTESIENNE
[Frühjahr 1689 bis Herbst 1689 (?)] 10

Überlieferung:
L Konzept: LH IV 1, 4d2 Bl. 1–2. 1 Bog. 2°. 4 S.
E[1] FOUCHER DE CAREIL, *Nouvelles lettres et opusc.*, 1857, S. 12–21.
E[2] GERHARDT, *Philos. Schr.* 4, 1880, S. 304–309.

Zur Datierungsbegründung s. N. 373. 15

J'estime infiniment Monsieur des Cartes, et je connois la grandeur de son merite, mais je ne conviens pas des exaggerations de certaines gens, et je ne sçaurois approuver le Cartesianisme. L'Esprit de secte, et l'ambition de celuy qui pretend de s'eriger en chef

2 f. et (*1*) aërem (*2*) aëri *L* 6 cogitata (*1*) medi (*2*) de *L* 8 Gilbertum (*1*) circa magnetem (*2*) cujus (*a*) magneticas meditationes (*b*) magnetica inventa *L* 8 lucem (*1*) attulere. (*2*) attulerant. *L* 17 ne (*1*) sçaurois convenir (*2*) conviens pas *L* 18 Cartesianisme. (*1*) Je trouve que (*a*) l'esprit (*b*) l'ambition d'un homme qui affecte un Empire dans la Republique des (*2*) L'Esprit *L*

6 Vgl. F. MAUROLICO, *Photismi de lumine, et umbra ad perspectivam, et radiorum incidentiam facientes. Diaphanorum partes tres . . . in secundo de Iride . . . Problemata ad . . . Iridem pertinentia*, Neapel 1611. 6 Vgl. M. A. DE DOMINIS, *De radiis visus et lucis in vitris perspectivis et iride tractatus*, Venedig 1611. 8 Vgl. W. GILBERT, *De magnete, magnetisque corporibus, et de magno magnete tellure; physiologia nova, plurimis et argumentis, et experimentis demonstrata*, London 1600.

de parti fait grand tort à la verité et aux progres des Sciences. Un auteur qui a cette vanité en teste tache de rendre les autres meprisables, il cherche à faire paroistre leur defauts, il supprime ce qu'ils ont dit de bon et tache de se l'attribuer sous un habit deguisé. Et il ne songe pas qu'en payant d'ingratitude ses predecesseurs, il laisse un mauvais exemple à la posterité, et pourra estre traité de même. Il leve la gloire à ceux qui la meritent, et rebute d'autres qui pourroient estre animés par leur exemples à bien faire. Il fait naistre des jalousies et des contestations avec perte du temps pretieux et du repos necessaire pour les découvertes de conséquence.

Les sectateurs d'un tel auteur n'étudient ordinairement que les écrits du maistre au lieu du grand livre de la nature; ils s'accoustument, au babil, à des faux fuyans et à la paresse, ils ignorent ce qu'il y a de bon chez les autres, et se privent des avantages qu'ils en pourroient recevoir; car estant tousjours determinés à penser la même chose d'une même façon, ils ne trouvent jamais des routes nouvelles, et cet esprit servil qui les tient enchainés les rend d'ordinaire incapables de s'elever à des inventions et de faire des progrés de consequence.

Tout cecy est arrivé à des Cartes et à beaucoup de Cartesiens. Ce philosophe chercha d'abord de faire mépriser tous les autres. Il parle d'une étrange maniere dans ses lettres

1 Sciences. (*1*) Un auteur qui a cette vanité en teste, tache de rendre les autres meprisables, il cherche à faire paroistre leur defaute, il supprime ce qu'ils ont dit de bon, et tache de se l'attribuer sous un habit deguisé. Et il ne pense pas qu'en payant (*a*) les autres (*b*) d'ingratitude ses precedesseurs, il donne un mauvais exemple à la posterité (*aa*) dont quelque autre se servira contre la (*bb*) et pourra estre traité de même. Il ne cite personne, que peutestre (*aaa*) plus pour (*bbb*) pour le reprendre et | cependant *erg.* | il seroit bien faché si on ne le citoit pas avec eloge. (*2*) Il seroit bien faché, si on ne (*a*) le citoit pas avec eloge, et cependant il n (*b*) luy rendroit justice, et cependant (*aa*) il seroit bien faché, s (*bb*) il ne cite personne que pour le reprendre, et il ne songe pas que la gloire (*aaa*) est l'unique salaire des personnes (*bbb*) estant ce qui anime (*aaaa*) bien des gens (*bbbb*) les (*cccc*) les plu (*dddd*) le plus (*eeee*) à bien faire, on ne la sçauroit refuger à ceux qui la meritent sans faire tort au bien public, en rebutant (*aaaaa*) ceux qui ont des (*bbbbb*) les bien i (*ccccc*) ceux qui l'esperent. (*aaaaaa*) Luy même cependant (*bbbbbb*) | De plus *erg.* | cette humeur critique et ambitieuse ne manque jamais de faire naistre des ennemis; l'envie et la jalousie jouent d'abord. (*3*) Un *L* 3 f. ne (*1*) pense (*2*) songe *L* 4 payant (*1*) les autres (*2*) d'ingratitude *L* 4 il (*1*) donne (*2*) laisse *L* 5 posterité, (*1*) dont quelque autre se servira contre la (*2*) et *L* 6 faire. (*1*) Elle (*2*) Il *L* 7 contestations (*1*) parmy (*a*) les sçavans (*b*) ge (*c*) sçavans, qui les font passer (*2*) avec *L* 8 f. conséquence. (*1*) Tout cela est arrivé à (*a*) Mons (*b*) feu Monsieur des Cartes. Que si un auteur s'est trouvé dans des conjonctures favorables pour se faire une secte, (*2*) Les *L* 10–13 fuyans (*1*) et se rendant l'esprit servil, et incapable (*2*) et . . . paresse, (*a*) ignorans les (*b*) ils . . . ce (*aa*) qui se passe (*bb*) qu'il . . . nouvelles, *L* 14 enchainés *erg. L* 15 f. consequence. (*1*) Outre qu'ignorant les belles pensées d'autres, (*a*) qui (*b*) et (*2*) Tout *L* 16 et (*1*) aux (*2*) à beaucoup de *L* 16 f. philosophe (*1*) méprisa d'abord (*2*) chercha . . . mépriser *L*

des plus habiles hommes de son temps, et il paroist une vanité estrange dans ses expressions accompagnée de quelques finesses peu louables. Il cherchoit avec passion d'entrer en lice avec les Jesuites, et il prenoit pour un mepris la reserve qu'ils firent paroistre à luy repondre. ll cite rarement les autres, et il ne loue presque jamais. Cependant une grande partie de ses meilleures pensées estoit prise d'ailleurs, à quoy personne ne trouveroit à redire, s'il l'avoit reconnu de bonne foy.

Aristote a fort bien expliqué le plein et la division du continu contre les Atomistes. Democrite avoit monstré, que tous les phenomenes de la physique peuvent estre expliqués mecaniquement, et M. des Cartes le voulant rendre meprisable pour luy paroistre moins redevable, a tort de luy imputer l'erreur d'Epicure, qui s'imaginoit que les atomes avoient une pesanteur. Leucippe avoit enseigné les tourbillons. L'explication de la lumiere par la comparaison d'un baston qui touche ce qui est éloigné estoit déjà des anciens rapportés par Simplicius, philosophe grec. Platon a expliqué divinement bien les substances incorporelles distinctes de la matiere, et les idées indépendentes des sens. Il faut mêmes avouer que les raisonnemens des Academiciens, et les objections des Sceptiques contre les sens et contre les choses sensibles sont de grande importance pour faire reconnoistre ces verités. La morale de des Cartes est sans doute celle des Stoiciens. Et quant aux Mathematiques où il avoit acquis le plus d'autorité, il s'en faut beaucoup que les eloges excessives de ses sectateurs ayent lieu. ll avoue luy même dans ses lettres qu'il n'a pas entrepris de donner la Mathematique Universelle, parce qu'il trouvoit bien de la difficulté dans les problemes des nombres, tels que M. Fermat et M. Frenicle proposoient.

2–4 Il . . . Jesuites, (*1*) et tachoit d'y engager la So (*2*) disant à tout (*3*) et (*a*) en refusant quelques uns il disoit à tout propos, (*aa*) qu'il a (*bb*) qu'u (*cc*) que les particulières (*b*) il (*aa*) estoit faché, (*bb*) prenoit . . . repondre *erg. L* 4 cite (*1*) qu (*2*) presque jamais personn (*3*) rarement | les autres *erg.* | *L* 5 Cependant (*1*) ses plus belles pensées (*a*) estoi (*b*) bea (*2*) une *L* 5 ses (*1*) belles pe (*2*) meilleures *L* 5 prise (*1*) des autres, (*2*) | d'ailleurs *erg.* | *L* 6 f. foy. (*1*) Il devoit à (*2*) Aristote *L* 7 expliqué (*1*) avant luy (*2*) le plein, et (*a*) l'indi (*b*) la divisibilité de la mat (*c*) la *L* 7 les (*1*) Dem (*2*) Atomistes. *L* 8 que (*1*) toute la nature corporelle peu (*2*) tous *L* 8 la (*1*) matiere (*2*) physique *L* 9–11 des Cartes (*1*) en voulant elever tout autorité (*2*) le . . . pour (*a*) paroistre plus grand (*b*) luy . . . a (*aa*) grand (*bb*) tort . . . pesanteur *erg. L* 11 Leucippe (*1*) et autres avoient déjà (*2*) avoit *L* 13 Simplicius (*1*) vieux commentateur (*2*) philosophe grec dans ses (*3*) peripateticien grec (*4*) philosophe *L* 13 Platon (*1*) a dit divinement bien | (*2*) le plus (*3*) auteur des Academiciens *erg.* | (*4*) a expliqué *L* 13 bien (*1*) la distincti (*2*) que les substa (*3*) la verité (*4*) la distinction (*5*) la (*6*) les *L* 14 incorporelles (*1*) et les idées (*2*) distinctes *L* 14–16 sens (*1*) , et les raisonnemens des Academiciens | (*a*) et | (*b*) ou même des Sceptiques *erg.* | (*2*) on voit même que (*3*) Il . . . sensibles *L* 17 sans doute *erg. L* 19 les (*1*) hyperboles (*2*) eloges excessives *L* 19 lieu. (*1*) Car sa (*2*) Il (*a*) reconnoist (*b*) avoue *L* 21 les (*1*) nombres, et qu'il (*2*) problemes *L* 22 proposoient. (*1*) Il s'estoit donc (*a*) limit (*b*) borné à la Geometrie. (*2*) Et *L*

21 f. B. FRÉNICLE DE BESSY, *Traité des triangles rectangles en nombres*, hrsg. v. E. Mariotte, Paris 1676 [Marg.].

Et dans la Geometrie même, il se trouva pris lorsque M. de Beaune luy proposa les problemes de la converse des tangentes. Il se trompa fort quand il crût qu'on ne trouveroit jamais la proportion d'une courbe à une droite. Et ayant reconnu que les anciens avoient eu tort de donner des bornes à la Geometrie, en excluant les lignes des plus hauts degrés, il tomba dans le même defaut ou voulut bien y tomber en excluant de la geometrie les lignes qui ne se peuvent expliquer par une equation d'un degré determiné, parce qu'il ne pouvoit pas les assujetir à sa methode, par laquelle il pretendoit de pouvoir resoudre tous les problemes de Geometrie, il commence la sienne par une rodomontade qui est bien eloignée de la verité comme s'il avoit donné moyen de reduire tous les problèmes à des equations d'un certain degré; et par consequent le moyen de les construire par des lignes courbes convenables.

Mons. Fermat avoit déja donné les lieux plans et solides et les fondemens de presque tout ce qui est contenu dans le premier livre de la *Geometrie* de des Cartes, aussi n'estoit ce qu'une resuscitation de la methode des anciens. Et le même M. Fermat a monstré depuis que M. des Cartes s'est fort trompé dans l'assignation des lignes propres à une resolution des problemes, ayant monstré que 30 moyennes proportionelles se peuvent trouver par une ligne du 6me degré, au lieu que suivant des Cartes il en faudroit une du 15me pour le moins. Et il l'avoit prevenu encor dans la Methode de Maximis et Minimis et des Touchantes; car celle de des Cartes qui est plus bornée, et bien plus embarassée et eclaire moins l'esprit est venue après coup et peut passer pour un deguisement de l'autre, d'autant que lorsqu'une chose est trouvée, il est souvent facile d'y arriver par une autre route; de sorte qu'on peut dire, qu'encor le deuxieme livre de la *Geometrie* de des Cartes

2 problemes (*1*) des tangentes renversées. (*2*) de . . . tangentes *L* 5 ou . . . tomber *erg. L* 6 f. une (*1*) explication d'Algebre (*2*) equation d'un (*a*) certain degré (*b*) degré determiné, *L* 8 Geometrie, (*1*) en commençant son (*2*) il commence *L* 12 donné (*1*) avant luy (*2*) les *L* 12 f. fondemens (*1*) de ce que M. des Cartes donnoit (*2*) de . . . contenu *L* 14–18 anciens. (*1*) La maniere dont (*2*) Et . . . (*a*) l'assignations (*b*) l'assignation | des lignes *erg.* | . . . moins. *L* 19 f. est | plus bornée, et *erg.* | . . . l'esprit, *erg.* | outre qu'il est plus bornée *erg. u. gestr.* | est *L* 21 l'autre (*1*) . Car quand une (*2*) d'autant que lorsqu'une *L* 22 route; (*1*) et on peut dire que celle de des Cartes est bien plus embarassée, et (*2*) de *L*

1 f. Vgl. III, 1 S. 584 f. 3 R. DESCARTES, *Géometrie*, livre 2 (A.T. VI, S. 412). 12 P. DE FERMAT, *De locis planis et solidis linearibus et ad superficiem*, [Ms.] 1636, in *Oeuvres*, hrsg. v. P. Tannery u. Chr. Henry, Bd 1, Paris 1891, S. 91–117.

n'est pas tout à fait nouveau; et quant au 3me, les Anglois ont decouvert que l'ouvrage posthume de Thomas Harriot, imprimé l'an 1631, contient déjà presque tout ce qu'il y a de meilleur; et principalement l'adresse de poser une equation egale à rien et de la produire par la multiplication des racines, qui est le fondement de tout ce livre 3me. Il a joué aussi d'adresse pour s'approprier la belle invention de la reduction des equations quarré-quarrées aux cubiques. L'auteur en estoit Ludovicus Ferrarius, dont Cardan, qui estoit son maistre et son ami nous a laissé la vie. Bombelli nous en explique l'origine de methode, et Viete s'en sert. Mais des Cartes a prit expres un autre tour moins naturel pour donner la meme chose. Mais sur tout il devoit nommer Viete, quand il seroit vray meme qu'il ne l'eût jamais lû auparavant, comme il nous veut persuader dans une de ses lettres avec peu de vraisemblance.

Quant à la dioptrique, il avoue dans ses lettres, que Kepler a esté son maistre dans cette science, et celuy de tous les hommes qui en avoit sçû le plus, cependant il n'avoit garde de le nommer dans ses ouvrages. Et bien moins Snellius dont il paroist avoir appris la veritable regle des refractions comme M. Isaac Vossius a decouvert. Il se donne bien de garde aussi de nommer Maurolycus et de Dominis, qui avoient ouvert le chemin à la decouverte des raisons de l'arc en ciel. C'est Kepler aussi qui avoit trouvé que la ligne dioptrique approchoit de l'Hyperbole, et un aussi habile Geometre que des Cartes, après avoir appris la regle de Snellius, pouvoit trouver aisement que c'estoit l'Hyperbole même. Kepler aussi a remarqué la rejection des mobiles par la tangente de la circulation, et le moyen d'expliquer la gravité par la similitude d'un tourbillon d'eau, dont l'agitation

1 que (*1*) M (*2*) feu M. Harriot (*3*) dans les (*4*) l'ouvrage *L* 2 imprimé l'an 1631 *erg. L* 3 à (*1*) red (*2*) rien *L* 4 racines, (*1*) ensemble (*2*) qui *L* 4–11 Il . . . vraisemblance. *erg. L* 12 dans ses lettres *erg. L* 16 et | M. Ant. *gestr.* | de Dominis, *L* 18 dioptrique (*1*) devoit approcher (*2*) approchoit *L* 18 et (*1*) après avoir sçu la (*a*) dir (*b*) regle de Snellius (*2*) un *L*

2 TH. HARRIOT, *Artis analyticae praxis*, hrsg. v. W. Warner, London 1631. 6–8 Vgl. G. CARDANO, *Artis magnae sive de regulis algebraicis liber unus*, Nürnberg 1545, fol. 22 vo; vgl. III, 1 S. 623 f. 6 f. G. CARDANO, *Vita Ludovici Ferrarii Bononiensis*. Unveröffentlicht. 10 f. comme . . . vraisemblance: vgl. N. 373. 12 f. Vgl. Descartes an Mersenne, 31. März 1638, *Lettres*, Bd 3, LXIX, S. 397 (A.T. II, S. 86). 14 SNELL VAN ROYEN, *Les loix de la refraction* (Manuskript). 15 Vgl. I. VOSSIUS, *De lucis natura et proprietate*, Amsterdam 1662, S. 36. 16 F. MAUROLICO, *Photismi de lumine, et umbra ad perspectivam, et radiorum incidentiam facientes. Diaphanorum partes tres . . . in secundo de Iride . . . Problemata ad . . . Iridem pertinentia*, Neapel 1611. 16 Vgl. M. A. DE DOMINIS, *De radiis visus et lucis in vitris perspectivis et iride tractatus*, Venedig 1611. 17 f. Vgl. J. KEPLER, *Dioptrice seu demonstratio eorum, quae visui et visibilibus propter conspicilla non ita pridem inventa accidunt*, 1611, prop. LIX. 20–S. 2050.3 Vgl. J. KEPLER, *Astronomia nova*, 1609, pars 3, cap. 34, und *Epitome astronomiae Copernicanae*, 1618, lib. 1, pars 4 (Caspar, 3, 1937, S. 242–246 u. 7, 1953, S. 75 f.)

dans un vaisseau fait aller vers le centre les petites raclures de bois et autres particules, qui sont moins solides que l'eau même; ce qui est le fondement de ce qu'il y a presque de meilleur dans la physique de des Cartes.

Après cela on ne s'etonnera point qu'il n'a pas nommé Gilbert, auteur de la *Philosophie magnetique*, dont les pensées sans doute luy ont donné des ouvertures considerables. Et encor moins le Chancelier Bacon, et Galilei qu'il consideroit comme des rivaux de la gloire de la restauration de la philosophie. Il dit malignement de Bacon que les voyes qu'il propose pour la connoissance de la nature demanderoient les revenues de trois grands Rois, mais les illustres Societés fondées par des grands princes, ont bien fait voir qu'on peut reussir à meilleur marché en suivant les avis de cet illustre Chancelier, qui n'avoit garde de donner dans le visionnaire. Il est bien vray que les experiences demandent des frais que les particuliers le plus souvent ne sont pas en estat de fournir, mais il est vray aussi que c'est une temerité d'esperer la connoissance du detail des corps naturels sans faire, ou sçavoir beaucoup d'experiences.

La censure de Galilei n'a gueres plus de justice, il meprise ses pensées du mouvement, particulierement de celuy des corps pesans comme si elles estoient inutiles ou mal fondées. Cependant l'experience en a fait connoistre le grand usage. Et il parle des telescopes comme trouvés par hazard, à la honte des sciences pour donner en passant une atteinte à Galilei qui les avoit trouvés à force de raisonner sur le seul bruit de la decouverte de Hollande. Aussi Kepler a remarqué que Porta en avoit donné quelques lumieres qui estoient fondées plustost sur la raison que sur l'expérience et qui ont

1 les (*1*) sc (*2*) petites | (*a*) pieces (*b*) raclures *erg.* | *L* 2 qui sont *erg. L* 2 est | presque *gestr.* | le *L* 2 f. presque *erg. L* 3 f. des Cartes. (*1*) Les belles pensees du Chancelier Bacon n'ont jamais pû mentir que M de (*2*) Après *L* 7 de (*1*) l'inst (*2*) la *L* 8 pour (*1*) restauration (*2*) la *L* 9 Societés (*1*) royales (*2*) fondées *L* 10 f. en . . . visionnaire. *erg. L* 11 vray (*1*) cependant (*2*) que *L* 13 fournir, (*1*) et (*2*) mais . . . que *L* 13 d'esperer (*1*) la decouverte des causes (*2*) des (*3*) la *L* 13 f. connoissance (*1*) des particularités (*a*) de la nature sans (*b*) des cor (*2*) du detail (*a*) de la nature (*b*) des *L* 15 il (*1*) traite (*2*) parle de (*3*) meprise *L* 16 particulierement de celuy *erg. L* 17 ou mal fondées *erg.* | en partie *gestr.* | . Cependant *L* 17 l'experience (*1*) des pendules (*2*) en *L* 17 connoistre (*1*) la grande utilité (*2*) le grand usage. (*a*) Et pour luy supprimer la gloire qu'il avoit acquis en trouvant de son chef (*b*) Et *L* 18 hazard, (*1*) quoqu'il sçut bien que (*2*) à . . . sciences *L* 19 Galilei (*1*) qu'il sçavoit les avoir (*2*) qui *L* 19 à . . . raisonner *erg. L* 21–S. 2051.1 et . . . Hollandois. *erg.* (*1*) Aussi (*2*) Et *L*

2 f. Vgl. R. DESCARTES, *Principia philosophiae*, III, 30 u. IV, 20 (A.T. VIII, S. 92 u. 212). 5 Vgl. W. GILBERT, *De magnete, magnetisque corporibus, et de magno magnete tellure; physiologia nova, plurimis et argumentis, et experimentis demonstrata*, London 1600. 7–9 R. DESCARTES, *Les passions de l'ame, préface*. (A.T. XI, S. 320). 20–S. 2051.1 J. KEPLER, *Ad Vitellionem paralipomena, quibus astronomiae pars optica traditur*, Frankfurt 1604, prop. XXVIII.

peutestre servi à l'inventeur Hollandois. Et Kepler luy même par la force de son genie, a decouvert les Telescopes dont tous les verres sont convexes, et qui sont bien plus excellens que les autres.

Enfin des Cartes vouloit faire croire qu'il avoit peu leu, et qu'il avoit plustost employé son temps aux voyages et à la guerre, c'est à quoy tendent les contes qu'il fait dans sa Methode, mais on sçait qu'il avoit fait son cours dans le college, le style fait connoistre sa lecture; la guerre ne l'avoit gueres occupé qu'autant qu'il falloit pour n'y estre pas entierement ignorant. Et les voyages luy donnoient la commodité d'estudier et de voir les bons auteurs et les habiles gens.

Ces defauts de ce philosophe, qui n'estoient que les effects d'une vanité trop ordinaire aux gens de lettres, ne nous doivent pas empecher d'honnorer son grand merite. Il avoit un talent merveilleux de se bien expliquer. Il a eu l'esprit d'amasser les meilleurs sentimens des anciens et modernes, quoyqu'il ne soit pas venu à bout des demonstrations qu'il promettoit touchant Dieu et l'ame, on luy est redevable d'avoir resuscité les contemplations de Platon et des Academiciens, et d'en avoir fait voir l'importance. Il faut avouer que ce qu'il dit de l'etendue, comme elle faisoit l'essence du corps, ne sçauroit estre soutenu même en philosophie, pour ne rien dire de la religion, il est vray neantmoins qu'il n'y a jamais d'etendue sans corps, et que le vuide ne se trouve point. Et quoyqu'il se trompe dans sa physique en posant pour fondement la conservation de la même quantité de mouvement, il a donné occasion par là à la decouverte de la verité, qui est la conservation de la même quantité de force, qu'on sçait estre différente du mouvement. On ne peut pas luy accorder que la lumiere consiste dans un simple commencement ou

3 f. autres. (*1*) Je ne veux pas examiner icy tout la philosoph (*2*) Mais disons quelque chose de la doctrine même de M. des Cartes. Il y a (*a*) l'argume (*b*) bien des choses excellentes par ce qu'il a sçû s'accomoder des b (*3*) Enfin *L* 4 f. plustot (*1*) voya (*2*) esté aux voyages (*3*) employé (*a*) l'esprit (*b*) | son temps *erg.* | *L* 6 college, (*1*) que (*2*) qu'il ne manquoit pas son (*3*) | le *erg.* | *L* 11 aux . . . lettres, *erg. L* 11 nous (*1*) empech (*2*) doivent *L* 12 d'amasser (*1*) partout (*2*) les *L* 13 quoyqu'il (*1*) n'ait pas (*2*) ne *L* 14 qu'il (*1*) avoit proposé sur la nature des corps (*2*) promettoit *L* 15 avoir *erg. L* 15–18 Il . . . point. *erg. L* 21 force, (*1*) qui est autre chose (*2*) qu'on *L* 22–S. 2052.5 mouvement. (*1*) Et quoque ses globules et sa matiere subtile (*2*) On . . . simple (*a*) effort (*b*) commencement (*aa*) d'action in (*bb*) ou . . . raison (*aaa*) de la ref (*bbb*) des . . . refraction. Car (*aaaa*) l'air (*bbbb*) s'il . . . comme (*aaaaa*) celle d'eau (*bbbbb*) le . . . rayon (*aaaaaa*) retourne de l'eau dans l'air (*bbbbbb*) sort . . . inclination. *L*

1 Wohl gemeint Jacob Metius; vgl. VI, 3 S. 228. 1–3 Vgl. J. KEPLER, *Dioptrice seu demonstratio eorum quae visui et visibilibus propter conspicilla non ita pridem inventa accidunt*, Augsburg 1611, n. 86–89 (Caspar, 4, 1941, S. 387–389).

dans une action *in instanti*, ny qu'il ait donné la vraye raison des loix de la refraction. Car s'il est vray que l'air à cause de sa flexibilité fait perdre une partie de la force comme le tapis celle du globule qui court là dessus, cette force perdue ne sera point rendue lorsque le rayon sort de l'air et retourne dans l'eau, cependant nous voyons que le rayon y reprend la premiere inclination. Son premier element et ses globules ne sçauroient subsister, mais les tourbillons en general sont une chose fort belle, et il a poussé plus avant ce que d'autres avoient commencé. Car chaque systeme ou corps particulier ne se maintient que par le mouvement de ses parties qui repoussent celles des corps voisins. Quoyqu'il y ait encor beaucoup de difficulté dans son explication du flux et reflux à cause de celles qui se trouvent dans le mouvement de la lune, il a pourtant dit ce qu'il y a de plus plausible. Aussi quoyqu'il y ait encor un grand scrupule sur son explication de l'aimant, parce qu'on n'en sçauroit tirer cette declinaison, et qui n'est pas si irregulière qu'on auroit cru en son temps, neantmoins il paroist avoir approché le plus de la vérité. Et tout son systeme du monde et de l'homme quelque imaginaire qu'il soit, est pourtant si beau qu'il peut servir de modelle à ceux qui chercheront les causes véritables. Il manquoit d'expérience. Il n'avoit pas assez de connoissance de la chymie, et ce qu'il dit des sels, des mineraux et autres corps sensiblement homogenes est trop sec. Mais son genie y suppleoit autant qu'il estoit possible. C'est grand dommage qu'il n'a pas vecu autant que M. Hobbes et M. Roberval, le genre humain luy auroit des grandes obligations, et il se seroit peutestre corrigé en bien d'endroits. Jouissons de ce qu'il a de bon sans nous entester de son système et de l'esprit de secte, mais surtout tachons de l'imiter en faisant des decouvertes. C'est là la véritable maniere de suivre les grands hommes et de prendre part à leur gloire sans leur rien derobber.

5 f. ne (*1*) puissent (*2*) sçauroient *L* 6 mais *erg. L* 7–9 Car . . . systeme (*1*) particu (*2*) ou . . . voisins. *erg. L* 9 encor (*1*) quelque (*2*) | beaucoup *erg.* | *L* 10 cause (*1*) de difficul (*2*) de *L* 15 qui (*1*) trouveront (*2*) chercheront *L* 18 qu'il (*1*) est (*2*) estoit *L* 21 entester (*1*) d'une secte, et tachons d'avancer au dela de ce (*2*) de (*a*) sa (*b*) tous ses (*c*) son *L* 21 de (*1*) la secte (*2*) l'esprit *L* 22 faisant (*1*) quelque decouverte (*2*) des decouvertes. *L* 22 là (*1*) le vray (*2*) la *L*

375. AD LEGEM NATURAE CARTESIANORUM, QUOD QUANTITAS MOTUS SERVATUR

[Frühjahr 1689 bis Herbst 1689 (?)]

Überlieferung: *L* Konzept: LH XXXVII 5 Bl. 13–14. 1 Bog. 2°. 2 1/3 S.

Dieses Stück hat mit dem vorhergehenden und dem folgenden das für den angegebenen Zeitraum belegte Wasserzeichen gemeinsam.

Recepta quaedam opinio passim pro lege naturae invaluit et a Cartesii sectatoribus maxime celebratur, eandem in corporibus servari quantitatem motus; ita ut in concursu corporum uno partem virium in aliud transferente, summa motuum sit eadem post concursum quae fuerat ante.

Est scilicet quantitas motus factum ex multiplicatione materiae per velocitatem. Uti in muria quantitas salis est factum ex multiplicatione quantitatis aquae in gradum salsedinis. Et quemadmodum in tribus congiis muriae duplo salsioris sextuplo plus est salis quam in uno congio muriae simplum salsedinis gradum habentis, ita in tribus libris materiae duos celeritatis gradus habentis sextuplo plus est motus quam in una libra uno gradu celeritatis mota.[1]

Quemadmodum autem porro si aquae salsae affundamus dulcem seu salsedine carentem, eadem in toto manet quantitas salis; idemque est et si duae muriae salsedine differentes, commisceantur; ita si corpus motu praeditum quiescenti partem virium vel etiam totam vim communicet, volunt tantum motus in ambobus simul manere debere, quantum erat ante in uno; et generaliter utcunque corpora duo aequalia vel inaequalia

[1] *Am Rande*: Et hactenus recte [*bricht ab*]

9 in concursu corporum *erg. L* 11 factum (*1*) quoddam (*2*) ex fact (*3*) ex (*a*) ductu | (*b*) multiplicatione *erg.* | (*aa*) molis in velocit (*bb*) materiae *L* 12 in (*1*) aqua salsa (*2*) | muria *erg.* | *L* 12 ex (*1*) ductu | (*2*) multiplicatione *erg.* | (*a*) qua (*b*) | quantitatis *erg.* | *L* 13 salsedinis. (*1*) Ut (*a*) dupli (*b*) in aqua duplo ma (*2*) Ut in duplicata aquae men (*3*) Sic ut duplicata (*4*) Sic ut muria (*a*) dupli (*b*) triplicatae mensurae et (*5*) Sic ut in (*a*) triplis (*b*) tribus congiis (*6*) Et *L* 15 materiae (*1*) duplo celerioris (*2*) duos . . . habentis *L* 18 in toto *erg. L* 18 f. salsedine | licet *gestr.* | differentes *L* 19 ita | posito eandem summam motus servari debere utique *erg. u. gestr.* | si *L* 19 f. vel . . . vim *erg. L* 20 volunt (*1*) idem esse (*2*) tantum *L* 21 generaliter *erg. L* 21–S. 2054.1 aequalia vel inaequalia *erg.* (*1*) agerent (*2*) agant *L*

agant in se invicem, eandem superesse quantitatem motus in summa, quasi motus instar salis distribueretur. Quae sententia sane tam speciosa est, ut a me ipso diu admitteretur donec in singulari aliquo exemplo argumentationem instituens reperi difficultatem inexpectatam, quam initio errori calculi imputabam, sed repetito aliquoties labore, tandem deceptionis originem deprehendi animadvertique non eandem quantitatem motus sed potentiae servari, male autem haec solere confundi inter se nec recte potentiam (conservandam scilicet) per ductum materiae in velocitatem aestimari.

Sed ne quis logomachiam subesse putet ob variam potentiae acceptionem, quaestio circa rem ipsam huc redit. Ponamus corpus 4 librarum moveri velocitate unius gradus et corpus aliud unius librae quiescere. Deinde illud totam suam potentiam debere transferre in hoc, ita scilicet ut corpore quadruplo quiescente simplum solum moveatur. Quaeritur quantum velocitatis accipere debeat corpus simplum seu unius librae. Ex sententia Cartesianorum, passim ab aliis quoque recepta, corpus unius librae in hoc casu accipiet velocitatem 4 graduum, ego vero comperi non accipere nisi gradus velocitatis duos, alioqui, ut mox demonstrabo, habituros nos effectum causa potiorem seu motum perpetuum mechanicum, quem pro absurdo habendum esse tanquam axioma indubitatum assumo.

Hac igitur occasione excitatus multa alia detexi a vulgaribus sententiis remota et inprimis certam potentiae notionem constituere, et novae scientiae, quam Dynamicam non male appelles, Elementa condere aggressus sum, quorum specimina dedi per propositiones quasdam Mathematico more demonstratas, hic autem nonnulla exponam familiarius. Potentiae Mensuram definio per determinatam quantitatem effectus qui

1 in summa *erg.* quasi (*1*) motus instar s (*2*) eadem quantitas motus (*3*) motus *L* 2 distribueretur. (*1*) Haec opinio tam plausibilis est, ut me ipsum diu deceperit, non minus quam alios quibus (*a*) visum (*b*) videtur | (*c*) videbatur *erg.* | idem esse potentiam quod motus quantitatem. Itaque si tota potentia corporis 4 librarum celeritatem habentis unius gradus transferenda esset in corpus unius librae prius quiescens; ita ut postea corpus quatuor librarum quiescere deberet, solo corpore unius librae in motu existente (*aa*) sequeretur | (*bb*) deberet *erg.* | corpus unius librae accipere velocitatem quatuor graduum, ex eorum scilicet sententia, qui quantitatem motus eandem servari volunt. (*2*) Quae *L* 3 in (*1*) speciali (*2*) | singulari *erg.* | *L* 3 exemplo (*1*) calculum (*2*) | argumentationem *erg.* | *L* 4 inexpectatam *erg. L* 4 initio (*1*) errori (*2*) calculo | (*3*) lapsui (*4*) errori calculi *erg.* | *L* 5 tandem (*1*) fontem (*2*) deceptionis *L* 6 haec . . . recte *erg. L* 10 debere *erg. L* 11 ita (*1*) ut (*2*) scilicet ut corpore *L* 12 simplum seu *erg. L* 13 in hoc casu *erg. L* 14 graduum, | ut scilicet tantum possit quantum corpus 4 librarum motum velocitate gradus unius, *gestr.* | ego *L* 14 vero | certa demonstratione *gestr.* | comperi *L* 14 accipere (*1*) corpus simplum nisi duplam prioris (*2*) nisi *L* 15 ut mox demonstrabo *erg. L* 15 effectum . . . seu *erg. L* 16 mechanicum, (*1*) quod es (*2*) | ut mox demonstrabo *gestr.* | quem *L* 16 habendum (*1*) sumo (*2*) esse *L* 18 multa . . . vulgaribus *erg. L*

a causa praestari potest, veluti datum pondus ad datam elevare altitudinem, datum Elastrum ad datum tensionis gradum redigere, dato corpori quiescenti datum imprimere gradum velocitatis.

Quae igitur idem praestare possunt aequalis sunt potentiae, et quae idem praestare possunt aliquoties, potentias habebunt in eadem ratione in qua sunt numeri repetitionum. Est tamen ea in re subtili opus consideratione, unde aliquando in dubitationem venit, quinam effectus sint potentiis proportionales. Ac nos quidem comperimus tripla opus esse potentia ad idem pondus in triplam altitudinem elevandum, vel ad triplum pondus elevandum in eandem altitudinem; vel ad celeritatem eandem triplo ponderi imprimendam. Sed falsum esse deprehendimus triplam potentiam sufficere ad triplam velocitatem eidem ponderi imprimendam, opus enim est noncupla, et ad duplam velocitatem imprimendam opus est potentia quadrupla, ut mox patebit.

Et ratio cur de velocitate argumentari non liceat, velut de pondere et altitudine haec est, quod mensura potentiae seu datus effectus simplex praecise repetitur ter in pondere vel altitudine triplicatis, non vero in velocitate triplicata. Nam pondus trium librarum, velut *LMN* ad unum pedem *PQ* elevare, est ter elevare unam libram ad unum pedem, nempe libram *L* ad pedem $_1L_2L$, libram *M* ad pedem $_1M_2M$, et libram *N* ad pedem $_1N_2N$. Et pondus unius librae ad tres pedes elevare est etiam ter unam libram elevare ad unum pedem; nullo utique in repetitionibus discrimine. Similiter pondus trium librarum velocitatem habens unius gradus ter continet unam libram velocitate praeditam unius gradus. Sed non aeque manifestum est, corpus unius librae velocitatem habens trium graduum ter continere unam libram velocitate praeditam unius gradus. Et sane unam libram ad tres pedes elevando tres habemus casus seu tria themata inter se realiter diversa et per omnia gemella, nempe libram *A* quiescentem in *C* elevare per pedem *CD* ut sustentatum quiescat in *D*, et rursus quiescentem in *D* elevare per pedem *DE*, et postremo quiescentem in *E* elevare per pedem *EF* ut in *F* sustentetur. Sed cum una eademque libra tres habet gradus





9 altitudinem; (*1*) vel etiam ad triplam (*2*) vel *L* 13 et (*1*) magnitudine (*2*) altitudine *L* 18 nempe (*1*) libram *L*, et libram *M*, et libram *N*; ad pedes $_1L_2L$, $_1M_2M$, $_1N_2N$. (*2*) libram *L* 21 f. librarum (*1*) velocitate praeditum (*2*) velocitatem habens *L* 23 Sed (*1*) dici non potest pondus (*2*) non | ideo *erg. u. gestr.* | . . . corpus *L* 26 et . . . gemella *erg. L* 27 quiescentem in *C erg.* elevare (*1*) ad pedem *CD* (*a*) et rursus quiescen (*b*) ut ibi quiescat (*2*) per . . . *D*, *L* 28 elevare (*1*) ad (*2*) | per *erg.* | *L* 29 ut | postremo *gestr.* | in *L*

velocitatis non potest hic casus, vel hoc thema dividi in tria themata gemella inter se realiter diversa, nam si tollas inde casum, seu thema librae unius praeditae velocitate unius gradus, restabunt duo gradus velocitatis sed sine libra seu sine subjecto quippe jam sublato. Sed ita non possunt constituere novos casus. Sin thema totale concipiamus ut compositum ex tribus impressionibus successivis aequalium graduum velocitatis in idem corpus, alia oritur difficultas, nam tria themata partialia non erunt gemella inter se. Et casus imprimendae velocitatis determinatae in corpus quiescens, non est per omne gemellus casui ejusdem gradus denuo imprimendi in corpus velocitate jam praeditum, tametsi prima specie ex vulgari doctrina de motuum compositione, plerisque videatur, ejusdem esse potentiae dare quiescenti gradum unum velocitatis, et deinde jam moto addere adhuc unum in easdem partes, ita ut inde nascatur duplex celeritas, quod tamen falsum esse constabit ex sequentibus. Unde intellegi potest, quanta circumspectione sit opus, et quam intutum sit fidere probabilitati, ubi exactae proportiones quaeruntur.

Sed ne diutius expectationem lectorum veritatis avidorum suspensam teneamus, Demonstrationem ipsam exponere placet.

Propositio

Si corpus quatuor librarum moveatur in horizonte, ejusque potentia omnis transferenda sit in corpus unius librae in eodem horizonte quiescens, ita scilicet [*bricht ab*]

3–8 gradus, (*1*) nullum superest subjectum reliquis duobus gradibus ad nova themata componenda. Et (*a*) potent (*b*) casus (*aa*) potentiae (*bb*) velocitatis determinatae imprimendae in corpus quiescens non est per omnia gemellus casui (*aaa*) velocitatis (*bbb*) ejusdem gradus velocitatis | in easdem partes *erg. u. gestr.* | imprimendae in corpus eodem gradu simplice vel duplicato jam praeditum | (*2*) supererunt duo gradus sed sine libra tanquam subjecto quod locum non habet. Sin thema totale esse velis imprimere eidem librae diversas successive (*3*) non restabit nisi una libra sed (*4*) restabunt . . . | quippe jam sublato *erg.* | (*a*) , quod non consti (*b*) . Sed . . . praeditum *erg.* | *L* 4 f. ut (*1*) impressionem (*2*) compositum *L* 7 casus (*1*) imprimendi unum gradum (*2*) imprimendae *L* 11 in . . . celeritas *erg. L* 13 quam (*1*) parum fidendum (*2*) intutum *L* 13 probabilitati, (*1*) ubi de mathematica rigore (*2*) ubi *L* 15 f. teneamus, (*1*) certa (*2*) Demonstrationem *L* 17 f. Propositio | Unica *gestr.* | (*1*) Non servatur eadem (*2*) Si *L* 18 corpus (*1*) quadruplum (*2*) quatuor librarum *L* 18 f. omnis (*1*) transferatur in cor (*2*) transferenda *L* 19 quiescens, (*1*) hoc est si cesset mo (*2*) ita *L*

376. NOTATA QUAEDAM G. G. L. CIRCA VITAM ET DOCTRINAM CARTESII [Frühjahr 1689 bis Herbst 1689 (?)]

Überlieferung:

L Konzept: LH IV 1, 4d1 Bl. 1–2. 1 Bog. 4°. 4 S.

l[1] verb. Reinschrift: LH IV 1, 4d1 Bl. 3–4. 1 Bog. 2°. 3 1/6 S.

l[2] verb. Reinschrift: LH IV 1, 4d1 Bl. 5–6. 1 Bog. 2°. 3 1/2 S.

E[1] Druck nach nicht gefundenem Manuskript: CHR. THOMASIUS, *Historia sapientiae et stultitiae*, Bd 2, April bis Juni 1693, Halle, Magdeburg 1693, S. 113–122. (Unsere Druckvorlage.)

E[2] GERHARDT, *Philos. Schr.* 4, 1880, S. 310–314 (nach *l*[2]).

Weitere Drucke: 1. CHR. KORTHOLT, *Epistolae ad diversos*, Bd 3, Leipzig 1738, S. 388–396 (nach *E*[1]). 2. DUTENS 5, 1768, S. 393–396 (nach *E*[1]).

Die *Notata* bilden die abschließende Überarbeitung von Bemerkungen, die Leibniz schon 1689 in Rom für Adrien Auzout aus dem Gedächtnis niedergeschrieben hatte. Auzout war von Claude Nicaise aufgefordert worden, Beiträge für die von Adrien Baillet geplante Descartes-Biographie zu liefern und hatte sich der Dienste Leibnizens versichert (vgl. Leibniz' Brief an Adrien Auzout, April bis November 1689, III, 4 N. 220, S. 429 und an Gerhard Meier vom 16./26. Oktober 1690, I, 6 N. 127, S. 272). Von seinem beginnenden Romaufenthalt berichtet Leibniz auch Melchisedech Thevenot in einem Brief vom 24. April 1689, den Adrien Auzout beförderte (vgl. I, 5, N. 239a). Dasselbe italienische Papier und das mit N. 374 identische Wasserzeichen sowie der enge inhaltliche Zusammenhang stützen unsere Datierung.

Notata quaedam G. G. L. circa vitam et doctrinam Cartesii

Cartesius diu Flexiae in collegio Jesuitarum studiis operam dedit, juvenisque emendandae philosophiae consilium cepit post somnia quaedam et illud Ausonii diu expensum: *quod vitae sectabor iter?* Ita loquuntur ipsius schedae manuscriptae.

Anno 1620. die 11. Novembr. notavit in schedis suis, ea die se coepisse intelligere fundamentum inventi mirabilis, quid illud sit, videor mihi conjicere; ipse in scriptis suis

21 quaedam | Historica *erg. u. gestr.* | circa *L* 21 G. G. L. *erg. l*[2] 21 f. Cartesii | , magnam partem ex ipsius (*1*) Msis (*2*) scriptis editis et ineditis *gestr.* | *L* 21 Cartesii | , opera Cl. Auzou *erg. u. gestr.* | *l*[2] 22 diu | Flexiae *gestr.* | studiis *L* 22 diu Flexiae studiis *l*[1] 22 in Collegio Jesuitarum *erg. l*[2] 23 post (*1*) illud Ausonii (*2*) somnia *L* 24 Ita . . . manuscriptae *erg. L* 24 ipsius schedae manuscriptae *l*[1], *l*[2] 25 Anno (*1*) 162.. die .. (dicerem exactius si a meis excerptis non abessem) *L*, *l*[1], *l*[2] (*2*) 1620. die XI. Novemb. *l*[2] 25 f. suis: (*1*) Hodie (*2*) ea die se coepisse intelligere fundamentum inventi mirabilis *L*

22–24 juvenisque . . . manuscriptae: A.T. X, S. 216. Vgl. A. BAILLET, *La vie de Monsieur Des-Cartes*, Paris 1691, Bd 1, S. 81–85. 23 f. AUSONIUS, *Eclogarum liber*, II, 1. 25 f. notavit . . . mirabilis: A.T. X, S. 216.

non exposuit, quemadmodum nec publicavit methodum suam, sed tantum de ea scribere ejusque specimina dare voluit, ut ipse observat. Itaque valde falluntur, qui his, quae edidit, nimis contenti sunt, methodumque ejus se habere arbitrantur.

Der folgende Satz in Kleindruck wurde von Leibniz erst in l^2 durch Einklammerung vom Druck ausgeschlossen:

Filiam naturalem in Batavis habuit et ejus mortem impense luxit idque ipse notavit sua manu.

Lipstorpius narrat, Cartesium in Germania cum Faulhabero insigni Mathematico et inprimis in numerorum doctrina versato contulisse et hunc admiratione juvenis fuisse captum.

Quando Cartesius in Sueciam venerat, regina magis antiquitatis et historiae quam philosophiae studio capiebatur: ita Cartesius ad horas antelucanas remissus, ex insueto officio in morbum incidit. Audivi ex V. Cl. J. H. Boeclero, qui eodem tempore in Suecia fuit, pleuriticum interiisse, quod ipse suas quasdam rationes secutus sanguinis missionem sprevisset aut distulisset.

Fuit in Cartesio major librorum usus quam ipse videri volebat: hoc stylus et res ipsae docent. Praeclare in rem suam vertit aliorum cogitata, quod vellem non dissimulasset, eaque res ipsi in Suecia cum eruditis concertationes peperit.

Dogmata ejus metaphysica, velut circa ideas a sensibus remotas, et animae distinctionem a corpore, et fluxam per se rerum materialium fidem, prorsus platonica sunt.

1 exposuit, (*1*) non enim (*2*) quemadmodum nec *L* 1 suam Methodum, *L* 2 f. Itaque . . . sunt *erg. L* methodumque . . . arbitrantur *erg.* l^2 7 f. insigni Arithmetico contulisse, et *L* 10 magis antiquitatum et *L*, l^1, l^2 11 f. capiebatur, et Cartesius (*1*) horas (*2*) ad horas (*a*) nascentis diei (*b*) matutinas (*c*) auroram praevenientes (*d*) antelucanas remissus, (*aa*) inde (*bb*) in (*cc*) in obsequio (*dd*) ex insolito officio *L* 12 incidit. (*1*) Intellexi a Boeclero (*2*) Audivi *L* 13 fuit, (*1*) neglecta (*a*) sanguinis missione (*b*) aut dilata sanguinis missione (*2*) pleuriticum *L* 13 ipse (*1*) suis quibusdam rationibus motus (*2*) suas . . . secutus *L* 16 Praeclare (*1*) usus est pulcherrimis aliorum cogitatis (*2*) in rem suam vertit pulcherrima aliorum cogitata *L* 16 vertit pulcherrima aliorum l^1, l^2 16 quod mallem non *L* 17–19 dissimulasset. | Eaque . . . peperit *erg.* | (*1*) P (*2*) Contin (*3*) Substantiae (*4*) Animae (*5*) Dogmata ejus (*a*) circa animae distinctionem a materia, (*b*) Metaphysica, veluti . . . corpore, (*aa*) et fidem sensu (*bb*) et *L* 19–S. 2059.3 sunt. | (*1*) Argu (*2*) Modus (*3*) Argumentum . . . perfectissimum, seu quo . . . potest (*a*) perfe (*b*) existentiam . . . Anselmi (*aa*) qui titulo libri (*bb*) et . . . examinatur. *erg.* | (*aaa*) Plenum (*bbb*) doctrinam (*ccc*) In *L*

6 Sua manu: Leibniz' Quelle nicht mehr zu ermitteln, vgl. auch BAILLET, a.a.O., Bd. 2, S. 89–91. 7–9 D. LIPSTORP, *Specimina philosophiae cartesianae*, Lyon 1653, pars II, S. 78 f. 12–14 Leibniz hat Boeckler im Sommer 1671 in Straßburg besucht.

Argumentum pro existentia Dei, ex eo, quod ens perfectissimum, vel quo majus intelligi non potest, existentiam includit, fuit Anselmi et in libro *contra insipientem* inscripto inter ejus extat opera, passimque a Scholasticis examinatur. In doctrina de continuo, pleno et loco Aristotelem noster secutus est, Stoicosque in re morali penitus expressit, *floriferis ut apes in saltibus omnia libans*. In explicatione rerum physicarum mechanica Leucippum et Democritum praeeuntes habuit, qui et vortices ipsos jam docuerant. Jordanus Brunus easdem fere de magnitudine universi ideas habuisse dicitur, quemadmodum et notavit V. Cl. Stephanus Spleissius, ut de Gilberto nihil dicam, cujus magneticae considerationes tum per se tum ad systema universi applicatae, Cartesio plurimum profuere.

Explicationem gravitatis per materiae solidioris rejectionem in tangente, (quod in Physica Cart. prope pulcherrimum est,) didicit ex Keplero, qui similitudine palearum motu aquae in vase gyrantis ad centrum contrusarum rem explicuit primus. Actionem lucis in distans similitudine baculi pressi jam veteres adumbravere. Circa Iridem a M. Antonio de Dominis non parum lucis accepit.

Keplerum fuisse primum suum in dioptricis magistrum, et in eo argumento omnes ante se mortales longo intervallo antegressum, fatetur Cartesius in Epistolis familiaribus;

4 noster *erg. L* 4 f. Stoicosque . . . *libans erg.* (*1*) Explicatio rerum Physicarum Mechanica (*a*) est (*aa*) Democritica (*bb*) consentanea (*b*) Leucippi aut Democriti (*2*) In *L* 6 habuit (*1*) . Idem de Magnitudine Universi et a (*2*) , qui *L* 6 Brunus (*1*) in libro *de infinito* (*2*) easdem *L* 7 habuisse (*1*) creditur, (*2*) videtur, quemadmodum *L* 7 habuisse videtur l^1, l^2 8–10 Spleissius. (*1*) In (*a*) Opticis (*b*) Dioptricis fate (*2*) Explicationem *L* 8 f. ut . . . applicatae | plurimum *erg.* | Cartesio profuere *erg.* l^2 10 f. per rejectionem a tangente materiae solidioris *L*, l^1 | (quod (*1*) fere pulcherrimum (*2*) in Physica Cartesiana prope pulcherrimum est) *erg.* | *L* 10 materiae solidioris *erg.* l^2 10 tangente | materiae solidioris *gestr.* | (quod l^2 11 ex Keplero l^1, l^2 11 f. similitudine (*1*) paleae per aquae in vase giratae motum in centrum contrusae (*2*) palearum . . . contrusarum *L* 12 f. rem explicat. | (*1*) Explicationem (*2*) Actionem lucis per distans similitudine baculi | pressi *erg.* | jam (*a*) apud (*b*) veteres (*aa*) habetur (*bb*) explicu⟨ – ⟩ (*cc*) adumbravere. *erg.* | *L* 14 f. Dominis (*1*) aliquid (*2*) non parum lucis (*a*) accepisse censetur. | (*b*) accepit. *E* | (*aa*) Fatetur ipse | in Epistolis familiaribus *erg.* | Keplerum fuisse (: nam in Scriptis (*aaa*) quae ipse edidit longe abest a (*bbb*) neminem (*bb*) Keplerum *L* 15 Magistrum (*1*) fatetur in (*2*) et in eo (*a*) genere (*b*) argumento *L* 16 intervallo (*1*) superasse (*2*) reliquisse ⟨aut⟩ (*3*) antegressum *L*

2 ANSELM VON CANTERBURY, *Liber contra insipientem*. Vgl. N. 129. 4 f. *floriferis . . . libans*: vgl. LUCRETIUS, *De rerum natura*, III, 11. 6 f. Wohl gemeint G. BRUNO, *De immenso et innumerabilibus, seu de universo et mundis*. Vgl. N. 384. 8 Vgl. I, 6 N. 127, S. 272. 8 f. Vgl. W. GILBERT, *De magnete magnetisque corporibus, et de magno magnete tellure; physiologia nova, plurimis et argumentis, et experimentis demonstrata*, London 1600. 10–12 Vgl. R. DESCARTES, *Principia philosophiae*, III, 30 u. IV, 20 (A.T. VIII, S. 92 u. 212) und J. KEPLER, *Astronomia nova*, 1609, pars 3, cap. 34, sowie *Epitome astronomiae Copernicanae*, 1618, lib. 1, pars 4 (Caspar, 3, 1937, S. 242–246 u. 7, 1953, S. 75 f.) 14 M. A. DE DOMINIS, *De radiis visus et lucis in vitris perspectivis et iride tractatus*, Venedig 1611. 16 Vgl. Descartes an Mersenne, 31. März 1638 (R. DESCARTES, *Lettres*, Bd 3, LXIX; A.T. II, S. 86). Vgl. N. 374.

nam in scriptis, quae ipse edidit, longe abest a tali confessione aut laude, tametsi illa ratio, qua radiorum directionem explicat ex compositione nimirum duplicis conatus perpendicularis ad superficiem et ad eandem paralleli, diserte apud Keplerum extet, qui eodem ut Cartesius modo aequalitatem angulorum incidentiae et reflexionis hinc deducit. Idque gratam mentionem ideo merebatur, quod omnis prope Cartesii ratiocinatio huic innititur principio. Legem refractionis primum invenisse Willebrordum Snellium, Isaacus Vossius patefecit, quanquam non ideo negare ausim, Cartesium in eadem incidere potuisse de suo.

Negavit in epistolis, Vietam sibi lectum, sed Thomae Harrioti Angli libros analyticos posthumos anno 1631. editos vidisse, multi vix dubitant; usque adeo magnus est eorum consensus cum calculo Geometriae Cartesianae. Sane Harriotus aequationem jam nihilo aequalem posuit, et hinc derivavit, quomodo oriatur aequatio ex multiplicatione radicum in se invicem,[1] et quomodo radicum auctione, diminutione, multiplicatione aut divisione variari aequatio possit, et quomodo proinde natura et constitutio aequationum et radicum cognosci possit ex terminorum habitudine. Itaque narrat celeberrimus Wallisius, Robervallium, qui miratus erat, unde Cartesio in mentem venisset, palmarium illud, aequationem ponere aequalem nihilo ad instar unius quantitatis, ostenso sibi a Domino de Cavendish libro Harrioti exclamasse: *il l'a veu, il l'a veu*, *vidit, vidit*. Reductionem

[1] *In L am Rande, gestrichen*: Quae Cartesio potissimum debentur haec esse arbitror in Metaphysicis agnovisse quod corpus in animam aut anima in corpus non agat.

1–6 laude, | (*1*) cum (*2*) tametsi . . . qua (*a*) Cartesius a (*b*) ipse (*aa*) re (*bb*) aequationem anguli incidentiae et (*cc*) radiorum . . . compositione duplicis . . . et | ad (*aaa*) superficiem (*bbb*) eandem *erg.* | paralleli . . . mentionem vel ideo . . . principio innititur. *erg.* | Legem *L* 6 Legem Refractionis a Cartesio publicatam primum *L* 6 f. Isaacus *erg. L* 8 f. suo. (*1*) Negat | (*2*) Negavit *E* in Epistolis *erg.* | (*a*) se legisse (*b*) Vietam (*aa*) se legisse (*bb*) sibi lectum *L* 9 f. libros | anno 1631 *erg. u. gestr.* | (*1*) legisse (*2*) Analyticos | posthumos anno 1631 editos *erg.* | (*a*) legisse (*b*) | vidisse *erg.* | *L* 11 est | ibi *erg.* | consensus cum (*1*) Alg (*2*) Analysi (*3*) calculo Geometriae Cartesianae. Sane (*a*) quod (*b*) Harriotus jam aequationem nihilo *L* 12 derivavit (*1*) plu (*2*) quomodo *L* 13 quomodo radicum (*1*) aequatione (*2*) auctione (*a*) aut (*b*) diminutione *L* 14 et (*1*) a terminis quibusdam liberari (*2*) quomodo (*a*) inde (*b*) | proinde *erg.* | *L* 15 radicum (*1*) comparando (*2*) agnosci (*a*) possit (*b*) queat *L* (*3*) cognosci possit l^2 16 celeberrimus *erg. L* 17 f. ad . . . quantitatis *erg. L* 18 Dom. de Cavendish l^1, l^2 19–S. 2061.5 *veu* | vidit, vidit *erg.* l^1, l^2. Reductionem . . . Cardanus | ejus familiaris *erg.* | . Denique (*1*) jam ab aliis notatum (*2*) fuit . . . immodicus (*a*) spem (*b*) contemtor . . . possunt. *erg.* | *L* 21 quod (*1*) substantia (*2*) corpus *L*

6 f. SNELL VAN ROYEN, *Les loix de la refraction* (Manuskript); I. VOSSIUS. Vgl. N. 373 u. N. 374. 9 Negavit . . . lectum: vgl. N. 373. 9 f. TH. HARRIOT, *Artis analyticae praxis*, hrsg. v. W. Warner, London 1631. Vgl. N. 374. 16–19 Vgl. J. WALLIS, *A treatise of Algebra*, Oxford 1685, Praefatio (De Harrioto Addenda). Vgl. III, 1 S. LXVII u. 391. 19–S. 2061.2 Vgl. G. CARDANO, *Artis magnae sive de regulis algebraicis liber unus*, Nürnberg 1545, fol. 22 v°. Vgl. III, 1 S. 623 f.

quadrato-quadraticae aequationis ad cubicam superiore jam seculo invenit Ludovicus Ferrarius, cujus vitam reliquit Cardanus, ejus familiaris.

Denique fuit Cartesius, ut a viris doctis dudum notatum est, et ex epistolis nimium quantum apparet, immodicus contemtor aliorum et famae cupiditate ab artificiis non abstinens, quae parum generosa videri possunt.

Atque haec profecto non dico animo obtrectandi viro, quem mirifice aestimo, sed eo consilio, ut suum cuique tribuatur, nec unus omnium laudes absorbeat; justissimum enim est, ut inventoribus suus honos constet, nec sublatis virtutum praemiis praeclara faciendi studium refrigescat. Et vellem ego propositionum aut dogmatum, quae majoris momenti sunt, autores semper memorari exemplo Mathematicorum, qui Pythagorae, Platonis, et Archimedis, et Euclidis, et Apollonii, et Nicomedis, et Dinostrati, et tot aliorum merita singulatim perpetua mentione recognoscunt.

Optarim etiam, viros insignes spem inanem arripiendae tyrannidis in imperio philosophico deponere, et sectae condendae ambitionem exuere; unde inepta partium studia et bella literaria vanissima nasci solent magno scientiae et pretiosi temporis detrimento. Non distinguuntur apud Geometras Euclidei, Archimedei aut Apolloniani. Omnium eadem secta est, sequi aperientem se undecunque veritatem. Neque unquam quisquam orietur, qui totum sibi vindicabit patrimonium eruditionis, aut qui genus humanum ingenio superabit, et omnes praestinguet stellas exortus ut aetherius sol. Legamus Cartesium, laudemus etiam, imo admiremur; sed non ideo reliquos negligamus, apud quos multa et magna extant, quae Cartesius non animadvertit.

Nihil magis profectui scientiarum obstat, quam nimium et servile in philosophia studium τῶν παραφραζόντων, neque aliam magis ob causam fieri arbitror, quod raro

7 nec . . . absorbeat *erg.* (*1*) . Vellem enim viros doctos tandem aliquando inanem persuasionem deponere, (*a*) sibi (*b*) al (*c*) omnes aliorum l (*d*) erig (*2*) . Justissimum *L* 8 f. constet. Et vellem *L* 9 aut dogmatum *erg. L* 10 Pythagorae, et Platonis et *erg. L* 11 f. et (*1*) suas cuique laudes (*a*) ⟨sua⟩ (*b*) illibatas asserunt (*2*) tot . . . merita (*a*) sigill (*b*) singulatim . . . (*aa*) agnoscunt. *L* (*bb*) recognoscunt. l^1 14–16 condendae (*1*) ambitione carere (*2*) ambitionem exuere unde . . . et (*a*) vana (*b*) bella . . . magno (*aa*) detrimento temporis (*bb*) scientiae . . . detrimento *L* 16 Non (*1*) alii sunt (*a*) in j (*b*) apud Geometras Euclidei, alii Archimedei, alii (*2*) distinguuntur . . . aut *L* 18 quisquam (*1*) erit | (*2*) orietur *erg.* | qui . . . patrimonium (*a*) verum aut doctrinae aut (*b*) eruditionis aut *erg.* | *L* 19 omnes praestringet stellas *L* 20 ideo (*1*) alios (*2*) reliquos *L* 21 multa et *erg. L* 22 profectui (*1*) extant (*2*) obstat scientiarum, quam (*a*) servilis imitatio (*b*) | nimium et *erg.* | servile | in philosophia *erg.* | *L* 23–S. 2062.3 παραφραζόντων: (*1*) Et quemadmodum (*a*) animus occupatus (*b*) occupata imaginatio certo quodam melodiae genere aegre erit (*2*) Neque . . . egregium | et novum *erg.* | . . . sane, sed . . . sectae. | (*a*) Ut *erg.* l^1 (*b*) Quemadmodum enim *erg.* l^2 | imaginatio una melodia occupata *L*

2 G. CARDANO, *Vita Ludovici Ferrarii Bononiensis*. Unveröffentlicht.

aliquid egregium et novum a meris Cartesianis profertur, non magis quam a meris Aristoteleis, non ingenii sane defectu, sed vitio sectae. Quemadmodum enim imaginatio una melodia nimis occupata aegre ad aliam canendam convertitur, et qui tritam alteri viam insistit, raro in nova incidit: ita qui uni autori insuevere, mancipia sunt doctoris sui quasi usu capta, aegreque animum ad aliquid novi et diversi attollunt, cum tamen constet, non alia re magis incrementum accepisse scientias, quam varietate itinerum, quae in veritate investiganda diversi iniere.

Subjiciam nonnulla, quae mihi inter cogitata Cartesio ipsi debita inprimis laudanda videntur. In Geometricis ut hinc ordiar, recte docuit (post Soverum tamen Germanum obiter hoc perstringentem) aliam longe esse conchoëidis et similium aequatione explicabilium quam spiralis naturam, et male a veteribus lineas altiorum aequationum excludi. Primus etiam animadvertit negativas radices non modo, sed et imaginarias seu impossibiles utiliter considerari et aequationes solvere; adeoque in universum tot esse radices, quot dimensiones aequationis. Comparatio aequationum licet ab aliis non nihil usurpata, ab ipso tamen promota est egregie. Pulchre quoque notavit in tangentium problematibus et similibus duas esse radices aequales. Proprietates, quas invenit Hyperboles, Ellipseos

3 canendam *erg.* *L* 3 tritam (*1*) ab aliis (*2*) | alteri *erg.* | *L* 4 insistit, (*1*) raro | (*2*) non aeque in nova incidit quam qui per semotos calles (*a*) aditum ⟨ – ⟩ (*b*) nullis vestigiis signatos incedit (*3*) raro *erg.* | *L* 4 qui (*1*) unum autorem (*2*) unius autoris cogitatis assuefece, (*3*) uni autori (*a*) assuevere | (*b*) insuevere *erg.* | (*aa*) praeter opinionem mancipia sunt doctoris (*bb*) doctoris sui mancipia fiunt, (*cc*) mancipia *L* 6 magis (*1*) profecisse (*2*) incrementum (*a*) cepisse (*b*) accepisse *L* 6 f. in . . . investiganda *erg.* *L* 7 f. iniere. | Utinam viri docti mallent proferre pomoeria scientiarum, quam eadem revolvendo actum agere. *erg.* | Subjiciam | nonnulla, *erg.* | *L* 8 f. mihi (*1*) ex cogitatis Cartesio ipsi debitis (*a*) im (*b*) inprimis (*aa*) aestimanda (*bb*) laudanda (*2*) inter . . . laude digna videntur *L* 9 f. Geometricis recte (*1*) admonuisse (*2*) docuit (post Soverum tamen | obiter hoc perstringentem *erg.* |), *L* 9 f. tamen obiter l^1, l^2 10 f. aequatione explicabilium *erg.* l^2 11–14 et (*1*) has illas (*2*) non has in Geometriam (*3*) illas non has problematibus construendis recte adhiberi. (*4*) male a veteribus (*a*) has lineas altiores l^1 (*b*) lineas . . . aequationum l^2 excludi. | Primus etiam animadvertit radices non negativas tantum sed . . . aequationis *erg.* | *L* 14 aequationum etsi nonnihil ab aliis usurpata *L* 16–S. 2063.1 Proprietates (*1*) dioptricae et catoptricae (*2*) quas invenit . . . | Ellipseos *erg.* | . . . altiorum (*a*) egregiae (*b*) in usu catoptrico et dioptrico egregiae *L*

8–S. 2063.9 Leibniz ändert die ursprüngliche Reihenfolge seiner Bemerkungen zu den Disziplinen *In Metaphysicis*, *In Physicis*, *In Geometricis* im Konzept *L* durch entsprechende Kustoden zunächst in die Reihenfolge *In Metaphysicis*, *In Geometricis*, *In Physicis*. In l^1, l^2 und im Druck erscheint dann die obige Reihenfolge *In Geometricis*, *In Metaphysicis*, *In Physicis*.

et ovalium altiorum ad usum catoptricum et dioptricum, theoriae gratia egregiae sunt. In Metaphysicis argumenta Scepticorum ad bonum usum praeclare traduxit. In Physicis agnovit materiae partes aliquas actu subdividi sine fine, item motum seu loci mutationem esse aliquid in se relativum. Debetur ipsi vorticum a veteribus coeptorum distinctior explicatio, et ad Philosophiam Gilberti magneticam applicatio; Tentamentum praeclarum circa aestum maris; Explicatio iridis aliorumque Emphaticorum, et specimen elegans ratiocinandi circa genesin salis. Et in multis aliis etiam ubi non assentior, ipsum philosophandi filum mirifice placet: et sane vix pagina apud ipsum occurrit, unde non utile aliquid et novum disci possit, itaque in his referendis sum parcior.

Denique addam aliqua, quae nonnihil offendunt. Jactavit sub initium Geometriae suae, universa problemata ad radices aequationum certi cujusdam gradus a se reducta esse, adeoque in potestate haberi. Negavit possibilitatem dimensionis curvarum, quae tamen postea deprehensa. Lineas transcendentes (ut voco) exclusit a Geometria. Linearum problematibus solvendis idonearum gradus male constituit notante Fermatio. Refractionum naturam perverse explicuit similitudine globuli in tapete vim perdentis, ut defenderet plus aërem resistere quam aquam. Quantitatem motus male pro quantitate potentiae motricis accepit et ideo servandam putavit. Materiam cum extensione confudit; Unionem

2 Metaphysicis (*1*) agnovisse, quod Actio animae in (*a*) corpus (*b*) materiam aut contra intelligi non possit (*2*) argumenta . . . praeclare (*a*) traduxisse (*b*) traduxit *L* 2 f. Physicis | agnovisse *erg.* | : (*1*) materiam (*2*) materiae (*a*) partem (*b*) aliquas partes actu *L* 3 f. fine, | item *erg.* | Motum | seu loci mutationem. *erg.* | in se esse aliquid relativum; Vorticum a veteribus (*1*) positorum | (*2*) coeptorum l^1 | distinctior *L*
5 f. applicatio, tentamenta circa *L* 6 f. Emphaticorum. (*1*) In mul (*2*) Tentamentum | (*a*) praeclarum *erg.* (*b*) elegans l^1 (*3*) specimen elegans ratiocinandi l^2 | circa (*a*) explicationem (*b*) genesin *L* 8 f. philosophandi (*1*) specimen | (*2*) filum l^2 | mirifice placet. | Et . . . possit, unde in . . . parcior *erg.* | *L* 10–S. 2064.6 Denique adjiciam | aliqua *erg.* | quae | me aliosque *gestr.* | nonnihil offendunt: | jactasse sub . . . Geometriae omnia problemata a se ad radices aequationum | certi *gestr.* | cujusdam gradus reducta . . . haberi. Negasse possibilitatem . . . transcendentes (*1*) et problema (*2*) (ut voco) exclusisse a Geometria; . . . male constituisse, ut ostendit Fermatius; refractionum (*a*) Hypothesin male (*b*) naturam perverse explicuisse, similitudine . . . quam vitrum. (*aa*) Negasse sensum brutis (*bb*) Quantitatem motus pro . . . motricis accepisse, et ideo servandam putasse (quod erroneum (*aaa*) Quietem (*bbb*) esse a me ostensum est). | Materiam cum extensione confudisse. *erg.* | Unionem a quiete derivasse, quae a motu est, (ut exemplo fusi alabastrini pulveris intelligi potest,) Materiam primum in partes solidas aequales divisisse, (*aaaa*) et ex harum ramentis (*bbbb*) has deinde in motum concitasse et hinc partim ramenta subtilis materiae, partim globulos secundi elementi fabricasse, et vortices civisse celeritate immensa distantiis proportionali. Brutis sensum negasse, fictorum . . . animalium structuram ⟨et⟩ genesin explicuisse et a vero motu cordis (*aaaaa*) recessisse (*bbbbb*) deflexisse. Et ut ad majora veniam, *erg.* | rejecisse argumentum | divinitatis *erg.* | a providentia et | dignis sapiente *erg.* | finibus rerum, | rationibus *erg.* | metaphysicis | solis *erg.* | substitutis; dubitationem *L* 11 certi *erg.* l^2 13 tamen *erg.* *L*

seu firmitatem a quiete derivavit, quae a motu est; elementa sua, globulos inprimis, quos vocant, secundi elementi et particulas striatas aliaque similia gratis et frustra confinxit. Vortices cievit immensa celeritate distantiis proportionali. Porro brutis sensum negat; fictorum potius quam verorum animalium genesin explicat. Et ut ad graviora veniam, rejecit argumentum divinitatis a providentia et dignis sapiente finibus rerum, et pro rationibus captu facilioribus metaphysica sola substituit. Dubitationem ad ipsas primas assertiones maxime manifestas, nescio quo consilio produxit, quasi nihil certo sciri possit, nisi supposita Dei existentia, quod ipsum credidisse nemo credet; aut quasi veritas ipsa pendeat ab arbitrio Dei, ita ut voluntate ejus constitutum sit, trianguli tres angulos esse duobus rectis aequales. Insinuasse videtur, unum in rebus actorem esse Deum, quo abusus Spinosa unam tantum substantiam in rebus esse voluit, ipsum scilicet Deum hoc est (ipsi) naturam universi, cujus caeterae res sint modi [ut figurae sunt modi] materiae. Statuit etiam Cartesius, materiam omnes successive formas accipere; ita ut nihil tam absonum fingi possit, quin tandem aliquando aut alicubi in universo contingat, quod est haud dubie per consequentiam omnem sapientiae et pulchritudinis rationem (ne dicam providentiam) tollere; quanquam ipsi hanc consequentiam non imputem, nec ab ipso animadversam sperem. Aliaque hujusmodi, quae puto, defendi non posse, et nonnihil Spinosae praelusisse.

Sed ista tamen omnia minime impediunt, quin Cartesium inter maximos viros censeamus, qui generis humani opes auxere atque etiam inter errandum prosunt. Itaque Pythagoram, Democritum, Platonem, Aristotelem, Copernicum, Galilaeum, Baconum et

4 Genesin et structuram explicat, et l^1, l^2 6–8 ipsas (*1*) veritates (*2*) assertiones primas | et maxime manifestas nescio quo consilio *erg.* | produxisse quasi (*a*) veritates (*b*) Deus etiam (*c*) nihil . . . existentia aut quasi *erg.* | *L* 9 pendeat a Deo voluntate, ita ut arbitrio ejus *L* 10 Insinuasse unum *L* 11 f. Deum (*1*) seu Naturam (*2*) hoc est (*a*) Na (*b*) (ipsi) *L* 12 universi *erg.* l^2 12 f. cujus (*1*) caetera | (*2*) creaturae (*3*) caeterae res *erg.* | sint tantum modi | ut figurae sunt modi materiae *erg.* | (*a*) Sustuli (*b*) Negasse sensum brutis, materiam cum extensione confudisse. | Materiam primum ut *erg.* | Globulos illos secundi elementi fabricasse; (*aa*) et | (*bb*) item *erg.* | vorticem cievisse celeritate immensa distantiis | a centro *erg.* | proportionali. (*c*) Velle (*d*) Statuit etiam Cartesius *L* 12 ut . . . modi *erg. Hrsg. nach L*, l^1, l^2 13 f. tam (*1*) mirum (*2*) | absonum *erg.* | *L* 15 per consequentiam *erg.* l^2 15 f. (ne dicam providentiam) *erg.* l^2 16 f. tollere | Quantitatem motus pro quantitate potentiae motricis accepisse, et ideo servandam putasse (quod erroneum esse a me ostensum est) *gestr.* | aliaque hujusmodi quae (*1*) non puto (*a*) pro (*b*) defendi posse (*2*) puto . . . posse. *erg.* | *L* 16 f. quanquam . . . sperem; *erg.* l^2 17 hujusmodi habet, quae l^2 17 f. et Spinosae praelusisse *erg.* l^2 19 Sed (*1*) haec (*2*) ista *L* 19 f. omnia non impediunt, quin ego Cartesium . . . viros censeam, qui (*1*) junx (*2*) lucem attulere (*3*) generis . . . etiam (*a*) errando prof (*b*) inter . . . prosunt. (*aa*) Scilicet (*bb*) Itaque *L* 21–S. 2065.3 Aristotelem, Archimedem, | Copernicum *erg.* | Galilaeum (*1*) et Cart (*2*) Baconum . . . (quibus Jungium . . . extarent,) (*a*) perpetua omnium seculorum veneratione (*b*) aliosque qui | nescii *erg. u. gestr.* | (*aa*) sibi (*bb*) ses (*cc*) sibi . . . et | virtuti *erg.* | veneratio (*aaa*) supererit (*bbb*) constabit (*ccc*) erit. *L*

Cartesium (quibus Joachimum Jungium adderem, si scripta ejus extarent,) aliosque, qui sibi homines immortalibus meritis obstrinxere, tamdiu colet posteritas, quamdiu memoria historiis, et virtuti veneratio erit.

377. DE PRAESTANTIA SYSTEMATIS COPERNICANI
[Sommer 1689 (?)]

Leibniz' Aufzeichnungen über das Kopernikanische System, die er während seines Romaufenthaltes 1689 angefertigt hat, schickte er als Beilage zu einem nicht datierten Brief vermutlich an Antonio Baldigiani S.J. (LH XXXV 11, 14 Bl. 13), den er in Rom zu seinen Freunden zählte (vgl. I, 6 N. 110; I, 8 N. 209), um dessen Meinung über eine mögliche Veröffentlichung zu erfahren. Die für unsere Druckvorlage und die drei Konzepte nachgewiesenen Wasserzeichen stützen unsere Datierung.

377_1. DE MOTU IN RIGORE MATHEMATICO ACCEPTO

Überlieferung:
L Konzept: LH XXXV 11, 14 Bl. 13. 1 Bl. 4°. 2 Sp.
E A. ROBINET, *G. W. Leibniz. Iter Italicum*, Florenz 1988, S. 103–104 (Teildruck).

Motu in rigore mathematico accepto demonstravi, nullum dari principium determinandi quodnam corpus absolute quiescat, aut absolute tali motu moveatur.

Sic fieri potest, ut corpus aliquod percussionem aut aliam vim movendi exerceat et tamen non moveatur absolute in rigore mathematico sed quiescat ut si globus manu impulsus in navi currat per lineam rectam horizontalem, a prora versus puppim, et navis interim aequali celeritate contraria moveatur in directione a puppi ad proram; nullus

15 (*1*) Motus in rigore Mathematico sumtus, nihil aliud est quam mutatio loci. Hoc posito (*2*) In rigore mathematico (*3*) Motu . . . accepto *L* 16 corpus (*1*) quiescat in mundo (*2*) absolute *L* 17 aliquod (*1*) saltum (*2*) percussionem *L* 18 f. si (*1*) corpus (*2*) globus (*a*) in tabula incurrat in alium globum (*b*) manu . . . in *L* 19 currat (*1*) in linea recta horizontali (*2*) per . . . horizontalem, *L* 20 nullus (*1*) revera (*2*) | absolute *erg.* | *L*

absolute erit motus globi, et tamen globus et ictum a manu recepit et in alium globum in navi quiescentem ictum fecit.

Et speciatim demonstravi eam esse miram naturae Legem, ut omnia phaenomena non tantum corporum libere motorum, sed et inter se concurrentium eodem modo prodeant, ubicunque demum quies aut determinatus motus absolutus existat.

Hinc sequitur quoties unum systema alteri praefertur, non posse id aliter accipi, quam ut unum alio sit intelligibilius et rebus de quibus agitur explicandis accommodatius et proinde cum una Hypothesis dicitur vera altera falsa, suo intelligendum est certo respectu. Sic tam sphaerica Ptolemaei doctrina quam Theorica planetaria Copernici verissima est quia idem hic est verum quod rectum et conveniens optimusque est uterque explicandi modus; et utrinque peccaretur vel motum terrae in sphaericam inferciendo vel statione terrae in theoricis utendo. Sic qui in navi est cum nullus fit ad ripam respectus male negabit globum supradictum moveri; qui vero in ripa stans globum videt non recte negabit eum quiescere, cum de mutatione intra navim non agitur, absolute autem nil definiri potest, cum nova redeat quaestio de ipsa ripa.

Itaque Historici et ipsi scriptores sacri statione terrae non tantum uti potuerunt sed et debuerunt. Quod dicere dignius est Deo autore libri maximos scientiae thesauros continentis, quam minus accurate aut populariter locutum asserere, aut a litera hic recedere.

Et quia permissum est salva Censura Copernicanum systema prae aliis adhibere tanquam Hypothesin ad intelligendos planetarum motus aptissimam; defendere autem ejus veritatem ut explicuimus nihil aliud est revera, quam defendere ejus summam intelligibilitatem; itaque hoc sensu, salva Censura quilibet in summo gradu Copernicanus esse potest.

1 globus (*1*) in alium (*2*) iste (*3*) et . . . recepit et *L* 1 f. in navi *erg. L* 2 f. fecit. (*1*) Quin imo (*2*) Et speciatim *L* 3 miram *erg. L* 4 concurrentium (*1*) sic prodeant, ut quas (*2*) eodem *L* 6 praefertur (*1*) aut verum dicitur (*2*) non *L* 6 aliter (*1*) intelligi (*2*) accipi, *L* 7 f. et rebus | de quibus agitur *erg.* | explicandis accomodatius *erg.* et (*1*) hoc sensu (*2*) proinde *L* 8 falsa, (*1*) hoc (*2*) | suo *erg.* | intelligendum *L* 9 respectu (*1*) , qua quot (*2*) , prout una servit ad op (*3*) . Sic (*a*) sphaerica (*aa*) doctrina (*bb*) Ptolemaei doctrina verissima dici potest, Copernica p (*b*) tam . . . Theorica *L* 10 verissima (*1*) dici potest quia optimum est (*2*) est . . . optimusque est (*a*) explicandi modus, (*b*) uterque *L* 12 utendo. (*1*) Itaque Historicus (*2*) Sic *L* 12 est (*1*) male dicet (*2*) cum nullus (*a*) est (*b*) fit *L* 13 f. male (*1*) dicet globum supradictum quiescere; qui vero in ripa stans globum videt (*a*) recte dicet eu (*b*) non recte dicet eum moveri, (*2*) negabit . . . quiescere *L* 14 de (*1*) ictu ejus (*2*) mutatione intra navim *L* 14 f. absolute . . . ripa. *erg. L* 16 ipsi *erg. L* 17 debuerunt. (*1*) Et peccant (*2*) Nec dicendum est scripturam sacram populariter loqui (*3*) Dicendum hic est (*4*) Quod | dicere *erg.* | *L* 18 minus accurate aut *erg. L* 18 locutum (*1*) dicere, (*2*) asserere, *L* 18 f. hic *erg. L* 19 f. recedere. (*1*) Et qui hic Copernicum defendit, | ut *str. Hrsg.* | (*2*) Et *L* 20 salva (*1*) Hypoth (*2*) Censura *L* 20 systema (*1*) praeferre (*2*) prae aliis adhibere *L* 21 aptissimam; (*1*) permissum (*2*) defendere *L* 22 ut explicuimus *erg. L* 22 f. summam *erg. L* 23 sensu, (*1*) nemo (*2*) liberrima | jam *erg.* | est facultas (*a*) tuendi (*b*) Copernicanum seq (*c*) tuendi systema Copernicanum, unicuique licet (*3*) salva Censura *L*

Id vero agnosci tandem aliquando non parum interest et Ecclesiae, et scientiarum, et honoris Italiae neque erit hoc modo metuendum ne Censores ad retractationem a novis inventis aliquando cogantur aut se torrenti seculi publicoque eruditorum voci frustra opponant; et falsis eorum improperationibus occurretur, qui veritatem opprimi dicunt; et proinde egregia ingenia non in Italia minus quam apud alias gentes frui poterunt luce seculi, et praeclaris inventis incumbere, quae nunc ab aliis praeripiuntur. Neque aliam ego esse puto summorum virorum mentem penes quos censurae jus est.

Et vero tanta est Copernicani Systematis praestantia ad explicanda phaenomena planetarum, ut fatendum sit Astronomum qui id non intelligeret in maximis tenebris versaturum. Tantaque indies nova inventa ejus harmoniam et simplicitatem confirmant, ut nolle ipso uti, sit ipsius Dei gloriam obscurare, ademta agnoscendae ejus admirabilis sapientiae occasione.

Et nos ipsi nunc universalibus planetarii motus legibus a Keplero repertis, in principia sua, circulationem scilicet harmonicam materiae celestis tanquam orbis fluidi planetarii deferentis circa solem, et accessionem rectam planetae tanquam gravis et ad solem tanquam magnetem et geometrice resolutis, ni fallor contulimus aliquid ut optima phaenomenorum explicatio, id est verissima hypothesis habeatur.

1 tandem . . . parum *erg. L* 2–4 hoc (*1*) sensu, ut Censores aliquando metuant retractationem a novis inventis exprimendam. Certa (*2*) modo . . . cogantur | aut . . . seculi (*a*) Astronomorum (*b*) publicoque . . . opponant *erg.* | et (*aa*) calumniis (*bb*) falsis . . . improperationibus *L* 4 qui (*1*) veritates (*a*) ⟨pot⟩ (*b*) primaria (*c*) maximas (*d*) Romae (*2*) veritatem *L* 4 f. et (*1*) libertas philosopha (*2*) jam (*3*) proinde *L* 5 quam (*1*) Batavis (*2*) apud *L* 5 gentes (*1*) , fructus poterunt luce sequi, et (*2*) frui *L* 7 puto (*1*) censurae | mentem. *irrtüml. nicht gestr.* | (*2*) summorum . . . est *L* 8 f. ad (*1*) intelligendos (*2*) explicandos motus planetarum, (*3*) explicanda . . . planetarum, *L* 9 f. sit (*1*) eos, qui id non intelligunt velut ad tenebras damnatos esse. (*2*) Astronomis (*3*) Astronomum . . . versaturum. *L* 13 nunc (*1*) revolut (*2*) universali planetarium (*3*) universalibus planetarii *L* 13 f. legibus (*1*) in (*2*) a Keplero repertis, in (*a*) elementa (*b*) principia sua *L* 14 scilicet *erg. L* 15 planetarii *erg. L* 15 circa solem *erg. L* 15–17 planetae (*1*) tanquam magnetem (*2*) tanquam gravis et (*a*) ⟨ – ⟩ accessum (*b*) ad solem (*aa*) accessum, geometrice (*bb*) tanquam magnetem et geometrice resolutis (*aaa*) effecimus (*bbb*) ni fallor (*aaaa*) effecimus (*bbbb*) contulimus aliquid (*aaaaa*) clarissima et simplicissima phaenomenorum | explicandorum *erg.* | principia, hoc est id e (*bbbbb*) ut . . . habeatur. *L*

377_2. DE PRAESTANTIA SYSTEMATIS COPERNICANI. ERSTE FASSUNG

Überlieferung: *L* Konzept: LH XXXV 11, 14 Bl. 11–12. 1 Bog. 4°. 3 Sp.

Praeclare a Cicerone dictum est: *opinionum commenta delet dies, naturae judicia confirmat*. Id circa verum Mundi Systema experimur. Novis enim quotidie inventis Pythagoraea Hypothesis ad summam verisimilitudinem accedit. Ut jam vix quisquam sit intelligentiorum Mathematicarum qui non praeferendam fateatur, si modo per superiorum decreta liceret.

Mihi vero videtur censuram in Galilaeum non ita accipi debere quasi eos in universum damnet, qui Hypothesin Copernici veriorem credunt, sed hos tantum qui temere eam propugnant, et Scripturam Sacram minus proprie locutam audacius censent.

Hodie autem omnes intelligentes fatentur tantis nove repertis argumentis adjuvari Copernicanos, ut temeritas illis imputari amplius non possit, et prudentiores ex ipsis fatentur ac defendunt Scripturam Sacram proprie et apte fuisse locutam, imo aliter non debuisse nec potuisse etiamsi ipsi scriptores ex schola Copernici prodiisse fingerentur.

Itaque interesse et Reipublicae literariae, et ipsius Ecclesiae videtur, ut ne amplius obex ingeniis in hoc argumento ponatur, neve adversariis calumniandi ansa detur, quasi veritas in Italia intolerabili quadam servitute opprimatur.

Quod ut admoneam studiosius ansam mihi dedere cogitationes quaedam, quae nobis arcana systematis et physicas motuum coelestium causas pro bona parte aperire videntur, quae nunc paucis attingam.

4 Systema (*1*) , quod Pythagoraei jam celebraverant, indies (*2*) experimur. *L* 4 f. inventis (*1*) Pythagoraeum Mundi Systema magis magisque extra controversiam (*2*) Pythagoraea Hypothesis *L* 5 f. sit (*1*) Astron (*2*) intelligentiorum *L* 8 f. videtur (*1*) Sacrae Congregationis (*a*) Ptolemaeum (*b*) Galilaeum condemnantis non eam esse mentem, (*aa*) ut (*bb*) eos condemnatos (*c*) in Galilaeum censuram stringentis non fuisse propositum (*2*) censuram . . . damnet, *L* 9 hos tantum *erg. L* 10 audacius *erg. L* 11 omnes (*1*) rerum in (*2*) intelligentes *L* 11 tantis (*1*) hodie (*2*) nove repertis *L* 12 amplius *erg. L* 12 possit, (*1*) et Scripturae Sacrae verba attentius considerata nil obstare Copernico (*2*) et prudentiores (*a*) Copernicani (*b*) hujus (*c*) ex ipsis *L* 13 ac defendunt *erg. L* 14 debuisse (*1*) etsi (*2*) nec potuisse *L* 14 scriptores (*1*) Copernici (*2*) ex (*a*) di (*b*) schola *L* 14 f. fingerentur. (*1*) Unde etiam P. Mersennus in Gallia et P. Honoratus Fabry, et alii complures statuunt (*2*) Unde no (*3*) Porro et mihi nova (*4*) Itaque *L* 15 Ecclesiae (*1*) judico, ne libertas philosophica (*2*) videtur, *L* 17 intolerabili *erg. L* 18 admoneam (*1*) ansam (*2*) studiosius *L*

3 f. CICERO, *De natura deorum*, II, 2, 5.

Cum nempe viderem Keplerum ex Tychonicis observationibus et meditationibus propriis leges quasdam generales pulcherrimas Motuum Coelestium invenisse, phaenomenis valde satisfacientes, unde facile apparebat physicas quasdam rationes subesse debere; ego diu in causarum investigationem incubui, tandemque subita quadam luce hausta prope supra ipsam spem mihi visus sum magna voti parte positus.

Leges planetariae hae sunt 1) Planetam (primarium) ferri in Ellipsi in cujus foco sol, 2) tempora ejusdem planetae esse Sectoribus Ellipticis ex sole abscissis proportionalia, 3) quadrata a temporibus periodicis diversorum planetarum esse ut cubos mediarum a sole distantiarum.

Ex lege 2da demonstravi planetam atque adeo aethera ejus deferentem circulari harmonice, id est sic ut distantiis a sole existentibus progressionis Arithmeticae, sint velocitates circulationis progressionis Harmonicae; et contra. Generale enim theorema inveni, si mobile moveatur motu composito ex circulatione harmonica circa aliquod centrum, et motu quocunque paracentrico respectu ejusdem centri describere areas temporibus proportionales; et contra. Et vicissim si has describat, motum ejus in dictam circulationem resolvi posse.

Deinde investigavi, quaenam debeat esse lex motus paracentrici seu attractionis ad solem.

2 propriis (*1*) mira quadam felicitate (*a*) a (*b*) reg (*c*) leges quasdam | generales pulcherrimas *erg.* | *L* 3 satisfacientes, (*1*) cogit (*2*) cogitationem (*3*) sed in causis phy (*4*) cogitavi (*5*) ego saepe mecum cogitavi an causas earum (*a*) invenire (*b*) red (*c*) detegere possem, quod tandem annis abhinc aliquot (*6*) unde (*a*) apparebat (*b*) facile *L* 5 prope *erg. L* 5 f. positus. (*1*) Reg (*2*) Inveni enim (*3*) Leges | planetariae *erg.* | *L* 6 (primarium) *erg. L* 6 ferri (*1*) in Ellipsi (*2*) in . . . sol, *L* 7 ejusdem planetae *erg. L* 8 3) (*1*) tempora periodica (*2*) quadrata . . . periodicis *L* 10 2da (*1*) inveni (*2*) demonstravi planetam (*a*) Circulari Harmonice (*b*) atque *L* 11 harmonice, (*1*) id (*2*) sic ut tempora (*3*) Nam generali (*4*) id *L* 11 ut (*1*) positis (*2*) distantiis *L* 12 f. theorema (*1*) demonstra (*2*) inveni, si (*a*) corpus q (*b*) mobile *L*

6 f. Vgl. J. KEPLER, *Astronomia nova*, [Prag] 1609, III, 40 u. IV, 58, sowie *Harmonices mundi*, Linz 1619, V, 3.

377_3. DE PRAESTANTIA SYSTEMATIS COPERNICANI. ZWEITE FASSUNG

Überlieferung:

L^1 Konzept: LH XXXV 11, 14 Bl. 10 u. 14. 1 Bog. 4°. 4 Sp.
L^2 verb. Reinschrift: LH I 3, 8d Bl. 7–8. 1 Bog. 2°. 3 $^1/_2$ S. (Unsere Druckvorlage.)
E^1 GERHARDT, *Math. Schr.* 6, 1860, S. 145–147 (Teildruck).
E^2 A. ROBINET, *G. W. Leibniz. Iter Italicum*, Florenz 1988, S. 107–110.

Praeclarum Ciceronis dictum est, *opinionum commenta delet dies, naturae judicia confirmat*. Id noscirca optimam mundani systematis explicandi rationem experimur, quae novis quotidie inventis eo jam pervenit, ut vix quisquam sit insignium Mathematicorum, qui non praeferendam fateatur, si per superiorum decreta censurasque liceret. Unde jam olim Christophorus Clavius Societatis Jesu Mathematicus celebris, cum senex nova per Telescopium inventa coelestia, et inprimis Lunulas joviales detectas intellexisset, actum esse exclamavit de recepta Astronomia. Videbat enim vim maximam Analogiae, quam postea nova Reperta annuli et comitum Saturni tam manifestam reddidere, ut vix ei amplius resisti possit. Et Claudius des Chales ex eadem Societate Jesu vir in his studiis versatissimus, ingenue fassus est vix aliam Hypothesin sperari posse quae phaenomenis tam pulchre pleneque satisfaciat. Absurdam quidem in philosophia non esse Hypothesin Copernicanam, ut olim credebatur; concedent hodie plerique omnes. Ricciolus ipse omnia argumenta vulgaria contra eam allata rejecit, excepto uno quod sumitur a motu gravium aut projectorum. Sed hoc quoque nullam vim habere Gassendus, P. Stephanus de Angelis, et Joh. Alphonsus Borellus evicerunt.

7 (*1*) Verissime (*2*) Praeclare a Cicerone dictum est: *opinionum commenta delet dies naturae judicia confirmat.* (*3*) Praeclarum L^1 8 rationem (*1*) quotidie (*2*) experimur L^1 9 sit (*1*) intelligentiorum (*2*) insignium L^1 10–15 Unde | jam olim *erg.* | Christophorus . . . cum (*1*) morti vicinus (*2*) senex . . . coelestia (*a*) intellexisset, (*b*) et (*aa*) lunulas jovia (*bb*) inprimis lunulas joviales intellexisset . . . de (*aaa*) vulgari (*bbb*) recepta Astronomia. . . . Analogiae, (*aaaa*) quae nunc (*bbbb*) quam . . . possit. *erg.* | perinde ac si quis non obstante omni verisimilitudine defendere vellet lunam esse centrum universi *gestr.* | Et L^1 12 detectas *erg.* L^2 15 Chales (*1*) vir (*2*) ex | eadem *erg.* | L^1 16 f. quae (*1*) menti magis (*2*) phaenomenis . . . pleneque L^1 17 f. Hypothesin Copernicanam *erg.* L^2 18 f. ipse *erg.* L^1 19 contra eam allata *erg.* L^1 20 gravium aut *erg.* L^1 *u.* L^2

7 f. CICERO, *De natura deorum*, II, 2, 5. 15–17 Vgl. C. F. M. DE CHALES, *Cursus seu mundus mathematicus*, Leiden 1674, Bd 3, tr. XXVI, (Astronomia), lib. I, prop. VII (Explicatio systematis terrae motae), S. 289 f. 18–20 Vgl. G. B. RICCIOLI, *Almagestum novum*, Bologna 1651.

Quod attinet ad argumenta Theologica ab autoritate Scripturae Sacrae sumta, fassi sunt P. Mersennus Ordinis Minimorum, et P. Honoratus Fabrius e Societate Jesu, nihil prohibere, quin Ecclesia, post agnitam aliquando ab eruditis rationum naturalium efficaciam pondusque maximum, declaret verba autorum sacrorum sic posse accipi ut accipiuntur verba omnium Mathematicorum, qui licet novum systema sequantur, semper tamen dicent et dicere debent, solem moveri, occidere et oriri, quoties theoriam planetarum non ex professo tractant.

Interim merito censurae subjecta est eorum audacia, qui minus reverenter de Scriptura Sacra sentire visi sunt, quasi scilicet non satis accurate sit locuta, quoniam finis ejus non sit docere philosophiam sed viam salutis. Honorificentius enim et verius est agnoscere in sacris libris omnes scientiarum quoque thesauros reconditos latere, et de rebus non minus Astronomicis quam aliis omnibus rectissima dici. Quod salvo etiam novo systemate asseri potest. Nam autores sacri aliter sine absurditate non poterant sensa animi exprimere, etiamsi millies verum ponatur systema novum. Et ridiculus foret Historicus, quamcunque demum in Mathematicis opinionem secutus, qui non solem sed terram oriri et occidere dictitaret.

Sed operae pretium est admonere hoc loco aliquid nondum satis adhuc vulgo animadversum, et ad tollendam tamen omnem difficultatem negotii, Copernicanumque systema ab omni censura vindicandum plane suffecturum. Nempe concedunt omnes Systema Copernicanum posse doceri tanquam Hypothesin, intelligentes etiam fatentur ex omnibus Hypothesibus nullam esse Copernicana simpliciorem atque intelligibiliorem. Verum sciendum est (quanquam multis paradoxum appariturum sit) nullam aliam esse in

3 Ecclesia (*1*) declaret (*2*) post agnitam | aliquando *erg.* | ab eruditis (*a*) argumentorum (*b*) rationum L^1 5 Mathematicorum (*1*) novum systema (*2*) qui L^1 5 sequantur, (*1*) nunquam tamen extra (*2*) usum (*3*) Scie (*4*) Astron (*5*) semper L^1 6 et dicere debent *erg.* L^1 6 moveri, *erg.* L^2 7 f. tractant. (*1*) Itaque non est necesse ut (*2*) Itaque fatendum est ut dicamus (*3*) Scripturam Sacram impro (*4*) Itaque (*5*) Interim L^1 8 eorum (*1*) efficacia, (*2*) audacia, L^2 8 audacia, (*1*) qui (*a*) suo (*b*) | eo *erg.* | praetextu usi quod Scriptura sacra non (*aa*) ad philosophiam (*bb*) philosophiae sed salutis (*2*) qui (*a*) non satis (*b*) minus L^1 9 scilicet (*1*) improprie | et vulgari more *erg.* | (*2*) non satis accurate L^1 9 locuta (*1*) et po (*2*) quia (*3*) cum eo utent (*4*) eo praetextu quod L^1 10 et verius *erg.* L^1 12 rebus (*1*) etiam Astronomicis vere et proprie | quantum convenit *erg.* | locutos esse (*2*) ipsis quoque (*3*) | non minus Astronomicis quam aliis omnibus *erg.* | (*a*) vere et rectissime locutos (*b*) rectissima dici. L^1 13 potest (*1*) , cum ut dixi nullus Historicus aut doctor (*2*) . Nam L^1 13 f. poterant (*1*) loqui, (*2*) sensa . . . exprimere, L^1 14 Et (*1*) Historicus aliquis (*2*) ridiculus L^1 16 oriri aut occidere L^1 16–S. 2072.3 dictitaret. (*1*) | Et *str. Hrsg.* | sane (*2*) Ut vero res intelligatur L^1 17–S. 2072.4 Sed . . . | tamen *erg.* | . . . negotii, (*1*) censuraeque necessitatem, et (*2*) Copernicanumque . . . Hypothesin, (*a*) plerique (*b*) intelligentes . . . Verum (*aa*) hinc sequitur (*bb*) sciendum . . . veram. *erg.* (*aaa*) Ut vero res (*bbb*) Quod ut intelligatur exactius, | appareatque *erg. u. gestr.* | sciendum L^2

Motibus realitatem quam Hypotheticam nec aliam in rerum natura dari notam veri systematis, quam ut per ipsum omnia aptissime explicentur. Concesso ergo Hypothesin Copernicanam esse simplicissimam, eo ipso conceditur esse veram. Quod ut intelligatur exactius, sciendum est, Motum necessario ita sumi ut involvat aliquid respectivum, et non posse dari phaenomena, ex quibus absolute determinetur motus aut quies. Consistit enim motus in mutatione situs seu loci; et ipse locus rursus aliquid relativum involvit, etiam ex Aristotelis sententia, qui definivit superficie ambientis. Hinc in rigore omne Systema defendi potest, ita ut nec ab Angelo quidem Metaphysica certitudine aliquid absolute determinari queat; quoniam ea ipsa conditio est legum motus generalium, ut omnia eodem modo in phaenomenis eveniant, nec dijudicari possit utrum et quatenus corpus aliquod datum quiescat vel moveatur, nisi rationem majoris explicabilitatis habendo. Idque adeo verum est, ut ne vis quidem agendi certum sit motus absoluti indicium. Ut si globus in navi manu impulsus procurrat per lineam rectam horizontalem a prora versus puppim, et navis interim aequali celeritate moveatur directione contraria quippe quae est a puppi ad proram; nullus erit motus globi absolute loquendo, absolute enim globus in eodem manet loco spatii ut apparet spectanti ex ripa quae supponitur immota. Et tamen globus habet motum respectivum scilicet respectu eorum quae sunt in navi; et licet (ex Hypothesi) quiescat absolute et in rigore, tamen aliquid in navi oppositum frangere potest.

4 est (*1*) vulgo non satis intelligi motus naturam, et in Motum aliquando relationem involvere, ita ut diverso (*a*) di (*b*) respectu (*2*) Motum ita sumi (*a*) solere (*b*) ut L^1 4 necessario *erg.* L^2
4 f. respectivum, (*1*) quoniam de motu absoluto judicari ex phaenomeni (*2*) et impossibile esse ut dentur phaenomena ex quibus absolute determinetur (*3*) et . . . quies. L^1 5 f. Consistit (*1*) igitur (*2*) enim motus L^1 8 f. ita ut ne ab Angelo quidem (*1*) posset refutari, haec ipsa enim natura (*2*) Metaphysica certitudine aliquid absoluti determinari inde queat, quoniam ea ipsa enim conditio L^1 9 motus, ut L^1
10–12 eveniant; (*1*) ubicunque quies (*2*) sed vera Hypothesis illa cens (*3*) itaque veram esse Hypothesin nihil aliud significat, quam esse optimam seu (*a*) convenientissimam (*b*) ad explicanda (*aa*) phaen (*bb*) facile phaenomena convenientissimam. Et proinde (*4*) nec . . . | et quatenus *erg.* | . . . datum | absolute loquendo *gestr.* | quiescat vel moveatur; (*a*) non (*b*) nisi . . . Idque L^1 12 f. est, (*1*) ut non semper absolutum habeat motum, quod vi agendi praeditum est | quanquam hoc paradoxum censeri possit. *erg.* | (*2*) ut . . . indicium. L^1
14 puppim, (*1*) nullus erit motus globi absolute loquendo, et (*2*) et L^2 14 f. celeritate (*1*) contraria moveatur in directione (*2*) moveatur directione contraria a puppi ad proram L^1 15 quippe quae est *erg.* L^2
15–17 absolute . . . apparet (*1*) ex ripa immota (*2*) spectanti ex ripa immota *erg.* L^1 17 globus *erg.* L^1
17 f. respectivum, relatione (*1*) navis et (*2*) eorum quae sunt in navi; (*a*) unde et (*b*) et licet (ex (*aa*) positis) (*bb*) hypothesi) (*aaa*) revera (*bbb*) quiescat L^1 17 respectivum (*1*) seu (*2*) scilicet L^2
19–S. 2073.1 potest. (*1*) Sed quoniam de ripa ipsa (*2*) Itaque quemadmodum (*a*) in navi (*b*) et (*c*) quoties de . . . fiunt, ut de (*aa*) percu (*bb*) impressione L^1

7 ARISTOTELES, *Physica*, IV, 2, 209 a 32 – b 2.

Itaque quemadmodum quoties de navi et his quae in ea fiunt, velut de impressione manus in globum, aut de ruptura alicujus vasis vitrei, quod in navi forte globo obstiterat, agitur, omnes vere et recte dicemus globum moveri; respectu vero ripae rursus vere et recte dicemus globum quiescere, cum semper eundem situm ad omnia puncta immota in ripa assumta servet. Et tam errabit, qui ex ripa motum globo tribuet; quam qui in navi ei ascribet quietem; ita eodem modo dicemus veram esse suo modo ac respectu non minus doctrinam Sphaericam Ptolemaei, quam Theoricam Copernici, et tam ineptum esse, motum terrae infercire explicationi Sphaericae primi mobilis, quam ineptum est per innumeros Epicyclos et Eccentricos Theoriam Planetarum tradere velle, quam Hypothesis nova, vel potius antiqua renovata mira simplicitate intellectui exhibet. Unde patet qui Hypothesin Copernici veram esse dicunt, sic sentire vel intelligi debere, ut sit optima, hoc est ad explicanda phaenomena aptissima, neque aliam in re quae sua natura respectum involvit, veritatem locum habere. His recte perceptis, quilibet salvis censuris Copernicanus esse potest. Et sic quoque salvabimus, quod dixerunt censores Hypothesin Copernicanam absurdam esse in philosophia, si scilicet perverse applicetur ad ea explicanda, quorum intelligentia per ipsam adhibitam potius turbaretur.

Haec vero agnosci tandem aliquando non parum interest et pietatis et scientiarum. Ut illis os obturetur, qui fidem et rationem non sine alterutrius injuria inter se committunt; quibus obsistendum esse merito decrevit postremum Concilium Lateranense. Sufficit igitur eorum damnari audaciam, qui scripturam sacram minus accurate de rebus Astrorum

1 fiunt, (*1*) ut (*2*) velut de L^2 2 de *erg.* L^2 2 forte *erg.* L^1 5 f. Et . . . ripa (*1*) stans (*2*) motum . . . quietem *erg.* L^2 6 f. esse (*1*) sphaericam (*2*) doctrinam sphaericam Ptolemaei, pariterque (*3*) non minus . . . quam doctrinam Theoricam Copernici, L^1 6 esse (*1*) doctrinam Ptolemaei (*2*) suo . . . respectu L^2 7 ineptum | et a docendi ratio *erg. u. gestr.* | esse L^1 8 explicationi (*1*) motus primi mobilis, (*2*) sphaericae primi mobilis, L^1 9 f. velle, (*1*) quae secu (*2*) quam Hypothesis (*a*) Copernicana (*b*) nova . . . renovata L^1 10 simplicitate (*1*) explicat. (*2*) intellectui exhibet. L^1 13–19 habere. (*1*) Atque his (*2*) His recte (*a*) intellectis (*b*) perceptis quilibet salva Censura (*aa*) Cope (*bb*) novum Systema sequi et in summo gradu Copernicanus esse potest | ; eo ipso dum naturam motus relativam | quam exposuimus *erg.* | esse (*aaa*) agnoscit (*bbb*) confitetur. *gestr.* | Id vero agnosci tandem aliquando summe interest et (*aaaa*) Ecclesiae (*bbbb*) Pietatis et scientiarum (*aaaaa*) et honoris Italiae, neque erit hoc modo ut falso credita cum (*bbbbb*) quas consistere non posse cum obsequio fidei quidam non sine alterutrius injuria suspicantur, quibus L^1 14–16 esse (*1*) et (*2*) potest (*a*) in summo gradu (*b*) . Et sic quoque (*aa*) salvari potest (*bb*) salvabimus . . . turbaretur. L^2 18 et (*1*) scientiam (*2*) rationem (*a*) pugnare invicem (*b*) non L^2 18 injuria (*1*) contendunt (*2*) inter L^2 19 f. Concilium in Laterano. Sufficit L^1 20 igitur (*1*) eos condem (*2*) eorum L^1 20–S. 2074.2 scripturam (*1*) minus (*a*) apte (*b*) apte vereque (*2*) accurate de rebus (*a*) Astronomi (*b*) astrorum (*aa*) dici (*bb*) locutam dicere (*aaa*) audent; salva in (*bbb*) non verentur; aliis de caetero (*aaaa*) statuendi de ⟨ – ⟩ (*bbbb*) de libertate statuendi (*ccc*) | de caetero *str. Hrsg.* | aliis . . . statuendi L^1

locutam dicere non verentur. Aliis autem salva de caetero relinqui potest libertas statuendi de veriore hypothesi; ex quo res ipsa ostendit, systema novum uti hodie explicatur neque absurdum esse, neque temere defendi, sed maximis niti argumentis, et salva fide catholica multos viros magnae doctrinae et pietatis ad ejus defensionem inclinare. Atque hac sane censurae pristinae explicatione tolletur scrupulus qui multos male habet, et praevenient Censores revocandi aliquando decreti necessitatem, neque sese torrenti proficientis seculi ac publicae eruditorum voci frustra opponent. Quin et falsis eorum improperationibus occuretur, qui veritatem apud Catholicos opprimi jactant, et erectas mentes ab Ecclesiae communione avertunt. Idem honoris Italiae interest, ita enim praestantia ingenia non ibi minus quam apud alias gentes frui poterunt luce seculi et praeclaris inventis incumbere, quae nunc saepe ab aliis praeripiuntur. Neque aliam ego summorum virorum mentem esse puto, penes quos censurae jus est.

Et vero tanta est Copernicani Systematis praestantia ad explicanda Phaenomena planetarum, ut fatendum sit Astronomum qui id non intelligeret in meris tenebris versaturum. Tantaque indies nova inventa ejus harmoniam et simplicitatem confirmant, ut verendum sit, ne qui ipso uti nolunt, ipsius Dei gloriam obscurent, adempta agnoscendae in tantis operibus admirabilis ejus sapientiae occasione. Id vero nunc maxime (si unquam) dici posse videtur ex quo nova quaedam nuperrime lux exorta est de Physicis motus Planetarii causis, cujus leges universales mira felicitate explicantur circulatione harmonica circa solem materiae aethereae planetam deferentis, et solicitatione quadam velut magnetica planetae ad solem, tanquam gravis ad centrum; quae non tam

1 Aliis (*1*) interim (*2*) autem L^2 2 quo (*1*) experientia (*2*) res ipsa L^1 2 f. novum (*1*) non (*2*) uti . . . esse, neque L^1 3 f. et (*1*) constat (*2*) salva L^1 5 censurae (*1*) explicatione (*2*) pristinae L^1 6 habet, (*1*) neque metuendum erit, ut aliquando Censores ad retractationem (*2*) et L^1 6 aliquando (*1*) superioris (*2*) decreti L^1 6 f. neque (*1*) amplius (*2*) sese . . . proficientis | in melius *erg. u. gestr.* | seculi . . . opponent *erg.* L^1 8 f. opprimi (*1*) di (*2*) jactant, et (*a*) egregia ingenia (*b*) erectas mentes L^1 9 f. interest; (*1*) ut (*2*) ita enim L^1 10 gentes (*1*) fruentur luce seculi (*2*) frui L^1 11 nunc ab aliis L^1 15 f. confirmant, (*1*) ut nolle ipso uti nihil aliud esse videatur quam ipsius Dei gloriam obscurare (*2*) ut . . . obscurent L^1 17 agnoscendae (*1*) in his operibus maximis (*2*) in tantis operibus L^1 18 unquam) (*1*) locum habere (*2*) dici posse L^1 18 quaedam lux L^1 19 universales (*1*) ex (*a*) motu (*b*) circulatione harmonica (*2*) mira L^1 19–S. 2075.1 explicantur, (*1*) motu composito ex circulatione harmonica circa solem, et solicitatione quadam velut magnetica planetae ad solem, tanquam gravis ad centrum. Quae non tam per modum hypotheseos assumuntur, (*2*) circulatione harmonica in qua proprius planetae nisus cum (*a*) vorticis (*aa*) solicitatione Harmo (*bb*) motu (*b*) motu aetheris conspirat (*3*) circulatione . . . centrum (*a*) (nisi proprius planetae nisus accedat) circulatio simul harmonica prodit (*b*) quae . . . assumuntur, L^2 20 f. harmonica (*1*) materiae coelestis (*2*) circa solem; et (*a*) attractione q (*b*) solicitate (*c*) solicitatione quadam | velut *erg.* | L^1 22–S. 2075.1 quae | omnia *erg. u. gestr.* | non (*1*) per modum hypotheseos assumuntur, sed (*2*) tam per modum hypotheseos assumuntur quam per regressum (*a*) infallibilem (*b*) geometricum L^1

supponendo assumuntur, quam per regressum geometricum ex phaenomenis demonstrantur. Ut jam de optimo Systemate vix amplius dubitandi locus aliquis relictus videatur.

378. QUANTITAS EFFECTUS FORMALIS IN MOTU
[Mitte bis Ende 1689 (?)]

Überlieferung: *L* Konzept: LH XXXVII 4 Bl. 164–165. 1 Bog. 4°. 3 Sp.

Leibniz zitiert aus seiner in Rom enstandenen *Dynamica de potentia et legibus naturae corporeae* (GERHARDT, *Math. Schr.* 6, 282–514). Das Stück ist auf italienischem Papier geschrieben, hat aber kein Wasserzeichen.

378_1. GESTRICHENER ERSTER ANSATZ

EFFECTUS MOTUUM FORMALES sunt qui nihil aliud continent quam quantitatem materiae per spatium esse translatam. Et ACTIONES MOTUUM FORMALES sunt quae nihil aliud continent quam quantitatem materiae per spatium in tempore transferri.

Itaque nulla hic ratio habetur obstaculi superati quod nasci forte potuit a corpore alio occurrente aut ipsius corporis moti adhaesione vel attractione, aliisque materiae concretae accidentibus. Sed consideratur tantum materiae quantitas locum mutans per tempus, quae scilicet motui essentialia sunt, itaque Effectum vel actionem, formalem appellavi. Differt autem Effectus ab Actione quod in Effectu solum ejus quod praestitum est, nempe ejus quod est translatum et spatii per quod facta est translatio; in actione vero integra etiam temporis, quo praestitus est effectus, ratio habetur.

2 f. relictus esse videatur. L^1 11 (*1*) ACTIONES (*2*) EFFECTUS *L* 15 f. a (*1*) medio in quo fertur mo (*2*) medio (*a*) fluido in quo fertur mobile (*b*) aut corpore oc (*3*) corpore | alio *erg.* | *L* 16 corporis (*1*) movendi | (*2*) moti *erg.* | (*a*) qualitate, (*b*) adhaesione (*aa*) aut | (*bb*) vel *erg.* | *L* 18 f. quae . . . appellavi *erg.* *L*

378_2. ZWEITER ANSATZ

QUANTITAS EFFECTUS FORMALIS IN MOTU est cujus mensura est materiam certae quantitatis motu aequidistributo motam esse per certam longitudinem.

Ut quantitatem materiae contentam in AB translatam esse ex ${}_1A_1B$ in ${}_2A_2B$, per longitudinem quae est lineae ${}_1A_2A$ a quocunque corporis puncto ut A, descriptae; quae scilicet est longitudo motus aequidistributi (defin. 1. cap. de velocitate motus aequidistributi), ubi nempe linea a quocunque mobilis puncto descripta est aequalis (defin. 1. dicti cap.).



Itaque si haec mensura in motu repetatur, etiam toties repetetur seu multiplicabitur quantitas Effectus. Hunc autem Effectum voco formalem, quia motui est essentialis, secus ac sunt effectus alii qui a peculiari qualitate moti, aut obstaculo occurente ac superato nasci forte possunt.

Axioma

Duo Quantitatem habentia sunt inter se, ut numeri aequalium partium in quas resolvi possunt. Quicquid autem de genere aliquo

2 (*1*) EFFECTUS MOTUUM FORMALES INTER SE sunt, quorum (*2*) QUANTITAS EFFECTUS FORMALIS A MOTU (*3*) QUANTITAS (*a*) ACTIONIS | (*b*) EFFECTUS *erg.* | FORMALIS (*aa*) A MO (*bb*) IN *L* 2–5 materiam (*1*) datae quantitas | (*2*) certae quantitatis *erg.* | (*a*) motu aequidistributo certae velocitatis moveri per certam longitudinem (*b*) moveri per certam longitudinem et quidem motu aequidistributo (*aa*) datae velocitatis (*bb*) certae velocitatis (*cc*) qui certum habeat gradum velocitatis. | (*c*) motu . . . longitudinem. *erg.* | (*aa*) Axioma 1. Duo quantitatem habentia sunt inter se, ut numeri (*aaa*) aequalium in quae | (*bbb*) partium aequalium in quas *erg.* | ita resolvi possunt, ut quod superest sit minus quovis dato. (*bb*) | Effectum *erg. u. gestr.* | Ut *L* 5 ${}_2A_2B$, | tempore T, *gestr.* | per *L* 6 longitudinem (*1*) ${}_1A_2A$, (*a*) a quocunque corporis p (*b*) au (*2*) quae *L* 11 f. cap.). (*1*) Effectum (*2*) Itaque *L* 18 quas (*1*) ita (*2*) resolvi *L* 18–S. 2077.2 possunt (*1*) , ut quod superest sit (*2*) , resolvitur autem in partes quod ita exhauritur (*a*) ut quod sup (*b*) ut si quid | detractis partibus *erg.* | superest, sit minus quovis dato. (*3*) . Quicquid autem de (*a*) quantitate aliqua verum est generaliter | (*b*) genere . . . universaliter *erg.* | , id . . . dato. *L*

8 f. (defin. . . . aequidistributi): G. W. LEIBNIZ, *Dynamica de potentia et legibus naturae corporeae tentamen scientiae novae*, pars I, sect. II, cap. III: GERHARDT, *Math. Schr.* 6, S. 330.

quantitatum verum est universaliter, id de alia verum est quantitate, quae a priori minus differt errore quovis dato.

Exempli causa Hexapoda resolvi potest in pedes sex, decempeda in pedes decem, vel (posita ulna duarum pedum) resolvi potest Hexapoda in ulnas tres, decempeda in ulnas quinque. Itaque Hexapoda est ad decempedam ut 6 ad 10 seu ut 3 ad 5. Et vero in universum nihil aliud est quantitas quam numerus partium posito mensuram quandam semper sibi congruentem assumi pro unitate. Et hinc usus Scalarum in partes aequales divisarum nascitur.

379.DE POTENTIAE ABSOLUTAE CONSERVATIONE
[Winter 1689/90 (?)]

Überlieferung: *L* Konzept: LH XXXV 9, 16 Bl. 12. 1 Zettel (11 × 18,5 cm). 1 $^{3}/_{4}$ S.

Das Stück enthält kein Wasserzeichen. Die Datierung stützt sich auf inhaltliche Gründe. So lag Leibniz' Konzeption der Dynamik schon vor, von der er Antonio Alberti in einem Brief vom 20. Januar 1690 berichtet (GERHARDT, *Philos. Schr.* 7, S. 445f.). Leibniz hat ab Dezember 1689 (vgl. III, 4 N. 223) Teile seiner *Dynamik* an Rudolph Christian v. Bodenhausen geschickt, der die Manuskriptteile ins reine schreiben und später zum Druck geben sollte, wozu es aber nicht gekommen ist. Vgl. hierzu den Briefwechsel Leibniz-Bodenhausen, III, 4, bes. N. 240 und N. 245 von Ende Februar bzw. vom 18. März 1690 und den Briefwechsel mit Antonio Magliabechi (I, 5 N. 304, N. 306 und N. 312 vom Februar und März 1690).

Eadem semper in mundo servatur potentia absoluta, ut potentia elevandi tantum pondus ad tantam altitudinem;vel tendendi arcum ad tantum usque tensionis gradum. Et proinde semper servantur in mundo eaedem quantitates virium quae fiunt ex ductu corporum in quadrata celeritatum.

Eadem semper servatur in mundo potentia reactiva seu respectiva, qua scilicet corpora concurrentia in se invicem agere possint, seu qua a se invicem repellantur. Et ea

3 in (*1*) partes sex (*2*) pedes sex, *L* 8 nascitur. | Haec autem etiam ad incommensurabilia producuntur, quae definito numero rationali (*1*) ex unitatibus composito exprimi non possunt (*2*) seu numero unitatum aut ejus partium aequalium exprimi non possunt; | item ad ea *erg. u. gestr.* | ostendendo errorem esse minorem quovis errore dato, adeoque revera esse nullum. *gestr.* | *L* 20 vel *erg. L* 23 f. scilicet (*1*) duo corpora (*2*) corpora *L*

potentia habetur, si corpora ducantur in celeritates [quibus] unumquodque recedit a centro gravitatis communi.

Motus autem quem habet eorum centrum gravitatis commune, siquidem id mutatur, debet motui eorum proprio non misceri, sed talis [ipsis] motus tribuendus est, qualem haberent centro gravitatis communi spectato ut quiescente. Et hac vi corpora duo concurrentia agunt in se invicem.

Potentia absoluta mortua fit ex ductu celeritatis mortuae in molem. Potentia viva ex ductu celeritatis vivae impetu quaesitae. Celeritas mortua potest dici conatus, viva impetus. Conatus est ponderis in statera, impetus gravis ex altitudine aliqua in stateram cadentis.



In vi qua corpus in corpus agit, seu vi respectiva omnis celeritas computatur quasi mortua, ut si vis elastica corpora *A* et *B* separet, vim respectivam corpora inter se divident, at eadem accipient celeritates proportionales reciproce, magnitudinibus. Ratio quia vis viva manet mortuae proportionalis, ut ponamus primo momento *cd* corpus minus *A* accipere celeritatem majorem *de*, corpus vero majus *B* celeritatem minorem *df*, in ratione reciproca corporum, ut quia *B* [duplum] *A*, sit *de* dupla *df*. Quia primo momento est vis mortua. Secundo momento celeritas addita *rh* proportionalis est additae *sl* et ita porro. Celeritates ergo semper proportionales. Ergo et vires, quia et effectus, id enim tantum quaeritur, ut a se invicem repellantur mutuo, nec refert quod unum celerius aut tardius moveatur, ut si fingamus arcum qui sagittam expellere debet esse libere suspensum, ut aeque possit procedere arcus ac recedere sagitta. Ergo vis haec corporum a se invicem recessu quaesita, et ipsis distributa semper manet proportionalis primae mortuae qua a se invicem recedere conantur, quae reciproce proportionalis est corporibus. Et manet generalis

1 si (*1*) | quantitas *versehentlich nicht gestr.* | corporum ducatur in celeritatem (*2*) corpora . . . celeritates | qua *ändert Hrsg.* | *L* 4 ipsius *L ändert Hrsg.* 6 f. invicem (*1*) ⟨non⟩ (*2*) servatur (*3*) . Potentia *L* 7 absoluta *erg. L* 9 est (*1*) libram (*2*) ponderis *L* 18 minus *erg. L* 21 dupla *L ändert Hrsg.* 30 quaesita, (*1*) semper manet (*2*) et *L* 31 Et (*1*) patet tantum (*2*) manet *L*

regula, quod semper spatium ducendum est in corpus, ad vim habendam. Et vis quam a separante accipiunt, eadem est quae vis qua in se invicem agerent, si iterum concurrerent. Ergo et vi ista concurrunt. Ergo ex principio quod vis mortua aestimanda facto celeritatis in corpus caetera sequuntur tam in respectiva actione seu vi, quia tunc primae proportionalis, quam in absoluta, quia tunc vis ultima est ut quadrata primorum conatuum, seu ut spatium. Generalissime autem verum manet vim esse factum ex ductu corporis in spatium. Debet autem corpori ascribi motus pro concursu talis seu tale spatium, ut utriusque corporis eadem sit vis; quia certum est duo corpora concurrentia aequali vi concurrere, seu tantam vim sentire unum quantam sentit alterum.

380. DE FIRMITATE, VI ELASTICA, EXPLOSIONE, ATTRACTIONE
[Frühjahr bis Sommer 1690 (?)]

Überlieferung: *L* Konzept: LH IV 1, 14c Bl. 4–5. 1 Bog. 4°. 4 S.

Leibniz erinnert hier an seine versprochene *Dynamik*, an den *Phoranomus* und schließlich an die in Florenz ausgearbeiteten Untersuchungen zur Naturphilosophie. Alle diese Arbeiten fallen in die spätere Zeit seines Italienaufenthaltes. Das Stück enthält kein Wasserzeichen, ist nicht auf italienischem Papier geschrieben, dürfte aber bald nach Leibniz' Eintreffen in Hannover niedergeschrieben worden sein.

Cum materia homogenea et continua sit, nulloque vacuo interrupta, figurae in ea actuales non oriuntur nisi per motum. Proximum a figura est, ut firmitas explicetur, seu partium cohaesio quaedam, quae petenda est a motu conspirante, simplex enim quies aut nullam dabit firmitatem, aut infinitam, quanquam explicari non possit, quomodo firmitas a quiete.Motus autem conspirans firmitatem producens, non tantum debet esse communis, hoc enim ad connexionem non sufficit, sed qui separationi resistat, quod quomodo concipi possit mox dicetur.

1 habendam. (*1*) Aequalis au (*2*) Et *L* 3 f. celeritatis (*1*) seu spatii, in (*2*) in *L* 4 respectiva (*1*) poten (*2*) actione *L* 7 f. seu tale spatium *erg. L* 17 (*1*) Nihil in materialibus intelligibile est, quod non a motu (*2*) Ut materialia intelligibiliter explicentur (*a*) a motu incipiendum est (*b*) varietas in ipsis a motu petenda est, quoniam in continuo et pleno, et homog (*3*) Cum *L* 19 quaedam, (*1*) tunc (*2*) quae *L* 21 autem (*1*) nisi (*2*) conspirans (*a*) b (*b*) non (*c*) ⟨tantu⟩ (*d*) firmitatem *L* 22 communis, (*1*) sed et (*2*) et ta (*3*) hoc *L*

Equidem motus in se rediens, vorticis in modum supponi potest, sed cum talia recedere conentur per tangentem, nisi quid impediat, videndum quod impedimentum concipi possit. Nam si alio vortice vorticem circumdes non tollitur, sed transfertur difficultas.

Simplicissimum reperio, ut ponamus in materia massas dispersas veluti totidem nubes in aëre concitatas in motum. Etsi enim non differant densitate a reliquo differunt tamen, quod reliquam materiam his nubibus interspersam, concipimus ut quiescentem. Unaquaeque autem massa motu recto [procedens] materiam ambientem concitabit in vorticem, dum anterior cedens tendit in orbem ad replendum locum a corpore relictum. Ita simul habemus vorticis polos, axem, et velut meridianos, etsi vere circularis sive sphaericus non esse ponatur. Penetrabit autem in ipsam massam, eamque partim perforabit, partim relinquet, et corpus magneticum formabit. Massa enim ipsa non aequabiliter ubique se habet, sed ex minoribus massulis constat.

Plures magnetes concurrentes sese ita disponent, ut motus quam minimum turbent, itaque vel sese attrahent vel repellent vel etiam ad directionem mutandam disponent.

Atque hinc firmitatem aliquam in corporibus oriri patet dum attrahunt sese magnetica corpora.

Orietur et Elastica quaedam vis, dum demota ex statu apto, vi motus libertatem pristinam in materia dudum aptata recuperare adeoque materiam in priorem statum restituere nitentis.

Firmitate primitiva explicata, jam facilius intelliguntur derivatae qualis ea est quam pressio facit ambientis, ut in tabulis sibi impositis, vel polyedris per plures hedras sibi adaptatis quae ob pressionem ambientis, non facile in locum desertum subingredientis,

2 impediat, (*1*) non (*2*) non apparet quid impediat dissipationem, nisi (*a*) aliud (*b*) principium (*3*) | nisi *str. Hrsg.* | videndum *L* 5 Simplicissimum (*1*) ergo (*2*) reperio, *L* 5 ponamus (*1*) materiam dividi in partes (*a*) m (*b*) magnitudine (*2*) in *L* 5 f. dispersas (*1*) in media (*2*) concitari in (*3*) veluti *L* 7 reliquo (*1*) aëre (*2*) differunt *L* 9 procediens *L ändert Hrsg.* 10 anterior (*1*) r (*2*) cedens *L* 10 tendit (*1*) per circulum (*2*) in *L* 12 f. eamque (*1*) perforabit, (*2*) partim perforabit, partim (*a*) formabit (*b*) relinquet, *L* 13–15 formabit. | (*1*) Materia (*2*) Massa (*a*) ⟨ – ⟩ (*b*) homogeneo (*c*) enim . . . habet, (*aa*) ex (*bb*) sed . . . constat. *erg.* | (*aaa*) Vel (*bbb*) Si (*ccc*) Plures *L* 15 sese (*1*) at (*2*) ita *L* 17 Atque (*1*) hoc primum est: (*2*) hinc *L* 17 f. sese (*1*) magnetes, id est (*2*) magnetica *L* 19 Elastica (*1*) vis (*2*) quaedam *L* 19 f. libertatem (*1*) recuperare nitentis (*2*) jam (*3*) | pristinam *erg.* | in materia (*a*) adapt (*b*) dudum *L* 20 recuperare (*1*) nitentis (*2*) adeoque *L* 21 f. nitentis (*1*) Consti (*2*) Sed (*a*) ⟨nec⟩ (*b*) aliqu (*c*) vis (*3*) Ex sola (*4*) Caeterum (*5*) Firmitate (*a*) jam (*b*) primitiva *L* 23 in (*1*) duabus (*2*) tabulis *L* 23 polyedris (*1*) non (*2*) per *L* 24 quae (*1*) sine (*2*) ob *L* 24–S. 2081.1 subingredientis, (*1*) non (*a*) facit (*b*) facile (*2*) adeoque (*a*) vel (*b*) separationi renitentis, (*aa*) sub (*bb*) atque *L*

adeoque separationi renitentis, atque etiam, si separatio facta sit, sed non sufficiens ad subintrationem ambientis crassioris; recontrudentis, ubi aliqua elastica vis rursus apparet. Sed hic modus jam supponit firmitatem tabularum seu polyedrorum.

Hinc etiam intelligitur omnem firmitatem cum vi Elastica conjunctam esse, nam omnis firmitas originarie est ab attractione, quae ut firmitatem tuetur, ita restituit, nisi cum nimia separatio facta est, vorticum enim magneticorum actio non agit notabiliter in id quod notabiliter distat.

Et aliunde leges naturae a me propositae docent, omne durum esse Elasticum; ostensum etiam est a me in *Phoranomicis* ex alio principio, necessario in firmitate esse attractionem, alias vis non conservaretur semper, videantur quae Florentiae elaboravi.

Porro omnis magnes attractorius est, magnetum quorundam vicinorum, semper enim aliqui sic facile disponi possunt ut motu conspirent, licet alii quoque adsint qui dissentiunt, et repelluntur, eoque magis horum repulsa caeterorum attractionem auget.

Et rursus in omni vortice majore minores massae absorptae comminuuntur, parsque subtilior abrasa ejicitur, in universum enim nititur materia ad dissipationem nisi necessitate quadam contineatur. Itaque in omnibus vorticibus perpetua est explosio materiae tenuis, seu rarae, et attractio crassae.

Quin imo explosio est materiae proportionalis, in eodem gradu subtilitatis. Gradus enim gradus constituendi sunt, systematum ut apud nos concipi potest duplicem esse materiam crassam et tenuem et hanc prioris comparatione censeri carentem firmitate, etsi ipsa rursus ex partibus firmis, sed incomparabiliter minoribus constet.

2 aliqua (*1*) vi (*2*) elastica *L* 3 f. polyedrorum. (*1*) Omn (*2*) Hinc *L* 6 est, (*1*) ubi vortices (*2*) vorticum enim (*a*) axi (*b*) actio non agit (*c*) magneticorum *L* 6 agit (*1*) in (*2*) notabiliter *L* 10 f. elaboravi (*1*) Caeterum omnis vortices hoc jam ut in eo cominuatur materia (*2*) Porro *L* 11 omnis (*1*) vortex (*a*) et ma (*b*) | magnes *erg.* | attractorius est, (*aa*) massarum vicinarum, quia semper aliquae ⟨fac⟩ (*bb*) corporum (*cc*) vorti (*dd*) ma (*ee*) magnetum *L* 12 aliqui (*1*) q (*2*) sic *L* 12 licet (*1*) alii ho (*2*) | alii *str. Hrsg.* | alii *L* 13 repulsa (*1*) caeteros admovet (*2*) caeterorum *L* 14 f. parsque (*1*) earum (*2*) subtilior *L* 15 ejicitur, (*1*) et (*2*) in *L* 15 enim (*1*) disperg (*2*) ⟨ – ⟩ (*3*) nititur *L* 18 in (*1*) massa (*2*) eo (*3*) eodem *L* 18 subtilitatis. (*1*) Sunt (*2*) Horum (*3*) Gradus *L* 19 concipi (*1*) possunt ea qu (*2*) potest *L* 20 firmitate, (*1*) et ⟨ – ⟩ (*2*) | et *str. Hrsg.* | etsi *L* 21 constet. (*1*) At erit proportionalis mat (*2*) Attractio *L*

8 Vgl. *Dynamica: de potentia et legibus naturae corporeae tentamen scientiae novae*, LH XXXV 11, 18; GERHARDT, *Math. Schr.* 6, S. 281–514, bes. pars II, sect. III, prop. 5 f. u. 21, S. 491 f. u. 511. 9 f. Vgl. *Phoranomus seu de potentia et legibus naturae*, LH XXXV 9, 1 Bl. 1–54. 10 Leibniz war von Anfang bis zum 22. Dezember 1689 in Florenz.

Attractio igitur partium crassarum ejusdem systematis erit densitati materiae crassae systematis, proportionalis, quia quaevis pars perpetuas facit explosiones, impulsus autem omnes velut radii propagantur in infinitum etsi sint disgregati in ratione duplicata reciproca distantiarum seu reciproce ut superficies sphaericae.

Mirum non est quamvis partem materiae agere in quamvis distantiam, quia omnis motus in quamvis distantiam propagatur, cum omnia sint plena. Sed hoc intelligendum, quaevis pars materiae tantum partes consystematicas attrahit, alioqui si quaevis pars materiae aequaliter quamlibet attraheret discrimine solum pro ratione distantiarum variato, se mutuo tollerent attractiones.

In systematibus contingit quod in gradibus infinite parvorum, ut alia aliis sunt incomparabiliter minora, non absolute, sed ad sensum, uti ad sensum gravium directiones apud nos sunt parallelae, potest esse aliquod systema majus, in quo totus globus terrae sit instar atomi, seu non majoris valoris quam particula elementaris radiorum lucis.

In quovis corpore multa insunt animalia, cum ob divisionem rerum in infinitum quodlibet corpusculum instar sylvae aut piscinae considerari possit, ubi ingentes animalium greges. Etsi eorum nulla fortasse in illo systemate ratio habeatur. Et cum tempus quoque divisibile in infinitum sit, durationisque sensus a varietate pendeat, minutum apud nos potest illis animalculis esse instar 6 mille annorum. Sed in majore systemate possunt momentanea videri, quae nobis diuturna sunt. Si animae transferuntur in majus systema parum illis durabunt periodi restitutionis.

1 crassarum *erg.* *L* 2 proportionalis (*1*) et (*2*) quia (*a*) quaeq (*b*) quaevis (*aa*) part (*bb*) pars *L* 4 seu (*1*) ut superficie (*2*) reciproce *L* 6 f. intelligendum, (*1*) om (*2*) quaevis *L* 10 In (*1*) partib (*2*) systematibus *L* 11 gravium (*1*) conatus (*2*) directiones *L* 12 f. terrae (*1*) est | (*2*) sit *erg.* | instar (*a*) ⟨mat⟩ (*b*) atomi, *L* 13 particula (*1*) lucis (*2*) radii lucis (*3*) ⟨cor⟩ (*4*) elementaris *L* 13 f. lucis. (*1*) Ubi (*2*) Omnia corpora componuntur (*3*) Ubique (*4*) In *L* 14 multa (*1*) org (*2*) insunt *L* 14 cum (*1*) ⟨corp⟩ (*2*) ob *L* 15 quodlibet (*1*) corpus (*2*) corpusculum *L* 15 instar (*1*) horti (*2*) sylvae *L* 15 f. animalium (*1*) ⟨ag⟩ (*2*) greges. *L* 16 Et (*1*) si (*2*) cum *L* 18 animalculis *erg.* *L* 18 annorum. (*1*) Vicissi (*2*) Sed *L* 19 nobis (*1*) long (*2*) diuturna *L* 20 durabunt (*1*) tempora quae supersunt (*2*) periodi *L*

C 2. PHILOSOPHIA NATURALIS

EXCERPTA ET NOTAE MARGINALES

381.REMARQUES SUR LES ETOILES FIXES ET TOURBILLONS DE B. DE FONTENELLE
[1687 (?)]

Überlieferung:

LiH Marginalie in B. DE FONTENELLE, *Entretiens sur la pluralité des mondes*, Paris 1687: Leibn. Marg. 7.5.

L Auszug: LH I 3, 8d Bl. 5. 1 Bl. 16°. 1 $^3/_4$ S.

Leibniz' besaß die *Entretiens* in der Ausgabe Paris 1687 (Leibn. Marg. 7.5). Seine Bemerkung, die sich mit der einzigen Marginalie mit Anstreichung inhaltlich deckt, dürfte er bald nach Erscheinen der Ausgabe niedergeschrieben haben.

In seinem Handexemplar hat Leibniz auf S. 120 die Passage:

Les Tourbillons dont nous voyons les Soleils, touchent le Tourbillon où nous sommes.

angestrichen und daneben vermerkt:

celà n'est point necessaire

Auf dem kleinen Blatt steht:

Je vois des endroits où l'auteur des *entretiens de la pluralité des Mondes* n'a pas assez consideré ce qu'il dit.Par exemple pag. 84 il dit que les etoiles fixes paroissent plus petites aux habitans de Mercure qu'à nous, et qu'ils en reçoivent bien peu de lumiere, ou peutestre point du tout. Sans doute qu'il s'est imaginé cela à cause de leur eloignement. Mais c'est une erreur, la distance d'icy à Mercure ne fait rien, puisque le double de la distance de la terre au soleil n'opere rien et que nous remarquons aucune difference aux estoiles fixes de quel costé du Soleil que nous nous trouvions.

Il s'imagine aussi que nous ne voyons que les estoiles fixes dont les tourbillons touchent le nostre. Si cela estoit les habitans d'un autre tourbillon verroient tres peu d'estoiles fixes, et il leur paroistroit un grand vuide du costé du nostre.

17 des (*1*) *dialo* (*2*) *entretiens* *L* 18 il dit *erg. L* 19 nous, (*1*) ne considerant pas que (*a*) les (*b*) ⟨tel⟩ (*2*) et *L* 25 touchent (*1*) nostre terre. (*2*) le nostre. *L*

---

17 B. DE FONTENELLE, *Entretiens sur la Pluralité des Mondes. Par l'Autheur des Dialogues des morts*, Paris 1686 u.ö.; Amsterdam 1687 [Marg.]. 18 a.a.O., *Entretiens*, quatrième soir. 24 a.a.O., *Entretiens*, cinquième soir.

382. AUS UND ZUR MEDICINA MENTIS VON TSCHIRNHAUS
[Sommer bis Herbst 1688 (?)]

Überlieferung: *L* Konzept: LBr 943 Bl. 161. 1 Zettel (9,5 × 15,5 cm). 2 S. auf Bl. 161 v°, r°.

Leibniz dürfte die Auszüge aus den *Eilfertigen bedencken*, der ersten Auflage der *Medicina mentis* und der *Bibliotheca Philosophica* – besonders zur philosophischen Frage der *falsitas* – bald nach deren Erscheinen angefertigt haben. Daß sich unser Stück auf die erste Auflage der *Medicina mentis* bezieht, belegen die angeführten Seitenreferenzen. Für unsere Datierung spricht auch der Hinweis auf Nicolas Fatio de Dulliers *Réflexions* und Tschirnhaus' Replik darauf, die Leibniz ebenfalls in engem zeitlichen Zusammenhang gelesen haben dürfte. Er hat dabei die Texte aus den beiden Werken auf dem Blatt durch einen durchgehenden Strich getrennt, wohl um sie später zur gesonderten Verzettelung ausschneiden zu können. Von der Besprechung der *Medicina mentis* in der *Bibliothèque Universelle et Historique* vom November 1687 (XIX, 367–394) fertigt Leibniz ein undatiertes, ausführliches Exzerpt an (LH XXXV 12,1 Bl. 42 f.).

Tschirnhaus in seinem *eilfertigen bedencken* (inserirt *in mense jun.* der *ernst und scherzhafften gedancken*) pag. 754 sagt seine meinung sey nicht daß was wir nicht begreiffen, vor falsch zu halten sondern vorhehr sich p. 48 seines buchs also erclaret: *wenn zwo sachen sind deren Natur wir verstehen, und konnen solche in unseren gedankken nicht zusammen sezen, so heiße ich solche falsch.*[1]

Spinosa sagt *falsitas consistit in cognitionis privatione*, ich meine *falsitas consistit in impossibili conjunctione duarum rerum quae concipi possunt.*

---

[1] *Auf Blatt 161 r° eine nicht zum Stück gehörende Rechnung.*

13 (inserirt *erg. L* 13 f. der . . . *gedancken*) *erg. L*

13–17 Tschirnhaus . . . *gedancken*): E. W. von Tschirnhaus, *Eilfertiges Bedencken wieder die Objectiones, so im Mense Martio Schertz und Ernsthafter Gedancken über den Tractat Medicinae Mentis enthalten*, in Chr. Thomasius [Hrsg.], *Freymüthige Lustige und Ernsthaffte jedoch Vernunfft- und Gesetz-Mässige Gedancken oder Monats-Gespräche über allerhand fürnehmlich aber Neue Bücher durch alle zwölff Monate des 1688. und 1689. Jahrs*, Halle 1690, Juni 1688, S. 746–792. 18 B. de Spinoza, *Ethica*, pars II, prop. 35 [Marg.]. 18 f. E. W. von Tschirnhaus, a.a.O., S. 762.

Tschirnh. p. 19 *Medicinae mentis* per scientiam inveniendi novas veritates transmutari naturam nostram in suprahumanam, quin in talem quae haud parum de divina natura participare videtur.

Spinosa, falsitatem consistere in defectu cognitionis, Tsch. p. 27 falsitatem consistere in eo quod non potest concipi.

Tsch. ingenium in praef. vocatur humanam conditionem excedens.

Autor der *Scherz und Ernsthafften gedancken mense junio* p. 828 gibt zu verstehen, daß viele gelehrten in zweifel ob habe er sie selbst gemacht.

Tsch. p. 19 in erratis vitium typographicum ita corrigit: *Hic ultimus perfectionis gradus est, ad quam intellectus adminiculo nobis*, *et quin* (+ vielleicht *quin et* +) *cuicunque hujus universi creaturae pertingere datum.*

Collectores *Bibliothecae Philosophicae* in der Vorrede ihres funfften Tomi:

Il y a une autre sorte de fautes qu'il n'est pas si facile de corriger, ce sont celles où l'on pourroit tomber en n'entendant pas bien certains auteurs qui n'ont que des idées confuses de ce qu'ils disent, qui s'expliquent mal, dont le stile est entrecoupé de parentheses, la pluspart inutiles, ou hors de leur place, qui entassent plusieurs raisonnemens l'un sur l'autre sans suite et sans distinction, qui prennent dans un même sens des mots d'une signification approchante, qui se servent des termes usités dans un sens nouveau, sans en avertir, et qui écrivent dans une langue qu'ils n'entendent qu'à demy comme ces gens là se brouillent, qu'ils ne sçavent souvent ce qu'ils veuillent dire, et que nostre langue ne souffre point de sens suspendu, de quelque manière qu'on les fasse parler, ils y trouvent à redire lors qu'ils sont en mauvaise humeur. Cette espece d'auteurs est encor incommode en ce qu'on ne peut jamais les satisfaire quelque peine qu'on se donne à lire leur ouvrages, à tacher de les entendre, et à y chercher quelque chose de bon, on n'a jamais tout dit, parce qu'on ne sçauroit indiquer toutes leurs nouvelles decouvertes en 20 où 30 pages. Ce ne sont pas les habiles ny les personnes d'estude qui font ces sortes des plaintes. Ce sont ces sçavans qui n'ayant aucune connoissance de ce qui se passe,

27 n'ayant (*1*) ny (*2*) aucune *erg. L*

1 E. W. von Tschirnhaus, *Medicina Mentis, sive Tentamen genuinae Logicae, in qua disseritur de Methodo detegendi incognitas veritates*, Amsterdam 1687 (anonym erschienen; 2. Aufl. Leipzig 1695 u. d. T.: *Medicina Mentis, sive Artis Inveniendi Praecepta Generalia. Editio Nova, auctior et correctior, cum Praefatione Autoris*). 7 Autor: d. i. Chr. Thomasius in seiner Antwort auf das *Eilfertige Bedencken* von Tschirnhaus, in den *Schertz und Ernsthafften Gedancken*, Juni 1688. 12 *Bibliothecae Philosophicae*: d. i. *Bibliothèque Universelle et Historique*, hrsg. v. J. Le Clerc u.a., Amsterdam 1686–1694, Bd 5, 1687, Avertissement, Bog. *3v°-*4r°.

s'imaginent qu'ils sont fort au dessus du commun qu'ils ne pensent jamais comme les autres personnes, et que toutes leur imaginations sont des lumieres que le ciel ne communique qu'à eux.

Gewiß wenn man diese worte gegen das halt, was eben diese *collectores* darselbst von des H. T. seiner übersendeten *antwort* auf des Fatio de Duillier seine *reflexiones* alsbald und unmittelbar nach diesen worthen gedencken, wenn man die *Medicinam Mentis* selbst erlanget, und die *praefationem amici ad lectorem*, ingleichen gegen heutiges, *übereiltes bedencken* ansiehet, so solten sich wohl hundert finden, die das *juramentum credulitatis* ablegen solten, als wenn die *autores* der *Bibliothèque Universelle* in angefuhrten worthen des H. T. sein *pourtrait* vorgestellet und solches nach dem leben getroffen hätten.

383. AUS UND ZU THOMAS WHITE'S EUCLIDES PHYSICUS
[Sommer 1689 (?)]

Überlieferung: *L* Auszug mit Bemerkungen aus THOMAS WHITE, *Euclides physicus*, London 1657: LH IV 3, 3a Bl. 1–7. 2 $^5/_8$ Bog. u. 1 Bl. 4 v°. 12 $^1/_2$ S. (in der Reihenfolge: Bl. 1, 7, 2–6)

Leibniz' Interesse an Thomas White ist seit der Mainzer Zeit belegt. Den *Euclides physicus* kannte er bislang noch nicht (vgl. N. 205). Dieser umfangreiche Auszug ist aufgrund des Wasserzeichens auf den Sommer 1689 zu datieren.

---

5 E. W. VON TSCHIRNHAUS, *Réponse de M. de T. aux Réflexions de M. de Fatio de Duillier, sur sa méthode de trouver les tangentes des lignes courbes, publiée dans son Traité de la Médecine, de l'Esprit et du Corps: communiquée par l'Auteur*, in *Bibliothèque Universelle et Historique*, Bd 10, Juli 1688, S. 497–509.
5 f. N. FATIO DE DUILLIER, *Réflexions de Mr Fatio de Duillier sur une méthode de trouver les tangentes de certaines lignes courbes, laquelle vient d'être publiée dans un Livre intitulé Medicina Mentis*, in *Bibliothèque Universelle et Historique*, Bd 5, April 1687, S. 25–33.

Th. Albii *Euclides physicus* (Lond. 1657, 12°, apud Joh. Crook ad navem in Coem. Paul.) *seu de principiis naturae stoecheidea. Autore Thoma Anglo ex Albiis East saxonum.*

[Praefatio]

[p. 2, ungezählt] In praef. Schola, dum taedet ad minima respiceredum de omnibus immature respondendum est, ad obscuras voces et leviculas velitationes frequens deflexit.

Elementi primi seu A definitiones

[1.] Denominatio est vox habens propriam significationem seu nomen respondens certae notioni.

[2.] Relatio seu *ad aliquid* explicat, quid res sit si comparetur ad aliud.

[3.] Illud corpus dicitur penetrari, cum quo aliud conjunctum est secundum partes interiores.

Axiomata

[1.] Si duae naturae sint proportionales et una mutata sit secundum proportionem (v.g. carta ex dupla non dupla), mutata erit et reliqua (seu erit ipsa facta non dimidia).

[2.] Novitas seu mutatio non est sine aliqua causa.

[3.] Locus est aliquid distinctum a locato.

[4.] Significatio vocis est in qua [eam] imponentes [ea] utuntur.

[5.] Locus est aequalis locato.

[6.] Locus est immobilis.

[7.] Nihil existit quod non sit in se determinatum, hoc est sic ut sit hoc vel aliud.

[8.] Multitudo major est gradatim per unitates.

[9.] Quod caeteris paribus patitur alio non patiente, vel alio patiente plus patitur est magis passivum.

8 Elementi . . . A *erg. L* 19 eam *erg. Hrsg. nach White* 19 ea *erg. Hrsg. nach White*
22 Nihil (*1*) est (*2*) | existit *erg.* | *L*

Stoecheideum A

[p. 1] Prop. 1. Intelligens considerans 2do eandem rem, et non videns aliquid in ea mutatum, non potest ei novam denominationem imponere.

[p. 2 sq.] Prop. 2. Idem est in pluribus quia si non singulis.

[p. 3] Prop. 3. Denominatio est vel intrinseca vel extrinseca vel composita.

[p. 4 sq.] Prop. 4. Si inveniat intelligens in uno eorum mutationem potest toti, et singulis novam denominationem imponere,

nam et singula etiam non mutata sunt partes novae collectionis.

[p. 5 sq.] Prop. 5. Contingit mutationem intrinsecam inferri subjecto, absque eo quod causa aliqua per se agat in illud subjectum.

Probat ex axiom. 1, mutata proportione ob alterius mutationem.

[p. 6 sq.] Prop. 6. Non advenit nova denominatio sine mutatione intrinseca vel in ipso vel in alio a causa per se facta.

(+ In dem. non loquitur de causa per se +).

[p. 7] Prop. 7. Si foret unicum corpus in rerum natura et nihil praeterea neque existens neque imaginatum non foret motus localis.

Nam motus est mutatio secundum locum, locus aliquid extrinsecum, seu varietas quae est in aliquo extrinseco, nempe in loco, applicatur a considerante illi corpori quod movetur. Si igitur in natura non sit extrinsecum, cum res existens sit unica, non potest esse applicatio extrinseci.

[p. 8] Prop. 8. Si foret unicum corpus existens quantumvis aliquid per imaginationem seu imaginarium supponeretur non propterea foret motus possibilis,

neque enim vere aliquid extrinsecum.

[p. 9] Prop. 9. Si forent duo corpora sola in universo et nihil praeterea aliud non distarent a se localiter,

quia nulla est distantia seu spatium, quia sola ponuntur existere nec fieri potest motus in spatio imaginario.

[p. 9 sq.] Prop. 10. Si forent duo corpora in universo et nihil praeterea non possent esse in eodem loco.

Neque enim existeret locus quippe distinctum quid a locato, si dicas singula esse in reliquo tanquam in loco foret *A* in *B* et *B* in *A*, ideo cum *A* et *B* sint diversa erunt [*A*] in uno loco et *B* in alio, contra Hyp.

6 in uno eorum *erg. L* 17 mutatio (*1*) loci (*2*) secundum *L* 24 f. et . . . aliud *erg.* non (*1*) different (*2*) distarent *L* 26 nec (*1*) locus (*2*) fieri *L* 31 *B L ändert Hrsg. nach White*

[p. 10 sq.] Prop. 11. Iisdem positis non possent penetrari,

fient enim penetrantia idem quantitative quia cessat conjunctio secundum locum (+ hoc non satis probatum, possent distingui adhuc qualitative +).

[p. 11 sq.] Prop. 12. Extensio quanti per quam pars est extra partem est antecedenter ad locum, et inseparabilis a quantitate.

Nam duo corpora sola considerata, posito nihil praeterea esse reale nec possunt esse penetrata, ergo non possunt esse sibi mutuo loca, ergo cum nihil aliud reale nec in uno loco erunt nec in pluribus. Interim habent partes et non penetratas, habent igitur partes quarum una extra aliam absque localitate (+ hoc non satis cepi +) et antecedenter ad eam, itaque ex se et qua quantitates sunt. Quare habere partes extra partes est adeo inseparabile a quantitate ac ipsam esse quantitatem (+ non capio +).

[p. 12] Prop. 13. Non datur spatium aliquod [reale] finitum vel infinitum cum quo corpora possint penetrari.

Haberet enim partes extra partes et hoc habere esset inseparabile ab eo, et ideo foret corpus per prop. 12 (+ sed hinc non sequitur +) et quantum, sed impossibile igitur aliud corpus cum eo penetrari, forent enim duo quanta hoc est ratio quanti in duobus quorum partes non forent extra se invicem, imo unum quantum cujus partes non forent una extra aliam quae sunt impossibilia.

[p. 13 sq.] Prop. 14. Si foret spatium reale sed ejusmodi ut differentiae ipsius non possent distingui non fore[t] rerum locus,

neque enim foret ratio locum appellandi cum *loci* nomen ob usum sit impositum.

[p. 14] Prop. 15. Si foret spatium reale perceptibile modo immutabile et in eo unicum corpus non foret possibilis motus localis absque intrinseca per se mutatione corporis movendi,

quia omnis denominatio extrinseca supponit intrinsecam, quae hic nulla est.

[p. 15] Prop. 16. Si foret corpus unicum et praeterea non nisi spatium imaginarium non foret possibilis motus localis etiam per intrinsecam mutationem corporis movendi.

Quia mutatio mobilis intrinseca habet conjunctionem cum diversis partibus loci pro suo effectu, sed imaginaria est conjunctio cum partibus imaginariis. Ergo non est effectus realis (+ male concepta propositio nam probat solum totum non posse moveri, partes autem moveri etiam non possent, si generalis esset quod falsum esset, ponendo totum mundum, ut unum corpus +).

7 penetrata, (*1*) nec (*2*) ergo non *L* 7 cum . . . reale *erg. L* 9 quarum . . . aliam *erg. L* 9 cepi +) (*1*) Prop. 13. Non datur spatium aliquod reale finitum vel infinitum cum quo corpora possint penetrari. Hoc enim extensum esset et haberet partes extra partes (*2*) et *L* 11 (+ non capio +) *erg. L* 12 reale *erg. Hrsg. nach White* 27 movendi. (*1*) (+ Deu (*2*) Quia *L*

[p. 16 sq.] Prop. 17. Ad omnem mutationem loci praevius est motus alicui corpori intrinsecus.

Praerequiritur enim ut corpus sit in novo loco, quae denominatio supponit aliquid intrinsecum, itaque motus vel per se intrinsecus alicui corpori (+ quid si alteri rei? non enim assumsit sola corpora adesse +) vel consequitur ex aliquo.

[p. 17 sq.] Prop. 18. Conjunctio partium locati ad partes loci ex qua sequitur denominatio essendi in loco, est conjunctio partium locati ad partes superficiei corporis ambientis.

Debet enim conjunctio fieri non ad non Ens, ergo ad corpus (+ ℜ +) neque ad partes corporis cum quo penetretur, neque ad partes corporis remoti id est non conjuncti (+ sed probandum prius conjunctionem cum loco requirere conjunctionem cum aliquo +) ergo ad partes corporis circumstantis hoc est superficiei ejus.

[p. 18 sq.] Prop. 19. Ratio loci consistit in superficie corporis ambientis locatum, quatenus est conjuncta cum corporibus ad sensum vel usum immobilibus.

Nam conditio loci est ut sit immobilis, sed in rigore non est talis superficies, ergo saltem ad usum.

[p. 19 sq.] Prop. 20. Et partes loci et partes mobilis quae iis applicantur sunt ultra numerum hoc est infinita[e],

quia locus et locata sunt lineis mensurabilia, et linea quaevis divisibilis in partes in quot alia secta est, id est in tot quot aliae lineae in longitudinem addi possunt.

[p. 20 sq.] Prop. 21. Nec locus nec locatum possunt esse infinitum.

Si enim a puncto aliquo sint palmi infiniti erit pars aliqua infinite distans (+ non valet consequentia sed erit semper pars alia magis distans +), sed nihil potest existere quod non sit in semet ipso determinatum. (+ NB hoc placet, inde videtur sequi, non dare lineas illas infinite parvas revera, neque enim principium est determinandi exactam proportionem. Opus tamen examinare. +)

[p. 21 sq.] Prop. 22. Neque loci neque locati partes omnes possunt esse actu.

Si enim datur multitudo infinita oportet aliquo gradu transitum factum esse a finito ad infinitum. (+ Si infinitum unum est majus altero, et possunt rectae assignari proportionales quibuslibet quantitatibus, sequetur necessario dari rectas terminatas infinitae magnitudinis, nam omnis recta qua datur major est terminata. Hinc videtur sequi dari lineas infinite parvas, certum est enim esse infinita actu diversa in quolibet corpore,

1 loci (*1*) praevia est mutatio corporis intrinseca (*2*) praevius *L* 30 rectas (*1*) inf (*2*) terminatas *L*

adeoque infinitam multitudinem rerum. Cui respondens numerus palmorum cadet in lineam terminatam, sed infinitam; id est quae est major quavis data, sed semper mihi haeret scrupulus, quod non datur mihi nota essentialis discernendi finitam ab infinita, nisi quoad nos, si semel admittatur numerus infinitus, corpus infinitum nisi scilicet, qui a nobis nulla definitione explicari potest. +) (+ Difficultas nova, si aliquando id est terminato tempore pervenitur ad lineam infinitam a finita, necesse est ut aliquando desierit finitum et coeperit infinitum, quod concipi non potest, ergo ista sunt imaginaria, hoc mihi videtur demonstrativum. Igitur hinc jam sequitur numerum infinitum non esse quiddam totum, neque tot palmos sibi posse addi quot sunt partes in aliquo corpore, neque enim infinitum additione conflatur, sed jam adest. +) Hinc partes continui non sunt actu, forent enim infinitae. (+ Nescio an ista consequentia valeat, sunt enim partes infinitae actu, sed non ideo datur numerus ipsis respondens, seu numerus palmorum sibi addibilium. An potius hinc inferemus corpora non esse Entia realia, sed quid tunc de possibilitate; par enim difficultas. Et saltem sequi videtur infinitas esse substantias. Aut negandum est, ullam dari substantiam praeter unicam quod absurdum, seu non unam revera rem esse, ἄτοπον. +)

[p. 22] Prop. 23. Quantitas est ipsa unitas qua partes continui quae non sunt actu sunt inter sese in toto unitae,

neque enim cum non sint actu, per actualia connecti possunt, nihil aliud est igitur quam ipsa continuitas seu quantitas totius (+ non satisfacit +).

[p. 23 sq.] Prop. 24. Locus et [locatum] sunt unum quantitative praevie ad esse locum et locatum ad invicem.

Nempe requiritur praevius motus intrinsecus et per se, qui non consistit cum eorum indistantia, et cum [conjunctio localis] sit quanti ambiti ad ambiens erit quanti ut quanti (+ non video consequentiam +) et proinde quantitatis, hoc est plura fiunt unum quantum, itaque locus et locatum sunt unum quantum praevie ad simultatem localem.

[p. 24] Prop. 25. Corpora non possunt esse in eodem loco simul,

forent enim immediate tertio corpori seu loco secundum easdem partes, ergo cessaret ordo seu prioritas et posterioritas, seu duae partes ejusdem forent immediate conjunctae tertiae ita ut una aliam non sequatur, quod est contra prop. 12.

3 mihi (*1*) modus e (*2*) nota *L* 5 potest +). (*1*) Certe necesse est hun (*2*) (+ Difficultas *L* 5 si (*1*) multitudo (*2*) aliquando *L* 6 tempore (*1*) transitum est (*2*) pervenitur *L* 7 ergo (*1*) oportet (*2*) ista *L* 8 demonstrativum (*1*) +) Prop. 22. Quantitas est ipsa unitas qua sunt (*2*) . Igitur *L* 21 locatus *L ändert Hrsg.* 24 conjunctio localis *erg. Hrsg. nach White*

[p. 25] Prop. 26. Eodem modo idem corpus non potest esse in duobus locis.

Ita enim eodem modo ut paulo ante duo quanta (hoc est duo loci) forent immediate conjuncta tertio hoc est cessaret prioritas et posterioritas (+ non satis demonstrat has duas propositiones +).

[p. 25 sq.] Prop. 27. Non datur in universo hiatus aliquis inter corpus et corpus qui possit per motum localem transiri,

nam quod movetur localiter id per prop. 24 debet praevie uniri quantitati loci, ergo jam erit unitum quantitative.

[p. 26] Prop. 28. Non datur in universo hiatus inter corpus et corpus capax alicujus corporis interjecti.

Cum enim per praecedentem non possit intelligi motus in hiatu, ergo nec potest intelligi corpus propinquius vel longinquius ad latera talis hiatus (+ non video consequentiam +). Et per consequens neque duplum corpus obtinere plus hiatus et dimidium minus hoc est esse proportionem inter hiatum et corpus hoc est hiatum esse capacitatem corporis, hoc est hiatum esse hiatum (+ ℞ +).

[p. 27] Prop. 29. Totum universum est quantitative unum,

quia enim non datur hiatus in universo singula sunt indistantia invicem, seu habent ad se rationem loci et locati, jam locus et locatum sunt unum quantitative per superiora (+ sed etiam discreta possunt talia esse +).

[p. 27 sq.] Prop. 30. Si principia naturae forent immutabilia, omnia forent unum immutabile saxum.

Fore[n]t enim singula indivisibil[i]a respectu cujuslibet potentiae, nec inter ea vacuum per prop. 28 ergo unumquodque ad alterum fore sicut locus et locatum, et per consequens unum totum cujus singulae partes immutabiles. Ergo et totum (+ non probat consequentiam, sed poterat probare ex superioribus, quia omnis denominatio extrinseca supponit intrinsecam, seu aliquam realem mutationem, secundum me sui ipsius, secundum Albium saltem alicujus +).

[p. 28] Prop. 31. Ergo nec daretur motus qui supponit mutationem intrinsecam.

[p. 29] Prop. 32. Motus localis non fit sine divisione

nempe sine divisione locati a lateribus loci et laterum loci a se invicem (+ non video +) vel a corpore cum quo conjuncta erant. (+ Poterat ostendi in motu omne corpus et quamlibet ejus partem subdividi, ex prop. praecedenti, eo ipso quia positum est motum non procedere si essent atomi. Videndum tamen amplius de hac consequentia. +)

28 supponit (*1*) deno (*2*) mutationem *L* 31 in (*1*) div (*2*) motu *L*

[p. 29 sq.] Prop. 33. Dantur corpora alia magis alia minus divisibilia in universo, hoc est unum alio rarius vel densius.

Neque enim omne corpus divisum alioqui omnia essent resoluta in indivisibilia actu. Ergo per ax. 9 corpus divisum magis divisibile quam dividens sequitur.

Elementum 2dum

Euclidis physici Thomae Albii de motu locali et ejus per se causis

[p. 31] Definitiones

1. Mutari est devenire aliud quam erat. (+ *Devenire* obscurum. Hic latet error. +)

2. Causa efficiens est unde seu ex quo (+ obscura +) mutatio seu ex quo sequitur aliud esse quia ipsum est quod est (+ *sequitur* non sufficit, nisi addas *ratione a priori* +).

3. Divisibile sumi indivisibiliter est sic sumi, ut una pars non comparetur ad aliam sed totum ad totum et quaelibet pars ad semet ipsam.

4. Tempus est motus aequabilis coexistens omnibus motibus particularibus et acceptatus a genere humano pro eorum mensura (+ dubito an sit motus +).

5. Corpus quod per plus spatii movetur in eodem tempore, dicitur *velocius moveri*. (+ Error vel obscuritas, nam si corpus majus sit per plus spatii movebitur eodem tempore et tamen forsan tarde. +)

[p. 32] Axiomata

1. Idem manens idem semper facit idem.

2. Majus corpus caeteris paribus hoc est in eadem figura habet superficiem majorem.

3. Quod est infinite superat non Existens.

[p. 33 sq.] Prop. 1. Indivisibile non est causa efficiens mutandi semet ipsum,

nam sequetur *A* quia est *A*, ideo non esse *A* sed *B*. (+ Non amplius manere *A* sed fieri *B*, hoc potest admitti, ut in iis quae sunt jam in motu sequitur continuatio. Revera tamen sequitur a causa externa nempe Deo. Item dici potest non esse *A* mutatum quia est *A*, sed quia est in conatu mutationis seu quia est ut nunc est, ideo debere fieri aliud purum satis. +)[1]

---

[1] *Am Rande*: NB.

16 *moveri*. (*1*) (+ Est (*2*) (+ Obscure (*3*) (+ Error *L*

[p. 34 sq.] Prop. 2. Idem est de toto sumto indivisibiliter seu sine comparatione partium ejus inter se. (+ Non satis video vim utriusque neque etiam cur separavit propositiones. +)

[p. 35 sq.] Prop. 3. Corpora sive unum sive plura in quiete posita non possunt incipere moveri absque agente [extrinseco].

Necesse est ut *A* [sit] plus quam *A*, ut valeat, quia *A* est ideo *B* movetur. Et prius debet esse intelligi mutatum in se (+ hoc melius +).

[p. 37 sq.] Prop. 4. Corpus motum ab extrinseco, cessante agente extrinseco cessabit moveri nisi aliud extrinsecum succedat in vices prioris.

Nimirum quia moveri seu mutari non potest intelligi sine causa. Ergo non-causa mutationis sufficit ad non-mutationem. Non est autem ea in ipso *A*, id enim esset ipsum mutari a semet ipso.

[p. 38 sq.] Prop. 5. Motus localis non contingit sine tribus substantiis formaliter

nam sive in quiete sive in motu positum ab alio movetur, requiritur ergo semper substantia mutans et substantia mutata, et medium seu locus. (+ Imo sequitur potius dari Ens mutans immutatum seu Deum. Nam et mutans ipse rursus alio indiget, et in omnibus mutabilibus mutatis non reperitur ratio desiderata. +)

[p. 39 sq.] Prop. 6. Motus localis est essentialiter continue, seu sine fine divisibilis,

quia locus et locatum successive applicantur (cum non sint simul in pluribus locis), ideo dividitur ut partes loci et locati, haec autem continue divisibilia.

[p. 40 sq.] Prop. 7. Indivisibile non potest moveri localiter,

quia locus aequalis locato, ipsum autem nulli parti loci aequale.

[p. 41] Prop. 8. Nihil est mobile secundum locum nisi solum corpus finitum

nam infinitum non potest esse in loco, seu ambiente (+ aliud infinitum aliud interminatum +).

[p. 42] Prop. 9. Virtus motiva fortior faciet mobile transire plus spatii quam minor caeteris paribus.

Faciet enim major ens motum unde major applicatio ad spatium.

[p. 43 sq.] Prop. 10. Ergo motus alio velocior vel tardior

habet enim major majorem rationem ad tertium. Ergo et ad tempus quod est motus aequabilis assumtus.

5 f. intrinseco *ändert Hrsg. nach White* . (*1*) Sunto enim co (*2*) Necesse *L* 6 valeat *ändert Hrsg. nach White*

[p. 44 sq.] Prop. 11. Nullus motus in instanti,

forent enim plura loca ejusdem mobilis simul, omnis enim motus dicit mobile esse in pluribus locis.

[p. 45 sq.] Prop. 12. Eadem virtus motiva movet idem mobile per plura spatia majore tempore omnibus paribus, proportione temporis

quia idem manens idem semper facit idem.

[p. 46 sq.] Prop. 13. Sed eadem virtus motiva non potest idem mobile per densius eodem tempore movere,

quia id difficilius divisibile ad quod opus majore virtute caeteris paribus.

[p. 47 sq.] Prop. 14. Virtus nata dividere dati rari datam quantitatem in hora, nata est dividere duplam quantitatem medii duplo rarioris in hora,

cum enim major facilitas tantummodo habeat effectum circa spatium, necesse est ut dupla facilitas sit in hoc ut dupla quantitas rarioris dividatur in eodem tempore in quo media densioris (+ hoc accuratius demonstrandum; eo more ut ego circa virtutem motricem alibi, quando ⟨contra Car⟩tesium ratiocinabar +).

[p. 48] Prop. 15. Virtus motiva nata movere corpus majus caeteris ⟨paribus⟩, ipsa est major,

habet enim majus majorem superficiem caeteris paribus (+ id est si simile +) ergo et major divisio ab ambiente.

[p. 49 sq.] Prop. 16. Corpus majus caeteris paribus minus resistit motui quam corpus [minus] in proportione quantitatis eorum,

nam proportio superficierum est in duplicata homologorum; at corporum est in triplicata.

[p. 50 sq.] Prop. 17. Hinc Sphaericum minus resistit motui caeteris paribus in proportione ad suam quantitatem,

quia minor ejus superficies (+ vid. Pappus +).

[p. 51 sq.] Prop. 18. Si data vis movet mobile per datum spatium in [dato] tempore, dimidia vis movebit idem mobile per idem spatium in duplo tempore

est enim duplus effectus (+ non admitto, praesupponit virtutem quae movet datum mobile per duplum spatii in duplo tempore, movere per spatium datum in dimidio tempore +).

4 12. | Iisdem paribus *erg. str. Hrsg.* | Eadem *L* 21 majus *L ändert Hrsg. nach White* 27 f. duplo *ändert Hrsg. nach White* tempore, (*1*) dupla (*2*) dimidia *L* 30 per (*1*) dimidium (*2*) spatium *L*

15 Vgl. N. 369: *G. G. L. Brevis demonstratio erroris memorabilis*, A.E., März 1686. 26 PAPPUS, *Collectiones mathematicae*, lib. V.

[p. 52 sq.] Prop. 19. Quantulacunque vis nata est superare quantulamcunque resistentiam multiplicato tempore,

nempe inventa prius resistentia tam parva, ut a quantulacunque virtute assignata superari potest, et hujus proportione ad resistentiam datam, et fiat tempus ut resistentia ad resistentiam. (+ Est quasi porisma pro problemate. +)

[p. 53] Prop. 20. Quantulacunque virtus in quantulocunque tempore superat aliquantum quantamcunque resistentiam.

[p. 54] Prop. 21. Densum solidum motum in raro praeagit ante se aliquantum rari, conjunctum ipsi ante motum,

quia aliquam mobile habet latitudinem, et rarum in instanti (per prop. 11) cedere non potest.

[p. 55 sq.] Prop. 22. In omni motu solidi densi in raro fit condensatio unius partis rari et rarefactio alterius.

Nam quod dividit aliud est minus divisibile ipso (per ax. 9, elem. 1) ergo rarum quod a denso praeagitur cum aliud rarum dividat, erit ipso densius, ideoque densatum. Ergo cum non possit esse vacuum (per prop. 28, el. 1) alia pars est rarefacta.

[p. 56 sq.] Prop. 23. Raritas et densitas sunt continue divisibiles,

neque enim quod minorem locum quam ante occupare debet, momento ad eum pervenit sed per gradus (prop. 18. el. 1).

[p. 57] Prop. 24. In instanti non fit rarefactio aut condensatio,

quia nec motus per prop. 11.

[p. 58] Prop. 25. In spatio non resistente reali vel imaginario impossibilis est motus,

moveretur enim in instanti, prop. 11, quia infinitam habet rationem ad resistens, determinatur autem tarditas a resistentia.

[p. 59] Prop. 26. Corpus quod movet aliud immediate ipsum movetur

quia alioqui aliud loco non excederet, nisi impellens ingrederetur nam fieret vacuum.

[p. 60] Prop. 27. Corpus non movet remotum nisi faciendo ut proximum moveat ipsum.

[p. 60 sq.] Prop. 28. Si tria corpora deinceps moveantur ab eadem virtute, primum patitur plus quam secundum, et secundum quam tertium.

Nam virtus primi majus corpus movet quam secundi virtus, movet enim et secundum et tertium. Itaque major virtus primi sed virtutes agunt in proportione sua, itaque plus operatur virtus primi in primo.

23 prop. 11 *erg. L* 33 tertium. (*1*) Movent (*2*) Itaque plus moventur (*3*) Itaque *L*

[p. 61 sq.] Prop. 29. Finita virtus motiva non potest superare quantulamcunque resistentiam nisi in tempore.

Nam datam resistentiam superare sine tempore est effectus infinitus.

[p. 62 sq.] Prop. 30. Corpus movens aliud corpus imprimit impetum in illud successive;

quia major resistentia in majore, et in toto quam in parte, itaque prius pars, et totum in tempore majore.

[p. 63] Prop. 31. Densum caeteris paribus minus resistit motui locali,

quia rarius habet majorem superficiem, quae plus resistit divisioni.

[p. 64] Prop. 32. Si densum non infinite tale moveatur a raro non infinite tali dividitur a raro

nam quaevis vis aliquantulam resistentiam superat, itaque rarum cum nonnihil habeat densitatis nonnihil dividit densum.

[p. 65 sq.] Prop. 33. Densum caeteris paribus movetur celerius ab eadem virtute, quam minus densum in ratione densitatum.

Quia resistentia medii respectu densioris est minor, adeoque caeteris paribus tanto plus spatii peragit eodem tempore.

[p. 66] Prop. 34. Corpus quo majus densius et sphaericius eo aptius est ad motum localem (caeteris paribus)

quia majus in eadem figura habet minorem superficiem, et sphaerici[us] minorem etiam habet superficiem, et densius etiam.[2]

Elementum 3

[p. 67 sq. Definitiones]

Def. 1. Haerent quae sensibiliter repugnant separationi.

Def. 2. Sicca quae faciliter terminantur terminis propriis difficulter alienis.

3. Humida quae facile terminantur alienis difficulter propriis.

4. Perfecte dividitur quod fit plura, imperfecte quod movetur ad esse plura; sed non perducitur ad pluralitatem.

---

[2] *Am Rande*: NB.

20 sphaericior *L ändert Hrsg.*

5. Calida congregant homogenea separant [hetero]genea.

6. Frigida quae congregant heterogenea.

7. Corpus naturale seu Ens naturale quod habet in natura principia constantiae proportionatae.

8. Mixta dicuntur unius qualitatis actu, et alterius potentia quae ex sese et integra secundum unam operantur, confracte autem secundum aliam.

[p. 68] Axioma

Differentiae quae dividunt genus per plus et minus sunt differentiae per se et essentiales.

Elem. 3. De Mobilibus et eorum differentiis

[p. 69 sq.] Prop. 1. Quod dividitur prius mutatur secundum figuram quam numerum.

Nam cum quid dividitur seu fit plura, succedit aliquid alterius naturae inter partes divisi quod non potest introduci nisi in tempore. Itaque in aliqua parte temporis aliquid alterius naturae ex parte est interjectum ex parte non, et ita dividendum adhuc est unum, sed alterius figurae seu mutatum.

[p. 70] Prop. 2. Partes densi magis sibi cohaerent in toto, quam partes rari

quia magis repugnant densa divisioni.

[p. 71] Prop. 3. Summe densa sunt sicca

quia difficillime divisibilia, prop. 2, adeoque partes summe haerent, ergo difficillima in illis figurae mutatio, hoc est sicca sunt per def. 2.

[p. 71 sq.] Prop. 4. Summe rara sunt sicca.

Quia summe divisi[bi]lia seu summe plurificabilia. Ergo divisibilia in minores partes. Hinc summe rara si sint in corpore majusculo facillime fiunt plura et ita difficillime mutant figuram cum potius dividantur, si sint in majuscula mole et sint in minimis molicellis non potest aliud subingredi et figuram eorum mutare, itaque nec sic facile mutant figuram, ideo sint sicca.

[p. 73 sq.] Prop. 5. Media inter summe rara et densa sunt humida, et magis rara sunt magis humida.

Nempe res a pluribus causis et facilius mutantur secundum figuram quia hoc fit prius (+ ergo idem dicendum erat et supra de summe raris +) unde facilius figuram assumunt.

1 homogenea *L ändert Hrsg. nach White* 6 operantur, (*1*) refracte (*2*) confracte *L* 23 Hinc *erg. L* 24 in (*1*) partibus majusculis; (*2*) majuscula mole *L*

[p. 74 sq.] Prop. 6. Summe densa magis sicca quam summe rara,

nam summe rara quoque facilius et prius mutant figuram quam dividantur; ergo multas ob causas, sed summe densa paucas ob causas.

[p. 75 sq.] Prop. 7. Si major vis locomotiva applicetur minori parti aequalis resistentiae caeteris [paribus eam] magis superat,

quia resistentia ad motum localem in majori corpore major ideo minor pars facilius superabitur hoc est dividetur et movebitur.

[p. 76] Prop. 8. Summe rara si ab aequali virtute contra corpus aliquod moveantur sunt caeteris paribus aptissima ad illud dividendum,

quia ob divisibilitatem in minima, facilius applicantur minoribus partibus corporis dividendi et cum partes illae summe rarorum non sint facile ulterius divisibiles et per consequens resistant novae figurationi fortissime et quasi invicte penetrant.

[p. 77] Prop. 9. Summe rara sunt summe calida.

Nam corpus objectum celerrime in minimas partes dissipant unde homogeneae [congregabuntur] in eundem locum natae idem ab iisdem causis pati.

[p. 78 sq.] Prop. 10. Humida sunt partim frigida partim moderate calida.

Nam applicabilia terminis alienis [ad] corpus densum totum obsident. Si satis densa sint ad resistendum actioni corporis nihil permittent exire, sed penetrant potius in id per poros et coangustant quae intus. Unde frigus. Sin humida ista tam rara sint ut non resistant actioni corporis conclusi exibunt aliqua per compressionem humidi, et humidum succedet per poros in eorum locum; et alia dividendo in partes congregant homogenea.

[p. 79 sq.] Prop. 11. Summe densa sunt frigida sed non in summo.

Nam densorum partes minimae sunt grossiores, unde hae partes cum non se bene accommodent terminis alienis habebunt rara interjecta. Itaque constringunt nonnihil corpus quod obsident, quia non facile cedunt, sed non perfecte, ideo non sunt summe frigida.

[p. 80 sq.] Prop. 12. Hinc habemus: summe rara esse summe calida moderate sicca. Summe densa sunt summe sicca moderate frigida. Humida densiora sunt frigidiora summe densis hoc est sunt summe frigida. Rariora humida sunt summe humida moderate calida.

[p. 81 sq.] Prop. 13. Sub singulis horum tot species quot gradus in natura raritatis et densitatis

5 partibus eum *L ändert Hrsg. nach White* 15 separabuntur *L ändert Hrsg. nach White* 17 ad *erg. Hrsg. nach White* 19 Unde frigus *erg. L* 20 aliqua *erg. L*

sed non sunt tot Entia, quia constanti causa opus habent nec infinita esse possunt.

[p. 82 sq.] Prop. 14. Hujusmodi Entia simplicia generantur et corrumpuntur mutatione raritatis et perfecta divisione.

Plurificatum est aliud.

[p. 84] Prop. 15. Rarissima multa divisione fiunt difficulter divisibilia,

nam desunt instrumenta dividendi, ipsis subtiliora seu ut minima [aliorum] Entium sint ipsis majora.

[p. 84 sq.] Prop. 16. Summe rara sunt difficulter rarificabilia

nam in rarefactione oportet partes rarefacti non esse ab invicem separatas, cum tamen in summe raris facillima sit divisio.

[p. 85 sq.] Prop. 17. Rarificans prius rarificat partem propiorem aeque rarifacabilem,

nam vis partibus remotioribus applicatur per viciniores.

[p. 86] Prop. 18. Si rarum minimum inter duo densa minima rarificatur unum densorum etiam rarefit.

Cum per praecedentem vicinior pars prius rarefiat, necesse est densa concludentia removeri a se invicem secundum partes connexas parti rarificatae, quare vel longitudo [alterutrius] aut utriusque densorum aucta, et ipsum densum flexum. Sed non potest longitudo esse mutata sine profunditate, itaque pars densi est aucta et ideo rarefacta.

[p. 87 sq.] Prop. 19. Rarum minimum clausum inter duo minima densa potest intelligi adeo exiguum ut totum sit facilius divisu per aliquod densorum quam per rarum

(+ imperfecta divisio cum pars a parte separatur etsi non a toto +)

seu ut cum dividitur totum ex raris et densis compositum ab externo facilius dividatur in parte densa quia rarum esse potest adeo exiguum ut sit difficulter divisibile, nec possit majus fieri seu rarius quia simul densum rarefiat quod non continget sine ejus saltem flexu seu imperfecta divisione quae aeque difficilis ac perfecta, si eadem quantitas divisionis (+ quantitas divisionis aestimanda forte numero punctorum recedentium a se et celeritate +).

[p. 88] Prop. 20. Dantur mixta hoc est Entia naturalia ex simplicibus composita.

Nam Ens naturale est unum a natura factum habens constantiae sibi proportionatae causas in natura, et compositum ex densis et raris non minus respectu rarorum densum esse potest quam respectu densorum quae continet. Itaque etiam mixta ex his sunt Entia constantia.

1 sed . . . possunt *erg. L* 5 fiunt (*1*) perfecta (*2*) difficulter *L* 6 aliarum *L ändert Hrsg. nach White* 16 f. concludentia (*1*) plus distare (*2*) removeri a se invicem *L* 18 alteriutrius *L ändert Hrsg.* 22 toto +) (*1*) (+ simul (*2*) seu *L* 27 forte (*1*) quantitate punctorum a se (*2*) numero *L* 29 Dantur (*1*) talia (*2*) mixta hoc est Entia *L*

[p. 89] Prop. 21. Simplicia corpora seu Elementa manent formaliter in misto quoad raritatem et densitatem,

alioqui omnes partes misti forent homogenee rara et densa adeoque uno gradu rara et densa ergo non mista contra Hypoth.

[p. 89 sq.] Prop. 22. Mixtorum varietas est ex raritate et densitate in magnitudine numero situ partium.

Cum partes heterogeneae seu rarae et densae varientur numero vel specierum, seu graduum, vel earum partium quae sunt in eodem gradu, et singularum magnitudine et situ, seu quae quibus immediate connectantur.

[p. 90 sq.] Prop. 23. Non sunt numerabiles possibiles mistorum differentiae,

sunt enim raritas et densitas continue seu ultra numerum divisibiles seu variabiles, et magnitudo quoque, multitudo autem partium saltem incognita, et multiplic[it]as connexionis seu situs pendet a numero partium.

[p. 91 sq.] Prop. 24. Prima et communissima divisio mixtorum est in solida et fluida.

Solidum est quod plerumque resistit separationi partium, fluidum quod plerumque ab occurentibus dividitur, resistere autem est ex densitate, dividi ex raritate (+ hoc nusquam probavit, cum densitas ipsi sit plus habens materiae sub eodem volumine +). Hinc plus est densorum in solidis plus rarorum in fluidis.

[p. 92 sq.] Prop. 25. Differentiae essentiales solidorum sunt m o l l i t i e s et durities et harum gradus,

scil. durum plus ad Ens et unum pertinet, molle ad separabilitatem.

[p. 93 sq.] Prop. 26. Differentiae fluidorum proportionales differentiis solidorum,

scilicet etsi non vocentur durities et mollities sunt [ejusdem] naturae [et] proportionales [eis].

[p. 94 sq.] Prop. 27. Mixta quae dicuntur actu unius qualitatis et potentia alterius habent hoc ex situ minimorum in toto.

Potentia alia sunt quae qualitatem ostendunt post aliquam immutationem hoc est si corpora eorum penetrentur seu aperiantur. Itaque necesse est in his quae verb. gr. potentia calida, particulas interiores alterius qualitatis particulis esse circumdatas et quasi obsessas, ut non possint agere nisi rapto cortice.

[p. 95 sq.] Prop. 28. Unitas mixtorum est triplex.

12 multiplicas *L ändert Hrsg. nach White* 22 plus (*1*) inclinat (*2*) ad *L* 24 ejusdem *erg. Hrsg. nach White* 24 f. et *erg. Hrsg. nach White* 25 eis *erg. Hrsg. nach White* 32 mixtorum (*1*) qua sunt (*2*) est *L*

Nempe ex eo quod componentia sibi immediata seu constituunt unum, deinde quatenus homogeneum quodammodo, tertio quatenus habent constantiam unitatis.

[p. 97 sq.] Prop. 29. Compositorum ex mixtis [heterogeneis] nobilissima in quibus solidum et fluidum quasi ex aequo componuntur.

Prima scil. divisio in his conjungitur, ita utrumque aeque est finalis compositi causa.

[p. 98 sq.] Prop. 30. Non datur corpus quod non in dictis contineatur.

Nempe si simplicia sint constantia sunt Elementa. Si mixta et constituant partim fluidum partim solidum sed [unum] principaliter erunt de genere plantarum ubi alimenti succus propter partes solidas. Si utrumque sit propter communem totius finem, erit genus animalium.

Elementum 4.

[p. 100] Definitiones

[1.] Gravia quae feruntur deorsum ex ordine naturae seu causis insensibilibus.

[2.] Et quae ex iisdem sursum vocantur Levia.

Phanera

1. Ignis agit radiose seu divaricando Emanationes suas.
2. Tractio fit ex adhaesione partium tracti ad trahens et ad se invicem.
3. Sol agit in massam telluris et aquae per modum ignis, et urit.
4. Sol agit in eandem partem terrae circiter integram quartam partem temporis anni ad minimum.

[p. 101 sq.] Prop. 1. Quod absque additione fit majus secundum omnes dimensiones est rarefactum.

Majus habet perfectiorem quantitatem, id est plus divisibilitatis, id est in plura aequalia; quod si sit citra additionem, ergo major proportio quantitatis ad substantiam quam prius, et per consequens [eadem substantia] magis participat effectum quantitatis seu divisibilitatem, seu est magis apta divisioni sive facilius divisibilis. Et tale quantum dicitur rarefactum.

2 quatenus (*1*) homogeneae partes (*2*) homogeneum quodammodo *L* 3 homogeneis *L ändert Hrsg. nach White* 8 solidum *L ändert Hrsg. nach White* 25 eandem substantiam *L ändert Hrsg.*

[p. 103] Prop. 2. Si corpus rareficabile inclusum sit in alio corpore, cujus latera ita separentur, ut non admittant aliud, inclusum rarefiet

(quia vacuum impossibile prop. 28. lib. 1).

[p. 104 sq.] Prop. 3. Summe rarum seu ignis est maxime rarificativus

quia ob divisibilitatem in partes minimas, lib. 3. prop. 8, etiam minoribus partibus passivorum est applicabilis; et ideo (lib. 3. prop. 8) fortissime divisivus quare partes ejus plures agere poterunt in partem tam exiguam, ut possit dividi absque eo quod sit capax suscipiendi alterius corporis intra latitudinem divisionis. Ideo cum ignis radios expandat necesse est partes rarificabiles crescere seu distantiores fieri sine novo ingressu, seu rarefieri (per praecedentem). Et hoc facit ignis in minores partes et majore vi quam alia, est maxime rarificativus.

[p. 105 sq.] Prop. 4. Summe humidum seu aër est maxime rarificabile.

Cum necesse sit in condensatione accedi ad centrum condensati, et in rarefactione recedi, necesse est et condensans et rarefaciens accedere et recedere quod non fit sine attractione, corpus enim recedens necessario attrahit quod rarefacit, et eo ipso rarefacit. Tractio itaque per se est actio corporis rarificantis ad rarum. Sed tractio fit ex adhaesione partium tracti (phaner. 2) ad se invicem et ad trahens et [utrumque] est proprium humidi (quia enim est modice densum partes accedunt sibi invicem, et quia facile terminantur terminis alienis adhaerent extrema humidi corpori ambienti seu trahenti). Humidum itaque aptissimum rarefactioni quatenus humidum. Ideo maxime humidum seu aër.

[p. 107] Prop. 5. Ignis maxime augmentativus est sui corporis et hoc ex aëre potissimum.

Nempe igni proximus raritate aër, nec aliter differunt (lib. 3. prop. 12) sed ignis maxime rarefactivus, aër maxime rarificabilis hoc est maxime convertibilis in ignem. Et ignis est omnium corporum maxime activus (lib. 3. prop. 8).

[p. 108] Prop. 6. Ignis magis caeteris corporibus emittit emanationes hoc est particulas sui corporis extra apparentem molem.

Scil. maxime est augmentativus corporis. Et ideo rarefactivus mutati, et ideo partes ejus loco expellens fortissime.

[p. 109] Prop. 7. Ignis emittens emanationes etiam particulas aliorum corporum simul emittit.

Quia emanationes per praecedentem facit ex his quae rarificat sed his adhaerent particulae aliorum corporum.

5 lib. 3 prop. 8 *erg. L* 17 untrumque *L ändert Hrsg.* 32 Quia (*1*) rarefaciendo alia sui se auget (*2*) emanationes *L*

[p. 110] Prop. 8. Sol educit ex massa telluris et aquae exhalationes et vapores in magna copia.

Agit enim per modum ignis, vis quantumvis parva aliquem habet effectum, universa crusta telluris penetratur a radiis solis, et cum hi reflectuntur simul particulas elevant per praecedentem. Et in singulas partes superficiei minimum per 6 horas ex 24. Inde magna vis exhalationum ex siccis et vaporum ex humidis.

[p. 111 sq.] Prop. 9. Aër circumdans massam telluris et aquae toto corpore fertur deorsum, usque ab altitudine summa in quam solis radii valide reflectuntur ab ipsa massa.

Nam ex pulsis exhalationibus necesse est contra aërem pro ipsis descendere ad supplenda loca. Et quia ipse humidus adhaerent ipsius partes sibi, itaque descendit aër universus.

[p. 112 sq.] Prop. 10. Corpora omnia quae in aëre sunt nec per aliud impediuntur simul deorsum feruntur cum aëre.

Nam ratione quantitatis omnia corpora sunt unita et unum quantum (lib. 1. prop. 29) et habent certum gradum densitatis, ideo per lib. 3. prop. 2 haerent sibi, itaque non separantur ab aëre descendente per praecedentem, nisi sit aliqua vis impediens descensum causans separationem.

[p. 113] Prop. 11. Corpora densiora in aëre pendentia per hunc descensum aëris velocius deorsum moventur quam rariora in paribus conditionibus constituta

quia densius caeteris paribus movetur celerius ab eadem virtute (lib. 2. prop. 33).

[p. 114] Prop. 12. Densa sunt gravia, rara autem levia.

Nam densiora per praecedentem fortius descendentia expellunt rara.

[p. 115 sq.] Prop. 13. Ex hoc universali motu gravium et levium corpora intra ipsius ambitum comprehensa comprimuntur et subeuntur a circumstantibus raris pro ratione activorum et passivorum.

Nam descendentia occurrunt solidis, et similiter levia ascendentia, ideo per latera circumeunt et ipsa premunt. Et minus levia ipsa respectu magis levium sunt gravia, et ea sursum pellunt. Itaque si occurrant corpori in poris continenti partes raras eas seu spiritus leviores expellunt et subeunt pro ipsis.

[p. 116 sq.] Prop. 14. Itaque ignis seu calor immistus omnibus corporibus nostrae notitiae.

Scil. ob solem in omnia agentem. Et quia rara in minimis partibus difficillime separantur a densis palam est ignem partim exire corporibus, partim inhaerere.

8 usque | ad *str. Hrsg.* | ab *L*

[p. 117 sq.] Prop. 15. Pleraque corpora nobis nota sunt mista, Elementa in solis molicellis exiguis conservantur.

Nam ignis ubique et cum particulis aliorum. Itaque puritas solum in tam exiguis ut ab igne non possint penetrari.

[p. 118 sq.] Prop. 16. Mixta solida plerumque ubique sunt porosa.

Nempe mixtio fit conjunctione rarorum et densorum. Et fit solidum propter partium densarum vel continuitatem vel cohaerentiam per exiguitatem rarorum conjungentium. Et ob naturae inaequalitatem alibi densa abundant, alibi rara, et vacua per totum disseminata in quibus rara majuscula innatant et permeant huc illuc, id est pori seu meatus.

[p. 119 sq.] Prop. 17. Motus Universalis pervadit omnia corpora quae attingit,

nam mixtis immittit corpuscula circumfluitantia, per poros, quibus plena esse ostendimus.

[p. 120 sq.] Prop. 18. Corpus cujus pori minimi et stipatissimi difficilius impletur et magis retinet rarum quo semel est impl[e]tum.

Nam minores partes seu pori minores habent partes raras et ideo tanto difficil[i]us subeuntur a novo raro, et partes rari difficilius separabiles ab iis quibus adhaerent.

[p. 121] Prop. 19. Ex eodem motu universali oritur resistentia ad omnes alios motus quomodocunque oppositos.

Scilicet quatenus non participat de motu deorsum hactenus enim describit aliam lineam.

[p. 122] Prop. 20. Resistentia motus universalis ad motum transversum est in eodem medio major quam ipsius medii

utique enim constat quod medii resistentiam motus universalis vincit.

[p. 122 sq.] Prop. 21. Resistentia medii respectu quorundam gravium in ipso descendentium potest esse insensibilis et quasi nulla.

Nempe ita ut non sit sensibilis [differentia] quam faciat respectu diversae densitatis gravium. Nam quo minus densum est medium, eo major in eo velocitas in infinitum,[3] et ideo vis quaelibet potest percurrere quantumcunque spatium in quantulocunque tempore, quod si satis sit exiguum et jam differentia densorum aut minus densorum in eo insensibilis. Densiora enim velocius moventur.

[3] *Am Rande*: NB.

15 impl[e]tum (*1*) tanto diffi (*2*) Nam *L* 27 sit differentiam *L ändert Hrsg.*

[p. 123 sq.] Prop. 22. In medio insensibiliter resistente tota ratio resistentiae universalis ad reliquos motus sumitur a gravitate.

Nam resistentia gravitatis est universalis, resistentia medii hoc loco est insensibilis, ergo et resistentiae figurae et molis, nec alia nobis nota.

[p. 125 sq.] Prop. 23. In omni motu corporis a corpore fit compressio corporis moti secundum lineam motus.

Nam corpus movens movet remotius per propinquius (2. 27) successive (2. 30) ideo prius effectus in propiori. Ideo proximior pars prius movetur, ideo comprimitur quia remotior non simul cedit. Et mixta compressa excludunt nonnihil rara.

[p. 126 sq.] Prop. 24. Si corpus compressum extendat se ultra corpus immediate compressum movebitur totum corpus (+ immediate compressum +)

comprimitur enim versus corpus ulterius, quod ipsum vel comprimitur vel dividitur, et utroque modo nonnisi partem loci cedet, itaque parte corporis sui immediate compressum partem loci alterius occupabit, parte autem loci cessit prementi. Itaque totum corpus compressum locum mutavit.

[p. 127 sq.] Prop. 25. Vis motiva eadem quae incepit movere corpus si applicetur corpori in motu, et caetera sint paria faciet illud velocius moveri.

Nam virtus primo vicit resistentiam medii, comprimens et movens mobile. Sed rursus applicatum ei invenit jam compressum, et ideo majorem habet proportionem ad vincendam resistentiam medii.

[p. 128] Prop. 26. Sicut crescit velocitas motus in medio homogeneo sic crescit resistentia medii in quo fit motus.

Nempe motum esse velociorem significat plus praeterire medii seu plus superare resistentiae a medio.

[p. 129] Prop. 27. Eadem virtus quae incepit motum modo non sit infinita, si continuetur in eodem medio homogeneo habet terminum ultra quem non potest velociorem reddere motum.

Nam cum resistentia augeatur proportione velocitatis, quo magis crescit velocitas hoc minor restat virtus augendi. Sed velocitas crescere potest in infinitum ex mera multiplicatione spatii, adeoque resistentia. Itaque virtus si non sit infinita perveniet ad gradum ubi non augebit (+ Paralogismus +).

[p. 130] Prop. 28. Virtus continuata cum ad datum terminum venerit in medio homogeneo movebit aequaliter.[4]

---

[4] *Darüber korrigierend*: aequabiliter

Nam nec supra virtutem agere potest nec nisi impediatur infra. Nullum autem impedimentum omnibus manentibus.

[p. 130 sq.] Prop. 29. Virtus continuata quae perduxit mobile ad datum gradum velocitatis non potest immediate movere aequabiliter idem mobile in majori gradu velocitatis.

Nam major resistentia medii ad majorem gradum vincenda, quae consistit in extensione spatii et resistentia ad condensationem.

[p. 132 sq.] Prop. 30. Velocitas augetur a virtute continuata a principio motus usque ad acquisitionem termini in medio [homogeneo] et circumstantiis iisdem manentibus,

neque enim ab uno gradu ad alium immediate transiri potest nisi per medios (per praeced.) multo minus a quiete.

[p. 133 sq.] Prop. 31. Sed augmentum velocitatis semper decrescit

(ob majorem resistentiam).

[p. 134 sq.] Prop. 32. Quae velocius moventur majorem faciunt in resistentia impressionem.

Impressio scil. est imperfecta divisio facta in resistente per motum.

[p. 135 sq.] Prop. 33. Si duorum mobilium gravitas unius sit ad gravitatem alterius sicut velocitas levioris ad velocitatem gravioris impressio utrorumque in resistentia erit aequalis.

Gravitas scilicet est motus deorsum respondens moli et densitati, velocitas est motus respondens virtuti continuatae seu multiplicatae.

[p. 136 sq.] Prop. 34. Summe rara in minimis partibus facillime motum et concipiunt et amittunt.

Nam [rarissima] in minimis partibus sunt difficulter divisibilia, lib. 3. prop. 15. Ideo aeque ac densa sunt ad motum recipiendum disposita. Cessat praeterea in ipsis gravitas quae est in densis, cum a densioribus expellantur. Ideo facillime ab externo impelluntur, ergo et vicissim facillime motum cessante externo impulsore amittunt.

[p. 137 sq.] Prop. 35. Quae augentur in progressione Geometrica facile et cito perveniunt ad quamvis magnitudinem.

Nam minimum aliquid fit in brevissimo etiam tempore, unde in Progressione Geometrica dupla a sexta astronomica usque ad minutum jam crevit supra omnem aestimationem.

9 homogeneis *L ändert Hrsg. nach White* 20 scilicet (*1*) respondet (*2*) est *L* 24 raririssima *L ändert Hrsg.*

[p. 138 sq.] Prop. 36. Ignis est potentissimum naturae instrumentum ad motum localem,

summe scil. rarus, summe augmentativus sui corporis, et quia quod datus ignis potest in dato tempore ejus duplum duplus ignis (id est primus se duplicans) potest in aequali tempore. Itaque multiplicat se in progressione Geometrica. Praeterea ignis summe rarus est summe applicabilis in partibus minimis. Et quia facillime concipit motum velocissime movetur (prop. 34) ideo facile virtus ignis est maxima, id est motus, itaque ignis movetur et movet fortissime et facillime.

De communioribus speciebus motuum naturalium

lib. 5.

[p. 140. Definitiones]

Def. 1. Tractio vulgaris est qua movens per sensibilem contactum applicatur mobili et movet illud ad se.

Def. 2. Proprie trahitur quod sequitur ad motum alterius, ne sequatur divisio continui.

[p. 141 sq.] Prop. 1. Superficies intelligitur moveri connaturaliter, quando motus est parallelus perpendiculari per centrum [superficiei] actae.

Est enim linea perpendicularis brevissima inter duas superficies, motus autem superficiei est ad locum alterius superficiei, unde movetur superficies per lineam brevissimam, quando motus singulorum punctorum est per perpendicularem ad partem analogam loci superficiei occupandae, hoc est quando totus motus est parallelus perpendiculari ex centro superficiei motae [ducto]. Est autem connaturalitas superficiei per brevissimam lineam [fieri].

[p. 142 sq.] Prop. 2. Motus corporis a corpore est perfectissimus [caeteris] paribus, quando utriusque centra et corporum et superficierum feruntur supra eadem linea perpendiculari.

Nam motus corporis moventis derivatur ad corpus motum compressione per superficieis, et superficies ad superficiem optime movetur, quando motus est perpendiculari per centrum actae parallelus. Jam caeteris paribus (specialiter abstrahendo a gravitate)

17 superficiei *erg. Hrsg. nach White* 22 ductae *L ändert Hrsg. nach White* 23 fierri *L ändert Hrsg.* 24 certis *L ändert Hrsg.*

motus utriusque est parallelus perpendiculari per centrum actae, quando ipsa centra magnitudinis feruntur super eadem linea ad superficies conjunctas perpendiculari. Itaque is motus corporis a corpore est perfectissimus.

[p. 143 sq.] Prop. 3. Tractio vulgariter dicta includit trusionem seu pulsionem, pars enim [trahens] comprimit partem tracti versus lineam motus.

[p. 144 sq.] Prop. 4. In tractione proprie magis dicta intercedit dilatatio analoge ad compressionem in pulsu.

Nam et in tractione vulgari cum pars tracti pellitur pars non pulsa sequitur pulsam propter connexionem cum ea, hoc est ob resistentiam ad divisionem seu densitatem. Motus itaque tractionis in tracto agit ad separandam partem trusam a parte proprie tracta. Et quia nullus motus fit sine resistentia medii vel oppositi motus, neque ulla resistentia superatur sine tempore, ideo motus tractorius successive pervadit tractum et ideo [palam est] singulas partes tracti vel separari a conjunctis vel dilatari. Itaque dilatatio analoga est ad compressionem.

[p. 145 sq.] Prop. 5. Motus circularis componitur ex pulsu et tractu vel ex pulsibus oppositis.

Ut si linea recta mota circulariter secundum unam extremitatem quiescat, quod fieri non potest sine resistentia ad virtutem moventem, alioqui movens unam partem moveret totam, neque resistentia fiat in medio insensibili sine motu aliqualiter opposito ideo motus circularis in medio insensibili fit quatenus in extremo stante fit motus in partem oppositam. Itaque si intelligatur unicum movens, pellit secundum unam partem et trahit secundum aliam. Sin motus fiat a duobus agentibus motus circularis potest ex duobus pulsibus constare.

[p. 146 sq.] Prop. 6. Quilibet motus curvilineus compositus est ex infinitis rectilineis diversis et aliovorsum tendentibus, ideoque ex pulsu et tractu compositus est.

Nam duae quaevis tangentes curvam faciunt angulum et per consequens feruntur in diversa, et in quolibet puncto curvae [angulus] formari potest cujus latera in diversum ferantur et tamen [terminentur] in eadem curva, et ipsa participet de omnibus his directionibus, itaque infiniti motus recti potentia insunt. Et cum motus in angulis sibi occurrentes aliquatenus sibi sint oppositi secundum eandem rectam, per consequens pulsum et tractum includent.

5 tracti *L ändert Hrsg. nach White* 12 f. palam est *erg. Hrsg. nach White* 27 annulus *L ändert Hrsg. nach White* 27 cujus (*1*) puncta (*2*) latera *L* 28 termineantur *L ändert Hrsg.*

[p. 147] Prop. 7. Pulsus seu trusio est motuum simplicissimus caeterique eum includunt

quia motus super recta simplicior, et hic necessario vel a movente vel ad moventem, et tractio includit pulsum ideo compositior pulsu (+ non sequitur +) ideo pulsus est primus. Omnis autem motus etiam curvilineus includit motum super recta.

[p. 147 sq.] Prop. 8. In trusione plerumque expelluntur partes rariores corporis trusi

nam per lib. 4. prop. 23. prop. 16 est in ea compressio, in compressione autem pori fiunt minores, unde aliquae exprimuntur.

[p. 148 sq.] Prop. 9. Partes ex vi motus gravium exclusae redire natae sunt ad priorem situm cessante vi comprimente.

Nam ex vi motus gravium perpetua fit molitio ad subeundum corpus, lib. 4. prop. 13, [et] partes expulsae sunt connexae adhuc cum restantibus, et aptissimae secundum proportionem pororum ad [corpus] subeundum, ideo proportione virium rursus aperient corpus seu restituent.

[p. 149 sq.] Prop. 10. Si per motum mobile condensetur vel rarefiat intra terminos ejusdem substantiae naturalis cessante motore restituatur ad statum connaturalem densitatis.

Nam Ens naturale constantes habet causas debitae temperaturae, ut sine specialium causarum violentia non possit ab ea mutari, ideo quandiu retinet naturam ejusdem Entis naturalis, est in potestate causarum communium, restituere, ideo fit hoc cessante impedimento.

[p. 150 sq.] Prop. 11. Si corpus moveatur contra aliud corpus utrumque plerumque et comprimitur et restituitur aliquatenus.

Nam quantulacunque vis habet effectum, ideo aliquatenus movetur corpus excipiens, motus autem non est sine trusione, et trusio cum compressione seu expulsione rariorum partium et restitutione. Vicissim autem similiter reagitur in trudens.

[p. 151 sq.] Prop. 12. Si corpus densum moveatur in medio raro [cessante] primo motore et mobile et medium adhuc plerumque per eandem lineam aliquantulum movebuntur,

nam medium rarum necessario comprimitur motu mobilis, nec restituitur nisi cessante causa, sed causa movens solidum in raro semper fortius movet usque ad certum terminum lib. 4. prop. 30, itaque non cessat compressio donec cesset movens primum.

7 prop. 16 *erg. L* 12 ex *L ändert Hrsg. nach White* 13 rursus *L ändert Hrsg. nach White* 24 f. corpus (*1*) motus (*2*) | excipiens *erg.* | *L* 27 censante *L ändert Hrsg.*

Tunc autem si substantia non sit mutata necesse est incipere relaxationem, et dividetur movens a mobili, et per viam facillimam illac pelli scilicet, qua rarum jam in motu est.

[p. 152 sq.] Prop. 13. Cessante motore et mobile et rarum tardius moventur usque ad desitionem motus.

Cum enim rarum sit magis capax motus (lib. 4. prop. 34) in separatione mobilis a motore rarum movetur velocius (ϑ) et per consequens habet vim movendi. Sed cum sit rarum ut rarum minus conservativum motus (dict. prop. 34) seu magis passivum a causis alium motum imprimentibus, hinc motus gravitatis a constanti causa profectus, majorem vim exercebit contra motum a cessante causa inceptum, et rarum qua condensatum rarefaciet, mobile qua compressum relaxat. Unde minor virtus mobilis impellentis a tergo, major resistentis a fronte. Unde motus continue lentior, donec cesset. Cessat autem (lib. 4. prop. 24) cum adeo debilis facta compressio mobilis ut se non porrigat ultra ipsum mobilis corpus.

[p. 154 sq.] Prop. 14. Motus transversus cessante motore continuatur per impetus et semper declinat versus centrum.

Nam cessante motu proprio causa motus transversi est motus gravitatis, is autem hoc facit restituendo partes in statum ex vi gravitatis ipsis debitum. Deordinatae autem sunt vel quia densiores vel rariores debito vel quia non in suo loco. Ad restituendos igitur in mobile fit impetus a partibus medii post illud rarefactis et ita mobile promovetur, sed quia resistit mobile, et rarum restituitur retardatur motus mobilis, donec addito novo impetu reparetur sed in [minore] celeritate et sic usque ad desitionem. Sed haec omnia fiunt per motum aëris deorsum. Ergo revera mobile magis fertur deorsum.

[p. 155 sq.] Prop. 15. Quo partes rarae expulsae sicciores et magis igneae eo promtior restitutio, contra quo magis aqueae [et humidiores].

Nam in raris facilior motus, unde velociora nisi sint humida. Unde et eorum restitutio in poros, ignis autem velocissimum, aqua humidum maxime grossum et adhaerens.

[p. 157] Prop. 16. Si duo aequaliter restituibilia adversus se aequali vi et velocitate moveantur utrumque a [contactu] caeteris paribus aequaliter resiliet;

ob omnia paria per prop. 11 et quia cessante motore non ideo cessat linea motus per 12.

[p. 158] Prop. 17. Quotiescunque corpus unum contra aliud movetur sive cedere sive non moveri videatur pro suis circumstantiis aequa vi repellit corpus contra se motum.

21 meliore *L ändert Hrsg. nach White* 24 seu igneae *L ändert Hrsg. nach White*
29 contractu *L ändert Hrsg.* 33 videatur (*1*) aequali (*2*) pro *L*

Nam agens naturale agit quantum potest in positis circumstantiis. Itaque effectus par virtuti causae. Effectus est superare resistentiam passi. Est ergo aequalis virtuti causae. Est a resistentia motus oppositus, neque enim nisi per motum natura operatur.

[p. 159 sq.] Prop. 18. Si mobile agat contra corpus perpendiculariter plena vi agit in illud quo vero inclinatius eo debilius

nam per prop. 2 trusio perpendicularis perfectissima, si declinet eo magis fertur in latiorem partem superficiei percussae et dispergitur in plures partes [resistentis] et ideo vis moti debilior in ea proportione ad vim moti perpendiculariter in qua est superficies secundum quam fit contactus ad eam partem superficiei quae in motu perpendiculari obversa est corpori contra quod fit motus.

[p. 160 sq.] Prop. 19. Si corpus feratur contra aliud quod non cedit sensibiliter ex una parte perpendicularis resiliet ex adversa parte perpendicularis proportionaliter hoc est reflexio fit in angulos aequales.

Restitutio scilicet est compressio secundum lineam compositam ex perpendiculari et linea motus superficei percutientis.

[p. 161] Prop. 20. Cum corpori e loco moto adhaereant plura corpora, illud succedet in locum ex quo decedit cui secundum circumstantias facilius est.

Scilicet si omnibus positis facilius solvitur connexio corporis moti cum reliquis cohaerentibus quam cum uno aliquo illud succedet in locum corporis moti. Neque enim (per lib. 1. prop. 28) sic [dissolvi] potest ab omnibus ut fiat hiatus.

[p. 162] Prop. 21. Aqua in antlia secundum certam altitudinem potest elevari

quia facilius aquam succedere quam tubum hiscere vel suctorium flecti aliquousque.

[p. 163] Prop. 22. Aqua in siphone ascendit dum pes ex quo effluit humilior superficie aquae ex qua hauritur,

nam gravior aqua cruris in quo descenditur, unde major vis attractiva, quam restitiva.

[p. 163 sq.] Prop. 23. Aqua cum extrinsecis adminiculis calore adjuta potest assurgere per feltrum sine tubo.

Nam adhaerente igne facit compositum aqua levius aëre. Quod proinde assurget. Unde [si] ad siccum applicetur ab eo retinebitur supra reliquam aquam, et sic continue. Sed postea remisso calore poterit ex vi gravitatis descendere, et facere rivum continuum.

7 resistentes *L ändert Hrsg. nach White* 20 dissolvit *L ändert Hrsg.* 30 si *erg. Hrsg. nach White*

[p. 165] Prop. 24. Si corpus naturale generetur ex praejacente materia per affusionem humidi et congruam concoctionem natum est augeri per juxtapositionem.

Nam neque calor deficit ob actionem solis, neque humor, seu materia ex qua, ideo fit ex eo seu augetur per juxtapositionem.

[p. 165 sq.] Prop. 25. Si corpori poroso a natura comparatus sit fons humidi ex quo natum sit generari et modus irrigandi singulas partes ipsius corporis natum erit augeri per intus susceptionem,[5]

id est per singulas partes seu membra, partes autem quatenus adhuc de iis sermo est sunt homogeneae toti. Calor autem concoctivus est a sole, humorque ob fontem non deest.

[p. 166 sq.] Prop. 26. Corpus quod augetur per intus sumtionem[6] habet vehementes exhalationes et continuas.

Nam (lib. 4. prop. 7) nascuntur ex actione calidi in humidum, utroque enim corpus hoc abundat.

[p. 167] Prop. 27. Corpus quod habet vehementes exhalationes attrahit ad sese corpora circumfluitantia sensibiliter vel insensibiliter.

Nam exhalationes ex vi caloris hoc est cum rarefactione excitantur hinc intrinsecus humor non potest locum eorum implere, ergo corpora extrinsecus subeunt.

[p. 168] Prop. 28. Si pori corporis habentis vehementes exhalationes sunt valde exigui certi generis corpuscula magis ad illud moventur,

scilicet per adeo subtili[a] ut possint subire poros.

[p. 169] Prop. 29. Si corpuscula congrua advolationi sint constipata in corpore denso, ipsum corpus densum et grave per concomitantiam advolare poterit ad corpus emanationes emittens,

si scilicet gravitas superatur a conatu advolantium corpusculorum corpus in quo sunt secum trahentium.

[p. 170] Prop. 30. Si corpus emanans insigniter ex una parte emanet, et corpus advolans sit insigniter secundum certam partem stipatum corpicellis congruis motus eorum ad invicem fiet secundum partes determinatas utriusque corporis,

---

[5] *Bei White*: intra-sumptionem

[6] *Bei White*: intra-sumptionem

24 f. emittens, (*1*) attrahen (*2*) quia (*3*) si *L* 25 conatu (*1*) attrahendi corporis (*2*) advolantium *L*

ob eminentiam scilicet certam partium quoad emanationem in uno et suppletionem ex alio.[7]

[p. 171] Prop. 31. Si corpus liquidum vel in quo redundat humor redundet etiam partibus igneis adeo laxis; ut per se natae sint moveri, tale corpus movebitur ab [intrinseco] saltem secundum partes.

Nam et in visceribus corporum effectum habet motus gravitatis, unde motus descensus et ascensus qui si magnus sit sensibilis.

[p. 172] Prop. 32. Si corpus solidum connexum sit levi fluido ut non possit ab eo separari et vis movens fluidum superet vim gravitatis, tunc solidum sequetur motum [fluidi] contra motum gravitatis.

[p. 173] Prop. 33. Si in machina articulata leve inclusum artificialiter moveatur modo in uno membro modo in alio talis machina imitabitur motum animalem.

Motus enim animalis fit contractione et extensione per articulos et leve inclusum potest extendere molle continens vel deserere congrue.[8]

[p. 174 sq.] Prop. 34. Universa naturalis corporum operatio nobis nota vel est ignificatio vel dependet ab ignificatione.

Nam omnis operatio a motu. Hic cum trusione, trusio a gravitate (quantum scimus), gravitas a sole seu calore, hujus radii a generatione ignis in sole.

[p. 175] Prop. 35. Vis primo motrix naturae est admodum parva, et parvae in principio efficaciae.

Nam est excitativa ignis, et ignis minimus a motu minore quolibet dato cum in quolibet motu (lib. 2. prop. 22) sit rarefactio et aër maxime rarificabilis (lib. 4. prop. 4) et crescit facillime augmento suo omnia impellens (lib. 4. prop. 5) et ita facit omnes motus vel per eos dispergitur tantum.

---

[7] *Bei White*: emanationem ex una parte et suppletionem ex alia

[8] *Bei White*: congrue extendi vel contrahi

5 extrinseco *L ändert Hrsg. nach White* 9 tunc (*1*) fluidum (*2*) solidum *L* 10 solidi *L ändert Hrsg. nach White*

384. AUS UND ZU EINER REZENSION VON HUETS CENSURA PHILOSOPHIAE CARTESIANAE

[Sommer bis Herbst 1689 (?)]

Huet's *Censura Philosophiae Cartesianae* wird im *Journal des Sçavans* von 1689 ausführlich besprochen, die Kapitel 1–3 in Folge XXI vom 6. Juni, die Kapitel 4–7 in Folge XXII vom 13. Juni, Kapitel 8 in Folge XXIII vom 20. Juni 1689.

Bei seinem kurzen Exzerpt der Kapitel 1–3 (N. 384_1, erster Absatz) gibt Leibniz auch den im *Journal* nicht erwähnten Verleger an, das Buch von Huet muß ihm also vorgelegen haben. Dies gilt auch für die *Resolutions* von Saintebeuve (N. 384_1, zweiter Absatz). Das ausführliche, lateinische Exzerpt des 8. Kapitels der *Censura* (N. 384_2) dürfte zeitlich mit dem kurzen Exzerpt eng zusammenhängen. In beiden Fällen verwendet Leibniz italienisches Papier. Für eine Datierung auf 1689 spricht auch, daß Huet in diesem Jahre noch designierter, vom Papst aber nicht ernannter Bischof von Soissons ist, ehe er im selben Jahre das Bistum von Avranches erhält, das er aber erst 1692 übernimmt.

384_1. AUS DEM JOURNAL DES SÇAVANS 1689, XX UND XXI

Überlieferung: *L* Auszug: LH IV 1, 4e Bl. 2. 1 Zettel (10 × 13,5 cm). $^3/_4$ S. (Auf Bl. 2 v°: »lettera al Sig^r Bolis de' Signori fratelli Lauber di Venetia«.)

Censura Philosophiae Cartesianae Petri Danielis Huetii Episcopi Suessionensis destinati. 12°. Paris chez Dan. Horthemels 1689.

Je pense, c'est à dire *je suis pensant*. Il suppose donc qu'il est. De plus il faut que cette pensée ait un objet, qui est une pensée precedente. Je ne pense pas à la pensée presente, mais à la precedente, *je pense que j'ay pensé*. Il faut inferer, *j'ay pensé, donc je suis*, ce qui n'est pas certain. M. de Soissons remarque que de faire *consister la nature de l'homme en ce qu'il pense, est une des heresies des 3 premiers siecles*.

Resolutions de plusieurs cas de conscience touchant la morale et la discipline de l'Eglise par feu M. de Saintebeuve docteur de la maison et societé de Sorbonne, professeur du Roy en Theologie. In 4°. *Tom. 1. Guill. Des Prez rue S. Jaques 1689*. Il n'est pas pour la frequente exposition du S. sacrement à l'autel ou dans les processions.

17–23 Vgl. *XXI. Journal des Sçavans, du Lundy, 6 Juin*, Amsterdam 1689, S. 380–389, bes. S. 380–383 u. 389. 24–27 Vgl. *XX. Journal des Sçavans, du Lundy 30 Mai*, Amsterdam 1689, S. 353–362, bes. S. 353 u. 355.

384_2. AUS UND ZUR REZENSION IM JOURNAL DES SÇAVANS 1689, XXIII

Überlieferung: *L* Auszug mit einer Bemerkung aus *Journal des Sçavans, du Lundy 20 Juin*, XXIII, Amsterdam 1689, S. 404–413: LH IV 1, 4e Bl. 1. 1 Bl. 8°. 2 S.

In *diario eruditorum Gallico*; 20 Junio 1689 ex Huetii *Censura philosophiae Cartesianae*, exhibentur,et non obscure approbantur acerrimae Cartesianae philosophiae accusationes. Improperatur ipsi sententias introducere fidei contrarias, et quo satisfacere videatur; asseverare contradictoria non sua natura sed voluntate Dei esse impossibilia qui facere possit, quae ratio impossibilia doceat, ut bis duo esse tria, et totum esse aequale parti. Cartesianos passim statuere: aeque fidei ac evidentiae submittendam mentem. Libros sacros pro Judaeis tantum non pro theologis nostri temporis esse scriptos. Fidei dictata de poenis aeternis ad terrorem simplicium esse inventa; Dogmata fidei non nisi per viam verisimilitudinis ad nos venire. Nihil posse creari. Fidem non debere probabilitatibus stabiliri (+ hoc priori contradictorium +). Cum Christus bonum pro malo reddi jubet, tantum velle nos a vindicta removere, ut baculum curvam in contrarium flectamus. Vetant causas finales quaeri, negant Deum creare, annihilare, penetrationem corporum efficere posse. Mundum infinitum facere et materiam Deo aequare. Philosophiam Machinalem quae per se ad impietatem inclinet animos, ita a Cartesianis exaggeratam esse, ut jam et effectus Gratiae, et peccati ad leges mechanicas reducere moliantur. Cartesium candore paruisse ostentationi et tempori sua accommodasse. Specie modestiae gloriam ambitiose quaesisse, et simulasse ignorantiam opinionum alienarum, maluisseque inventorem quam doctum haberi, sed alicui ipsi non cogitanti elapsam esse confessionem, omne genus librorum ab ipso lectum. Idque ex lectione librorum ejus apparere. Sed sectatores ejus revera ignorantiam quam ille affectabat retinuisse. Quorundam ea fuit impudentia, ut non dubitarent scribere non magnam jacturam fore, si veteres philosophi et poetae perirent, digna barbaro voce. Vetare doctrinam linguarum orientalium, ignorantiae usus in interpretandis libris sacris; Astronomiam spernere. At Telescopia atque

4 *Gallico*; (*1*) Junii mense (*2*) | 20 *erg.* | *L* 5 *Cartesianae*, (*1*) repetuntur (non sine affe (*2*) exhibentur *L* 6 ipsi (*1*) fidei veritates sta (*2*) sententias *L* 6 et (*1*) satisfactionem simulare (*2*) quo *L* 7 asseverare (*1*) res (*2*) contradictoria *L* 10 scriptos. (*1*) Decreta (*2*) Di (*3*) Fidei *L* 14 reddi (*1*) contendit (*2*) jubet *L* 21 maluisseque (*1*) eruditum (*2*) inventorem *L* 24 scribere (*1*) nullu (*2*) non *L*

microscopia irridere, quibus physica ampliata est. Criticam contemnere, quae alias scientias velut munit, Historiam et Geographiam etiam vituperare, quasi quisque primum vicina et sua discere debeat, et Lutetiam mensurare, antequam ad Sinas animo excurrat. Denique eruditionem pro vitio habere, et cum S. Paulus questus sit scientiam inflare, hodie ignorantiam inflare videri. Cartesium nihil fere novi invenisse. Cum Academicis et Aristotele ipso a dubitatione incepisse. Illud *cogito ergo sum*, habuisse ex S. Augustino. Cum Platone, Aristippo, Epicuro, regulam veritatis in perceptione clara et distincta collocasse, exemplo Baconi Causas finales rejecisse. S. Augustinum imo jam Proclum autores esse probationis quod anima a corpore distinguatur. Existentiae Dei argumentum totum esse S. Anselmi. Jamblichum ante ipsum dixisse; ideam Dei ab aliis ideis naturae esse differentis. Protagoram, Cyrenaicos, Arnobium nihil esse certum affirmasse praeter perceptiones interiores, Platoni res incorporales ante alias cognosci et esse [in] nobis ideas a sensibus non acceptas. Ab Augustino male intellecto didicisse animam sentire, non corpus, Galenum jam attulisse et refutasse opinionem eorum qui spiritus animales in glandula pineali collocabant. Rationem hujus opinionis, quod sensuum sedes sit in parte aliqua non geminata a Platone et Stoicis sumtam. Philosophos istos Arabes qui Locutores dicebantur (*parleurs*) dixisse quicquid intelligi potest esse posse. Multorum antiquorum fuisse sententiam, quod notiones externorum per sensus venientes, sint animae modificationes. Platonem rationes affectuum machinales reddidisse, Ciceroni, Diogeni, Proclo, ipsi Platoni bestias alicubi machinas videri, et novissime Gometium Pereiram Hispanum libro singulari, dicta quaedam Ambrosii et Augustini efficere potuisse, ut Cartesius dixerit res sine sua essentia subsistere posse, et esse simul et non esse. Thales et omnis usque ad Platonem schola jonica, Aristoteles et Stoici vacuum exclusere. Guilielmus Parisiensis jam dicebat annihilato [contento] latera vasis se tactura. Plotinus ut Cartesius

7 Epicuro, (*1*) ⟨men⟩ (*2*) regulam *L* 16 aliqua (*1*) una (*2*) non *L* 23 et (*1*) ipse (*2*) Stoici *L* 24 dicebat (*1*) sub (*2*) annihilato *L* 24 continente *L ändert Hrsg.*

4 1. Kor. 8, 1. 6 ARISTOTELES, *Metaphysica*, III, 1, 995 a 25 – 996 a 17. 6 f. AUGUSTINUS, *De civitate Dei*, XI, 26. 8 F. BACON, *De dignitate et augmentis scientiarum libri IX*, London 1623, III, 4. 8 f. AUGUSTINUS, *De Trinitate libri XV*, X, 10. 8 f. PROKLOS, *Institutio theologica*, prop. 185. 10 ANSELM VON CANTERBURY, *Liber contra insipientem*, vgl. N. 129. 10 JAMBLICH, *De mysteriis*, sect. I, cap. 3. 11 f. ARNOBIUS, *Adversus gentes*, lib. VII. 13 AUGUSTINUS, *De genesi ad literam*, XII, 24. 14 f. GALEN, *De usu partium corporis humani*, VIII, 14. 16 f. M. MAIMONIDES, *More Nebuchim*; lat. Ausg., *Doctor perplexorum*, Paris 1520; hrsg. v. J. Buxtorf, Basel 1629, pars I, cap. 69 u. 73. 19 PLATON, *De legibus*. 19 CICERO, *Tusculanae Disputationes*, lib. IV. 19 f. PSEUDO-PLUTARCH, *De placitis philosophorum*, 908f–909a. 20 f. G. PEREIRA, *Antoniana Margarita, opus nempe physicis, medicis, ac theologis non minus utile, quam necessarium*, Medina del Campo 1554. 21 f. AUGUSTINUS, *De civitate Dei*, XXI, 8. 24 f. PLOTIN, *Enneades*.

putabat, non posse creare Deum quam quod creavit. Anaxagoras materiam infinitam supposuit divina mente ordinatam. Partes illae exiguae etiam Empedocli, Heraclito, Leucippo, Democrito placuere. Thaleti, Pythagorae, Academicis, Aristoteli, materia divisibilis in infinitum. Anaximandro, Anaximeni, Anaxagorae, Democrito, mundi infiniti, Anaximandro, Diogeni Apolloniatae, Melisso et nasci et interire videbantur. Melissus vacuum rejiciebat. Leucippo et sectatoribus motu circulari formatus est mundus ex exiguis corporibus. Heraclito et Pythagoricis tot mundi quot stellae. Vortices a Democrito et Epicuro, et re et nomine simile quid ab Anaximene a Diogene Apolloniata dictum. Rudimentum hujus doctrinae apud Plutarchum *de facie lunae*; sed clare exposita et formata apud Jordanum Brunum libro *de immenso et innumerabilibus*. Aristoteli palpitatio cordis ab effervescentia sanguinis. Gilbertus, Galilaeus, Keplerus plurima suggessere. A postremo vortex circa solem. A Fracastorio opinio Cartesiana de cometis quam juvit Keplerus. Empedocli ignis materia astrorum. Et Parmenidi ignis terrae inclusus causa motus telluris. Quae de attractione Magnetis Platonici, Cartesianis accedunt, Seleucus habet fluxum et refluxum a compressione venti inter terram et Lunam. Cartesiana tonitru[i] et fulminis causa ab Anaxagora et Stoicis, Aristarcho, Democrito, Epicuro, colores lumen modificatum.

2 ordinatam. (*1*) Haec materia, ut Empedocli (*2*) Partes (*a*) ex (*b*) est (*c*) illae *L*

12 J. KEPLER, *Epitome astronomiae Copernicanae*, Frankfurt 1618, lib. IV, pars 2, cap. 3.
15 f. PSEUDO-PLUTARCH, *De placitis philosophorum*, 897c.

D 1. THEOLOGIA

385.CONSIDERATIO LOCORUM QUAE PRO PURGATORIO ADDUCUNTUR
Januar 1677

Überlieferung:
L Konzept: LH I 3, 4 Bl. 6–11. 3 Bog. 2°. 10 $^1/_4$ S. auf Bl. 6, 10, 11, 9, 8 u. 7.
E GRUA, *Textes*, 1948, S. 150–155 (Teildruck).

Das Stück wurde nicht in einem Zug geschrieben, wie der Wechsel von Tinte und Duktus erkennen läßt. Der erste Ansatz (N. 385_1), von Leibniz mit Januar 1677 datiert, wurde anschließend stark überarbeitet und ergänzt (N. 385_2). Inhaltliche Übereinstimmungen mit dem von Leibniz mit Februar 1677 datierten Auszug aus Basilius (N. 429) legen die abschließende Bearbeitung in diesem Zeitraum nahe. Die endgültige Fassung orientiert sich eng an Bernhard Rebolledos *Dissertatio apologetica de purgatorio*, Köln 1660, anfangs besonders an den Seiten 25–40, im abschließenden Teil an den Seiten 18–20. Die Stellensammlung (N. 385_3), für die ein erster, abgebrochener Ansatz mit dem Hinweis auf Robert Bellarmin auf Bl. 6 r zu belegen ist, folgt seinen *Disputationes de controversiis christianae fidei*, Tl II, Controv. III: *De ecclesia quae est in purgatorio*, Köln 1617–1620, lib. I, cap. 3 u. 4, Sp. 574–609.

385_1. ERSTER ANSATZ

Januar 1677

Excussi[1] loca plurima veterum quae a Romanae Ecclesiae scriptoribus ad probandum purgatorium reperiuntur, et rejectis illis quae mihi non magnam vim habere videntur, illa saltem retuli quae suspicionem aliquam injicere possunt Sententiae a Romana hodierna non abhorrentis.

Ex discussione autem ista hoc saltem didici: Omnes fere sanctos Patres ignem quendam purgatorium seu poenam temporalem post mortem etiam fidelibus plerisque

[1] *Auf der Rückseite*: Bellarminus ait Chrysostomum docere Purgatorium inprimis *Homil. 3. in Epist. ad Philipp.* et *Homil. 69. ad populum Antiochen.* Augustinus lib. 12 *Genes.* c. 33 de [*bricht ab*]

17 veterum *erg. L* 19 quae (*1*) difficultatem aliquam non (*2*) suspicionem *L* 20 f. abhorrentis. (*1*) Mirabitur aliquis ⟨ – – – ⟩ (*2*) Ex *L* 22 fidelibus (*1*) vel omnibus, ut putat S. Ambrosius (*2*) vel omnibus (*3*) vel (*4*) plerisque *L*

23–25 Vgl. R. BELLARMINO, *Opera omnia*, 7 Tle in 4 Bdn, Köln 1617–1620, Tl II, Controv. III, lib. I, cap. 4. 24 Homil. 69: wohl gemeint: JOHANNES CHRYSOSTOMUS, *Homiliae LV in Acta Apostolorum*, Hom. XXI, cap. 4. (PG 60, Sp. 170).

infligendam statuisse, graviorem pro modo peccatorum. Eo tamen discrimine ut Graecae Ecclesiae doctores id quidem ad ignem illum transitus retulerint, quem sentire omnes ipso resurrectionis tempore necesse erit cum in occursum Domini rapientur, quanquam huic quoque igni moram aliquam concessisse videantur. Ecclesia occidentalis jam a Tertulliano et Cypriano eo inclinasse videtur, ut statueret, animam statim a morte poenis quibusdam subjici, et ex iis purgatam liberari atque ad beatitudinem admitti. Negari itaque non potest ejus sententia quae nunc in Romana viget Ecclesia, expressa satis etiam in vetere Latina vestigia extitisse. In Graeca vero Ecclesia neque olim, neque ut arbitror hodie ejusmodi purgatorium creditum est.

Ex locis veterum quae ad probandum purgatorium afferuntur, paucissima ad rem pertinent. Ecclesia Romana hodie docet, Purgatorium esse sive locum sive statum animarum fidelium, in quo post mortem aliquandiu poenas peccatorum gravissimas luunt, et vivorum precibus ac sacrificiis juvantur: donec placata divina justitia purgatae ad beatitudinem admittuntur.

Loca autem quae ad hoc probandum afferuntur ex Sanctis Patribus, alia tantum probant pro mortuis esse orandum, alia tantum ostendunt aliquod esse purgatorium. Hoc vero multi veteres ac recentiores admittunt tempore resurrectionis, ubi omnes per ignem probandos arbitrantur, neque ideo purgatorium Romanae Ecclesiae agnoscunt.

Fateor, ex oratione pro defunctis non sequi purgatorium Romanae Ecclesiae. Vis argumenti talis: Si orandum est pro mortuis, sequitur mortuos precibus juvari. Si mortui precibus juvantur, sequitur eos neque plene damnatos, neque omnino salvos, sed adhuc poenae capaces esse. Si mortui fideles poenae capaces sunt, sequitur esse Purgatorium. Ergo si pro mortuis orandum est, admittendum est purgatorium.

Ad hoc argumentum responderi potest primum negando, quod necesse sit mortuos precibus juvari. At vero, inquies, ita inutiles sunt preces. Fateor inutiles erunt ipsis mortuis, sed non omnino omnibus aliis. Erunt enim preces pro defunctis, saltem vota quaedam. Vota autem etiam tum concipi possunt et solent, cum res non est amplius integra; usumque saltem hunc habent, tum ut affectum nostrum testemur, tum ut omnia ad Dei, quem imploramus, voluntatem referamus, quodam honoris, et cultus

1 graviorem | ac diuturniorem *gestr.* | pro modo (*1*) poenae (*2*) peccatorum. *L* 2 transitus (*1*) referrent (*2*) retulerint *L* 4 aliquam (*1*) satis notabilem (*2*) concessisse *L* 4 f. videantur. (*1*) At vero (*2*) Ecclesia (*a*) Romana | (*b*) occidentalis *erg.* | jam a Tertulliano et Cypriano (*aa*) statu (*bb*) eo *L* 10 veterum *erg. L* 12 fidelium, (*1*) quae antequam beatitudinem adipiscentur peccatorum poenas temporales luunt, ut purgati postea coelum ingrediantur (*2*) quae (*3*) in quo *L* 13 juvantur: (*1*) donec (*2*) ac denique (*3*) | donec *erg.* | *L* 19 Fateor *erg. L* 21 mortui | fideles *erg. u. gestr.* | precibus *L* 26 omnibus aliis *erg. L*

genere. Ita solemus de rebus praeteritis vota et tantum non preces concipere. Pone nuntiari mihi praelium ingens, cui frater meus aut amicus interfuit. Ego statim ad Deum ac vota conversus ex animo opto, ut ne quid mali ei acciderit: quanquam postea re subtilius excussa facile intelligam factum infectum fieri non posse, et, si ille semel occisus est non ideo non-occisum, si salvus evasit non ideo hodie in praelio hesterno occisum iri. Nescio quid alii faciant, mihi certe saepe ejusmodi vota primo animi impetu excidere. Fortasse non defuere qui et nuncupavere vota in casu simili, et damnati solvere. Quo minus mirandum est viventes in vota erumpere pro mortuis, caritate accensos, quoniam de re summa animae nimirum defuncti felicitate, agitur. Nam incerta atque ignota a nobis solent pro infectis haberi, quae vera est ratio cur circa res praeteritas ac transactas preces fundamus. Idem est de futuris certis ac determinatis. Nemo dubitat quin beatitudo aut damnatio mortuorum certa sit, neque ullis precibus ac meritis mutabilis, nam ex Romanae quoque Ecclesiae sententia, si damnati sunt, certe ex inferno non redimentur, si in coelum translati, non excident felicitate; si in purgatorio sunt, securi sunt felicitatis futurae. Mortuorum ergo beatitudo ac damnatio nulli mutationi subjecta est. Inutilia ergo ipsis erunt vota quibus a Deo aeternam eorum salutem flagitabimus. Usui tamen et instinctui cuidam naturali convenire nemo diffitebitur.

Deinde negatur ex eo quod mortui precibus juvantur, sequi eos sub poenis esse; possunt enim majorem gloriam nostris precibus obtinere.

Tertio negatur ex eo quod puniuntur fideles mortui, sequi Purgatorium Romanae Ecclesiae, Graeci enim Veteres id de suo purgatorio interpretabantur, quod in die resurrectionis omnes subire arbitrantur.

Et haec quidem de Locis in quibus fit mentio precum pro mortuis; accedo ad loca in quibus fit mentio ipsius poenae temporalis post mortem, ignis, purgationis. Talia sunt loca quod omnis anima igne salvetur; quod illi quorum opus arserit salvi erunt quasi per ignem, quod (: argumento a contrario sensu :) quaedam peccata in futuro seculo remittentur. Haec omnia commode admodum explicari possunt per purgatorium resurrectionis.

5 ideo (*1*) resuscitatum (*2*) non-occisum *L* 16 Deo (*1*) mortuorum (*2*) aeternam | eorum *erg.* | *L*
18 mortui (*1*) poenae (*2*) precibus *L* 18 f. eos (*1*) puniri (*2*) sub poenis esse *L*
20 fideles *erg. L* 22 omnes (*1*) ⟨patiuntur⟩ (*2*) subire *L*

385_2. ENDGÜLTIGE FASSUNG

Wir folgen der von Leibniz angegebenen Zählung der Seiten unter Berücksichtigung seiner Einfügungsanweisungen.

Consideratio locorum potissimorum quae pro Purgat[or]io ex Scriptura Sacra et Sanctis patribus adducuntur

Omitto primum Loca quae parum ad rem facere visa sunt, tametsi a multis adducuntur:idque facio vitandae inutilis prolixitatis causa. Cur enim examinem quae manifesto infirma sunt. Omitto secundo loca quae probant tantum preces pro defunctis, quia eas concedunt protestantes, frustra ergo probabitur, quod conceditur. Tantum ostendendum erit, quod illi negant, ex Precibus pro Defunctis sequi Purgatorium, quod alterius est loci, neque enim hic ratiocinationes sed autoritates afferam. Omitto tertio loca sane plurima quae explicari possunt de Purgatorio resurrectionis, cujus ignem sensuros qui in occursum Domini tunc rapientur nonnunquam SS. Patres dixisse videntur, et protestantium multi concedunt.

Itaque ea tantum adducam loca quae conferre possunt ad probandum Purgatorium quale statuit hodie Romana Ecclesia; quod ita definio ex ejus mente: Purgatorium est locus sive status animarum fidelium, in quo statim post mortem aliquandiu poenas peccatorum gravissimas luunt et vivorum precibus ac sacrificiis juvantur, donec placata divina justitia ad beatitudinem etiam ante resurrectionem admittantur. Quod Purgatorium patet differre ab eo quod appellavi purgatorium resurrectionis. Hoc enim dicitur esse

4 f. pro (*1*) Purgatorio (*2*) Purgat[or]io (*a*) adduxit Comes de Rebolledo Hispanus (*b*) ex . . . patribus (*aa*) adduci solent (*bb*) adducuntur. *L* 6 quae (*1*) tantum probant preces pro defunctis, quia de illis nemo dubitat, et separatim instituenda quaestio est, an inde Purgatorium probetur. (*a*) Omitto et loca quae cuivis aequo aestimatori parum ad rem facere videbuntur. (*b*) Omitto et loca quae parum ad rem facere visa sunt, ne scilicet ea refutanda (*2*) parum *L* 6–8 tametsi . . . sunt. *erg. L* 9 protestantes, (*1*) et separatim ostendendum est, quod illi negant (*2*) frustra ergo (*a*) probare (*b*) probabitur, *L* 11 f. quod . . . afferam. *erg. L* 12 loca (*1*) quae probant Purgatorium (*2*) sane plurima quae (*a*) trahi (*b*) explicari *L* 15 probandum *erg. L* 17 statim *erg. L* 19 etiam ante resurrectionem *erg. L* 20 enim (*1*) erit (*2*) dicitur esse *L*

4 (Variante) Leibniz bezieht sich auf B. REBOLLEDO, *Dissertatio apologetica* [*De Purgatorio*], Köln 1660.

universale omnium scilicet post resurrectionem, tametsi non aeque omnibus grave ac durabile. Neque animae separatae est, sed totius hominis post corporis et animae reconjunctionem. Contra purgatorium Romanae Ecclesiae, est unicuique proprium ac particulare, tametsi in uno communi loco fiat; et incipit statim post mortem cujusque, et finit statim ubi placata divina justitia est, etiam ante resurrectionem. Qui hoc discrimen perpenderit, non mirabitur, cur plurima veterum loca non adduxerim, in quibus fit mentio poenae temporalis post mortem, ignis, purgationis, quoniam pleraque etiam ad Purgatorium Resurrectionis trahi possunt. Ego vero illa tantum loca proferre volui, quae non ita facile a Protestantibus declinari queant. Caeterum ut clarius intelligatur hoc quod aliqui introducunt purgatorium resurrectionis, sequentia notari intererit: Creditum est enim et a veteribus et a recentioribus multis omnes post resurrectionem in occursum Domini rapiendos, ac per ignem probationis ac purgationis transituros eumque plus minusve pro purgationis necessitate et culpae gradu sensuros; hoc ipso igne justorum corpora glorificatum iri velut aurum in fornace summam pulchritudinem nanciscitur: impios vero tenebris et horrori damnatos, alio ignis genere non purgandos, sed sine fine cruciandos et magis magisque inquinandos esse. Locus certe ad Corinthios huic purgatorio favere illis visus est, qui ita sentiunt: verba haec sunt: 1. Corinth. III, 11. 12. 13. 14. 15.

Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, praeter id quod positum est, quod est Christus Jesus.

Si quis autem superaedificaverit super fundamentum hoc aurum argentum, lapides pretiosos ligna foenum stipulam uniuscujusque opus manifestum erit.

Dies enim Domini declarabit quia in igne revelabitur, et uniuscujusque opus quale sit ignis probabit.

Si cujus opus manserit quod superaedificavit mercedem accipiet. Si cujus opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem salvus erit sic tamen quasi per ignem.

Verba: *dies enim Domini declarabit* ex eorum sententia ostendunt sermonem esse de magno illo die adventus Domini, quo fideles, per ignem purgationis et examinis transibunt.

1 scilicet (*1*) die judicii (*2*) post *L* 2 f. Neque . . . reconjunctionem. *erg. L* 4 cujusque *erg. L* 15 sine fine *erg. L* 17 favere (*1*) videtur (*2*) illis . . . sentiunt: *erg. L* 27 *declarabit* (*1*) satis (*2*) ex eorum sententia *L* 28 quo (*1*) omnes (*2*) fideles, *L* 28 et examinis *erg. L* 29–S. 2128.1 transibunt. (*1*) Rejectis ergo locis omnibus, (*a*) in quibus (*b*) quae ad ipsum Romanae Ecclesiae Purgatorium non referuntur, operae pretium erit, ut justitiae atque ingenuitati litemus, ea, licet pauca exhibere, quae Purgatorio quale hodie creditur favent: (*2*) Venio . . . Graecorum. *L*

19–26 *Fundamentum . . . ignem*: 1. Kor. 3, 11–15.

Venio nunc ad loca SS. Patrum, et primum Graecorum. Origenis pleraque loca etiam ad Purgatorium Resurrectionis possunt applicari, uno excepto: lib. 8. in *Epist. ad Rom.* cap. 11. ad verba *nolo vos ignorare fratres mysterium hoc*, sub fin.

Haec ipsa inquit *purgatio, quae per poenam ignis adhibetur, quantis temporibus, quantisque seculis de peccatoribus exigat cruciatus, solus scire potest cui pater omne judicium tradidit.*[2] Verum cum ego ipsum Origenis librum evolvissem, deprehendi aliam quandam ejus esse sententiam abstrusiorem, et ut ipse satis innuit mysticam, quam et Apostolum verbis opertis innuere voluisse putat: quod nimirum omnes animae tandem salventur: Apostolus enim dixerat: *omnis Israel salvus fiet*. Origenes subjicit: *eos quidem, qui beati sunt* etc. *praesentis Evangelicae doctrinae sermo purificat* etc. *qui vero verbi Dei et Evangelicae doctrinae purificationes spreverit* etc., *poenalibus purificationibus semet ipsum reservat ut ignis Gehennae in cruciatibus purget, quem nec Apostolica doctrina, nec Evangelicus sermo purgavit* etc. Et subjicit: *Verum haec purgatio quae per poenam ignis adhibetur* (etc. usque ad) *omne judicium tradidit quia ita diligit creaturam suam, ut pro ipsa evacuaverit semet ipsum*. etc. *volens omnes homines salvos fieri* etc. *Verum meminisse semper debemus quod praesentem locum Apostolus quasi mysterium habere voluit* etc.

Vides expresse asseri ab Origene beatos non intrare in purgatorium, sed damnandos tantum; infernumque ipsum seu ignem gehennae esse Purgatorium. Et constat jam veteres Origenem hujus erroris accusasse. Unde patet quam imprudenter hunc locum citaverint illi qui rhapsodias ex locis SS. Patrum non intellectis contexunt. Nam ipse infernus Origeni nil nisi purgatorium est.

S. Basilius M. ad cap. 4. *Isaiae* (*quia abluet dominus sordes filiorum et filiarum Sion etc.*) expressis verbis dicit examen hoc futurum esse per *ignem judicii*. Item: *ardorem seu exaestuationem judicii*. Unde videtur probari purgatorium Resurrectionis.

[2] *Am Rande gestr.*: Hinc patet imprudenter passim citari hunc locum Origenis. Origeni enim infernus ipse nil nisi purgatorium est.

3 11. (*1*) *haec ipsa purgatio* (*2*) ad *L* 8 f. tandem *erg. L* 19–22 Et . . . Unde (*1*) vides qu (*2*) patet . . . est *erg. L* 25 Unde . . . Resurrectionis *erg. L*

3 *nolo. . . hoc*: Röm. 12, 25. 4–6 ORIGENES, *Commentarii in Epistolam ad Romanos*, VIII, 12 (PG 14, Sp. 1198 B). 9 *omnis . . . fiet*: Röm. 11, 24. 9–17 ORIGENES, a.a.O. (PG 14, Sp. 1198 A-B). 23–25 BASILIUS der Große, *Commentarium in Esaiam Prophetam*, cap. 4 (PG 30, Sp. 339 D – 342 B); vgl. Isaias 4, 4.

Posset tamen ad hunc locum responderi: judicium intelligi non extremum sed quodlibet examen et probationem. Itaque non posse ex hoc loco judicari fateor an de purgatorio animae separatae, an vero de purgatorio resurrectionis loquatur. In hoc inclinavi subinde ut crederem hinc probari purgatorium animae separatae: quoniam postea ad 6 *Isaiae*. verb. *et in manu habebat carbonem* subjicit: *coeleste quoddam insinuare intelligendum est altare istud, nempe locum lustrandis animabus accommodatum, e quo ignis ille purificativus per eas virtutes eximia sanctitate praeditus elicitur*: mox tamen iterum dubitare coepi, ipso loco diligentius excusso: subjicit enim post verba: *praeditus elicitur, Tali igne cor Cleophae et Simonis inardescebat Domino iis adaperiente Scripturas. Consimili igne incalescit cor Spiritu ferventium.*

Procopius Gazaeus ad cap. 6. *Isaiae In spiritu sancto et igne baptizat salvator cum non nisi solo igne divino purgari quenquam posse certum sit. Quale enim cujusque sit opus, ignis probabit, et salvabitur ait tanquam per ignem. Capit unus de Seraphim qui locus est purgationis animarum coelestis, unde sanctificantibus et lustrantibus potestatibus ignis purgatorii emittitur.* Ecce iterum locum purgationis animarum. Et videtur Basilii verba supra dicta ante oculos habuisse Procopius iste. Sed difficile est haec conciliare cum purgatorio de quo agitur. Baptismum per ignem huc accommodat Procopius, quemadmodum et Origenes et Basilius qui duplicem baptismum per aquam et per ignem ad sordes quoque dupliciter abluendas utilem ad ignem purgatorium referunt. Purgationem tamen animarum coelestem Procopius vocat quod nescio an intelligi possit de igne purgatorii quod dicitur fore apud inferos, ac proinde non convenit cum altari illo coelesti seu loco purgationis ex quo Seraphim carbonem capit.

1 Posset (*1*) Locus illic (*2*) tamen *L* 3 purgatorio (*1*) status s (*2*) animae *L* 3 f. loquatur. (*1*) Sed cum | mox *erg.* | (*2*) In hoc (*a*) tamen (*aa*) inclino ut credam (*bb*) inclinarem ut crederem ab eo intelligi (*b*) inclinavi . . . probari *L* 5 postea *erg. L* 8 iterum (*1*) mutavi sententiam (*2*) dubitare coepi *L* 8 diligentius *erg. L* 12 *Isaiae* (*1*) eodem modo loquitur (*2*) ad huc magis intricate loquitur (*3*) miscet (*4*) clarius hunc locum ad purga (*5*) *In L* 17 Basilii (*1*) locum (*2*) verba | supra dicta *erg.* | *L* 17 iste *erg. L* 17 f. est (*1*) ista (*2*) | haec *erg.* | *L* 18 purgatorio (*1*) Ecclesiae Romanae hodierno. (*2*) de quo agitur (*a*) Nam (*b*) Baptismum *L* 19 Procopius, *erg. L* 20 utilem *erg.* (*1*) accommodant ad ignem purgatorium (*2*) ad . . . referunt. *L* 21 tamen (*1*) Procopius (*2*) animarum *L* 21 an (*1*) dici | (*2*) intelligi *erg.* | *L* 22 purgatorii (*1*) Romano, quemadmodum (*2*) et de (*3*) quod . . . cum *L* 23 coelesti *erg. L* 23 ex . . . capit *erg. L*

5–11 BASILIUS der Große, a.a.O. (PG 30, Sp. 434 D – 435 A); vgl. Isaias 6, 6. 12–16 PROCOPIUS VON GAZA, *Commentarium in Isaiam Prophetam*, cap. 6 (PG 87, Sp. 1939 A-D).

Basilius interpretatur per ignem caritatis, neque ad hunc locum Isaiae 6. ullo modo accommodat Pauli locum de stipula et salvatione quasi per ignem quamvis id faciat Procopius. Videtur ergo Basilius ad *Isaiae* 6. per purificationem animarum intelligere sanctificationem et ardorem caritatis ac Spiritus sancti.

Sed ad *Isaiae* 4. videri potest intelligere ignem purgatorii resurrectionis, seu purgationem, quae ut ibi ait Basilius, *fiet in futuro seculo.* Ergo nondum jam fit, nam quod jam tum fit defunctis nescio an possit explicari de seculo futuro nisi quis res alterius mundi, quaeque jam nunc in coelo inferno aut purgatorio fiunt, et proinde ad praesens tempus pertinent, seculi futuri nomine venire ostendat, qui tamen loquendi [modus] nescio an possit admitti nisi autoritate veterum sic loquentium stabiliatur. Caeterum hinc patet Procopium Gazaeum duo Basilii loca in unum confudisse.

Latini verba Christi de novissimo quadrante solvendo ad purgatorium accomodarunt, quod non aeque fecerunt Graeci qui extant excepto Eusebio Emisseno.[3]

Tertullianus lib. *de anima* cap. 35. *ne* etc. *judex te tradat angelo executionis, et ille te in carcerem mandet infernum unde non dimittaris nisi modico quoque delicto mora resurrectionis expenso.* Ubi dubitari potest angelusne executionis Tertulliano sit diabolus, et non videtur, quia eum opponit diabolo, et distinguere videtur inter accusatorem diabolum de quo paulo ante locutus erat, et inter angelum executionis. Deinde dubitari potest an carcer infernus sit infernus ipse seu ignis aeternus, an locus qualem nunc intelligimus purgatorii. Item an ex loco Christi, non dimittendos debitores ante

[3] *Am Rande gestr.*: Miror Cornelium a Lapide patrum qui luat Christi verba ad purgatorium applicuisse videntur.

5 4. (*1*) videtur (*2*) videri potest *L* 8 f. quaeque . . . pertinent, *erg. L* 9–13 ostendat, (*1*) etiamsi jam tum existant, quod vellem autoritate aliqua ostendi. | (*2*) qui . . . confudisse. *erg.* Loca alia quae citantur Gregorii Nazianzeni, Theodoreti, Oecumenii, Eusebii Emisseni (*a*) manifeste tam ad purgatorium resurrectionis quam ad purgatorium animae | (*b*) et aliorum facillime a protestantibus *erg.* | trahi possunt. Itaque omitto, quia ea tantum adducere volo, quae difficultatem habent aut stringunt. *erg. u. gestr.* | (*aa*) Itaque in tota Graeca Ecclesia nihil reperio, quod mihi satisfaceret, | (*bb*) Ex his patet in tota Graeca Ecclesia vix quicquam reperiri, quod (*aaa*) sit satis ad convincendos (*bbb*) sit satis validum ad convincendum: *erg.* | in latina Ecclesia clariora invenio loca. Videntur enim (*aaaa*) locum | (*bbbb*) verba *erg.* | Christi de novissimo quadrante solvendo ad purgatorium accommodasse, | (*cc*) Latini . . . Emisseno *erg.* | *L*

2 Pauli locum: vgl. 1. Kor. 3, 12. 5 f. BASILIUS der Große, a.a.O., cap. 4 (PG 30, Sp. 342 A). 14–16 TERTULLIAN, *De anima*, cap. 35 (PL 2, Sp. 710 C – 711 A). 20 ex loco Christi: vgl. Matth. 5, 26. 22 Vgl. C. A LAPIDE, *Commentarius in quatuor Evangelia*, Antwerpen 1639, I, S. 139 f.

persolutum novissimum quadrantem, sequatur eos aliquando dimittendos, adeoque poenam esse temporalem. Videtur enim responderi posse, quod nunquam dimittendi sint, quia nunquam poterunt solvere vel ideo quia plus debent quam habent in bonis ut Christus ipse facti speciem inducit.

Tertullianus tamen videtur intelligere hunc carcerem de temporali poena, ob verba quae adjicit: *mora resurrectionis.* Verba haec: *mora resurrectionis* satis obscura sunt. Dupliciter enim sumi potest tum resurrectio, tum mora. Resurrectio est vel carnis, vel animae, ex inferno aliquo carcere re-dimissae, atque rursus assurgentis, ita ut eo sensu resurgere *sit revocare gradum superasque evadere ad auras.* Mora quoque resurrectionis dupliciter dicetur, vel quod ipsam resurrectionem moratur et differt, quo sensu eam necesse est esse ante resurrectionem, et quidem ita immediate, ut ea cessante non amplius differatur, sed statim sequatur resurrectio, vel mora resurrectionis intelligitur quod resurrectionem tantum comitatur, tametsi haec mora non ipsam resurrectionem differat, sed aliud puta beatitudinem quae resurrectionem sequitur. Hae jam interpretationes inter se varie combinari possunt. Si prior explicatio resurrectionis cum priore morae conjungatur, (quae sunt maxime naturales) sensus est poenam qua modicum quodque delictum lui ait Tertullianus differre atque morari resurrectionem carnis. Unde sequitur hanc poenam esse ante resurrectionem carnis, et quidem immediate, id est non antecessare, quam ubi

3 quam . . . bonis *erg. L* 4 f. inducit | , quam habent in bonis *gestr.* | . Tertullianus *L*
6–S. 2132.9 *resurrectionis* (*1*) quae duplicem habent sensum, prout resurrectionis vocem varie interpretamur. Nam si resurrectionem (*a*) explicamus, illam (*b*) intelligimus, quae carnis dicitur, et in die judicii fiet; (*aa*) sensus erit (*aaa*) tempore (*bbb*) *mora resurrectionis*, id est tempore ante resurrectionem morante, poenam hanc persolvi, quod (*bb*) | sensus erit *irrtüml. nicht gestr.* | *mora resurrectionis* significabit | id est *irrtüml. nicht gestr.* | vel tempus aliquod | ante *irrtüml. nicht gestr.* | quod resurrectionem moratur et differt, unde eo finito statim sequetur resurrectio vel de mora | beatitudinis *erg.* | resurrectionem comitante. (*aaa*) | Posterius *irrtüml. nicht gestr.* | (*bbb*) Prius posset applicari ad purgatorium resurrectionis graecorum. Quanquam obstet, quod videtur aliud esse carcer aliquis diuturnus, in quem | ex sententia Tertulliani *erg.* | anima statim post mortem mandari videtur, | aliud Tertulliano *gestr.* | aliud purgatorium resurrectionis. | Praeterea non potest commode dici purgatorium resurrectionis, esse resurrectionis moram cum si resurrectione posterior. *erg.* | Itaque *mora resurrectionis* intelligenda | videtur *erg.* | non de purgatorio resurrectionem comitante vel immediate praecedente; sed de medio illo animae statu | , si scilicet resurrectionem carnis intelligimus *erg.* | . Si (*2*) . Verba . . . *resurrectionis* (*a*) dupliciter enim sumi potest tum vox resurrectionis, tum vox (*b*) satis . . . carnis, (*aa*) quae est in die judicii, (*bb*) vel . . . sequatur (*aaa*) electio (*bbb*) resurrectio. . . . resurrectionem | carnis *gestr.* | sequitur . . . inter (*aaaa*) resurrectionem (*bbbb*) mortem . . . donec (*aaaaa*) anima (*bbbbb*) luerit . . . si *L*

9 *sit . . . auras*: VERGIL, *Aeneis*, VI, 128.

sequetur resurrectio. Unde colligeretur animam secundum Tertullianum expiari toto tempore inter mortem et resurrectionem, neque antea videre faciem Dei, exceptis martyribus ut postea dicam ad locum Cypriani. Si prior explicatio resurrectionis cum posteriore morae conjungitur, sensus erit, post resurrectionem carnis differri nonnihil beatitudinem, donec luerit homo peccata, quod pertineret ad purgatorium resurrectionis, cum per ignem transibunt, qui in occursum domini rapientur. Verum ista interpretatio stare non potest. Nam Tertullianus loquitur de poena quae fit in carcere aliquo inferno. Si posterior resurrectionis significatio jungatur cum priore morae (nam cum posteriore morae inutiliter jungetur), sive si resurrectio sumatur pro re-dimissione animae, qua fit ut rursus assurgat ex carcere illo inferno, sensus erit animam statim a morte in purgatorium detrusam ubi purgata fuerit rursus emitti. Ex his tribus explicationibus prima ut dixi convenit maxime vocabulorum sensui naturali, sed difficultatem patitur, quia inde sequitur purgatorium (quippe quod resurrectionem carnis moratur) durare usque ad resurrectionem carnis, atque ita ex sententia Tertulliani animas luere commissa toto medio tempore inter resurrectionem et mortem, neque videre faciem Dei ante judicium extremum, exceptis martyribus aliisque purioris vitae de quo dicam postea et ad locum Cypriani. Praeterea obstat quod hoc modo omnium purgatorium simul finietur, non vero unus ante alium liberabitur cum tamen unus alio facilius novissimum quadrantem solvere queat, nisi dicas temporis aequalitatem differentia et gradu poenarum pensari quanquam Tertulliani locus non aliam poenam quam carceris ipsius, nominet. Secunda interpretatio de mora beatitudinis resurrectionem comitante seu purgatorio resurrectionis, jam rejecta est. Tertia explicatio quod hoc purgatorium moretur resurrectionem non carnis sed animae ex carcere inferno emittendae atque ad coelum rursus assurrecturae (resurgere enim est rursus assurgere) maxime conveniret Purgatorio de quo agitur neque ulla alia laborat difficultate, quam quod vox *resurrectionis* coactius hoc modo

11–S. 2133.5 emitti. (*1*) Quoniam vero non videtur vox *resurrectionis* facile hoc modo sumi: ideo si intelligam, de resurrectione carnis, non video quomodo purgatorium sit mora resurrectionis, nisi putemus id | (*2*) Resurrectionem carnis potius hic intelligerem, nisi inde sequeretur Tertullianum credidisse hoc purgatorium sive resurrectionis moram | id *irrtüml. nicht gestr.* | *erg.* | usque ad resurrectionem durare; quod tamen non videtur conforme reliquis; ita enim omnium purgatorium aeque foret diuturnum. Ex his dubitationibus concludo, Tertullianum confuse locutum ac non satis expendisse quid diceret, Purgatorium tamen Romanorum non absimile sensisse videri. Huc adde quod *de Monogam.* cap. 10 refrigerium adpostulat mortuis. (*3*) Ex . . . martyribus | aliisque purioris vitae *erg.* | . . . pensari | quanquam . . . nominet. *erg.* | (*a*) Obstat quoque quod (*b*) Secunda . . . explicatio (*aa*) de mora non resurrectionis (*bb*) quod . . . Tertullianum (*aaa*) recipere (*bbb*) respicere . . . *mortuis L*

3 locum Cypriani: s. die beiden folgenden Absätze.

sumitur, neque ex usu. Locus Cypriani primae explicationi favet. Et solet Cyprianus ad Tertullianum respicere eumque Magistrum sequi. Certum interim est ex hoc loco Tertullianum aliquam statuere poenam temporalem animae separatae pro modicis etiam delictis, tametsi incertum maneat, an ea ante resurrectionem finiatur. Adde quod lib. *de Monogamia* cap. 10. *refrigerium adpostulat mortuis.*

S. Cypriani *Epist. 52. ad Antonianum*: *Aliud est ad veniam stare aliud ad gloriam pervenire. Aliud missum in carcerem non exire inde donec solvat novissimum quadrantem, aliud statim fidei virtutisque accipere mercedem. Aliud pro peccatis longo dolore cruciatum emendari et purgari diu igne, aliud peccata omnia passione purgasse. Aliud denique pendere in die judicii ad sententiam Domini aliud statim a Domino coronari.*

Hic locus multis rursus dubitationibus subjectus est, quae ab ipsis Romanae Ecclesiae scriptoribus moventur. Rigaltius hanc veniae expectationem et in carcere permansionem explicat de poenitentia in terris exigenda, dum is quem poenituit tempore persecutionis Christum negasse, diu haeret et poenis Ecclesiasticis subjicitur antequam recipiatur. Idem cum Nic. Fabro contra Pamelium purgationem per ignem explicat de purgatorio resurrectionis. Et novissima verba: *pendere in die judicii*, ita interpretatur ex sententia Tertulliani et aliorum veterum, quod martyres statim coronentur, alii vero plerique diem judicii expectare debeant. Mihi tamen videtur solutionem novissimi quadrantis non intelligi de poenitentia in hac vita, quia et Tertullianus (quem sequi solet Cyprianus), intelligit de alia vita. Unde sequitur voluisse Cyprianum eos qui obeunt aut passione id est martyrio delere peccata, nec alio opus habere purgatorio, aut in carcere quodam purgari donec expientur. Non tamen satis id consentit cum eo quod subjicitur: *pendere in die judicii* velut adhuc incertum nisi rursus intelligamus ut ad locum Tertulliani dixi purgatorium animae eousque durare. Quod tamen ⟨non⟩ videtur de purgatione per ignem explicari posse. Itaque videtur Cyprianus distinguere, carcerem in quo persolvendus est novissimus quadrans, ab igne purgationis et utrumque distincte asserere nisi malimus fateri eum confuse locutum.

14 dum (*1*) poeniteat a (*2*) is quem *L* 16 f. de (*1*) extre (*2*) purgatorio *L* 19 plerique *erg. L* 24 f. ut . . . dixi *erg. L* 25–S. 2134.1 Quod . . . purgationis | et . . . asserere *erg.* | . . . locutum. *erg.* (*1*) Quam sit inconveniens omnia patrum loca de igne purgatorii loquentia Romanae Ecclesiae hodierno purgatorio accommodare vel solus | hic *erg.* | Ambrosii locus docere potest, sermone (*2*) Ambros. *L*

5 TERTULLIAN, *De Monogamia*, cap. 10 (PL 2, Sp. 942 C). 6–11 CYPRIANUS, *Epistola ad Antonianum* (PL 3, Sp. 810 B – 811 A). 13–16 CYPRIANUS, *Sancti Caecilii Cypriani Opera ad vetustissimorum exemplarium fidem sedulo emendata, diligentia Nic. Rigaltii, cum ejusdem annotationibus integris, Pamelii, et aliorum commentariis, seorsim antea editis*, Paris 1666, S. 66–75, bes. S. 71 (Kommentar).

Ambros. serm. 20. *in psalm. 118. Omnes per ignem oportet probari quicunque ad paradisum redire desiderant. Non enim otiose scriptum est quod ejectis Adam et Eva de Paradisi sede posuit Deus in exitu Paradisi gladium igneum versatilem. Omnes oportet transire per flammas, sive ille Johannes Evangelista sit* etc. *sive ille sit Petrus.* etc. *Sed Johanni cito versabitur gladius igneus* etc. Et paulo post: *sed etiam aurum examinabitur, uretur ut possit probari.* Ex quo loco patet, in hoc purgatorium de quo loquitur S. Ambrosius omnes omnino fideles, ne Johanne quidem et Petro exceptis intrare.

Fatendum est tamen hunc locum Ambrosii non posse accipi de purgatorio resurrectionis, sed de purgatorio quodam animae separatae. Cum enim dixisset omnes ad paradisum redituros oportere probari, ne Johanne quidem Evangelista excluso: subjicit: *de morte ejus aliqui dubitarunt, de transitu per ignem dubitare non possumus, quia in Paradiso est, nec separatus a Christo.* Hinc patet Ambrosium sentire, eum jam transiisse per hunc ignem purgatorium, adeoque non intelligi purgatorium generale resurrectionis, sed particulare cujusque fidelis, qui purgatione absoluta etiam ante diem judicii in coelum admittitur. In quo differt a phrasi Tertulliani et Cypriani.

Prudentius in *Hamartigenia*:

Esto cavernoso (quia sic pro labe necesse est
Corporea) tristis me sorbeat ignis averno
Saltem mitificos incendia lenta vapores
Exhalent aestuque calor languente tepescat
Lux immensa alios et tempora vincta coronis
Glorificent me poena levis clementer adurat.

Utile est hunc Prudentii locum cum superiore Cypriani conferri nam utrobique innuitur martyrio coronatos in igne non haerere; alios aliquandiu purgari antequam glorificentur. Adde locum purgationis esse in ipso inferno, ut et Tertullianus dixerat. Ignem tamen mitiorem, scilicet quam damnatorum videtur Prudentius quasi Balneum Mariae vel Maris (ut Chymistae vocant), describere. Non vero hic explicat, utrum id purgatorium ante resurrectionem cesset.

16 In . . . Cypriani. *erg. L* 28 f. Non . . . cesset. *erg. L*

1–5 AMBROSIUS, *Expositio in Psalm. 118*, sermo 20 (PL 15, 1487 B – 1487 C). 2 f. *quod . . . versatilem*: vgl. Gen. 3, 24. 5 f. AMBROSIUS, a.a.O. (PL 15, Sp. 1488 B). 11–13 AMBROSIUS, a.a.O. (PL 15, Sp. 1487 C). 17–23 PRUDENTIUS, *Hamartigenia*, v. 961–966.

S. Hieron. ad cap. 1. *Nahum. Magnum peccatum magnis diuturnisque elui cruciatibus*: ad cap. 7. *Micheae post cruciatus atque tormenta educta de tenebris exterioribus anima et reddito novissimo quadrante, dicet*: *Videbo justitiam ejus et loquar: justificata sunt judicia tua Deus*. Prior quidem locus ad Nahum videtur etiam trahi ad purgatorium resurrectionis; sed non posterior. Quemadmodum nec sequens: Com. in 11. cap. *proverb. esse aliquos qui de levioribus peccatis cum quibus obligati defuncti sunt, post mortem possunt absolvi vel poenis videlicet castigati vel suorum precibus et eleemosynis missarumque celebrationibus*.

S. Paulinus *Epist.* 5. 18. 19. ait defunctorum animas precibus quasi guttae stillicidio refrigerari. Unde satis judicari potest eum credidisse animas nunc poenas luere temporales.

Miror Augustinum in *Enchiridio ad Laurentium* cap. 67. salvationem quasi per ignem de qua loquitur Apostolus explicare non de igne purgatorii ut alii solent sed de igne tribulationis. Eadem iisdem verbis repetit in *octo Dulcitii quaestionum libro uno* quaest. 1. Sed ibi se magis explicat et purgatorio quoque post hanc vitam eundem applicat locum et ob ignem purgatorium alios aliis citius salvari scribit.

Memorabile est quod dicit in *Enchiridio ad Laurentium* cap. 109. et *ad Dulcitium quaest.* 2. *tempus quod inter hominis mortem et ultimam resurrectionem positum est, animas abditis receptaculis continet.* Videtur enim hoc innuere animas non salvari ante judicium; verum hoc locus obscurior ex aliis clarioribus explicatur, quoniam enim paulo ante dixerat alios aliis citius salvari, utique ante extremum judicium aliqui salvantur, ac proinde, status ille tertius animae de tempore quidem medio intelligendus est, sed non toto.

5 etiam (*1*) | explicari *irrtüml. nicht gestr.* | posse de purgatorio (*2*) trahi ad purgatorium *L*
9 f. celebrationibus. (*1*) S. Augustin. ad psalm. 37. ait graviorem fore ignem purgatorium quam quicquid homo pati potest in hac vita; non tamen satis explicat an de purgatorio resurrectionis an separatae animae loquatur. Loca quoque lib. 21. *de Civitate Dei* cap. 13. 16. obscura sunt, nec rem definiunt. (*2*) S. Paulinus *L* 14 igne (*1*) tribulationis (*2*) purgatorii *L* 14 ut alii solent *erg. L* 15 verbis | (quod etiam miror) *gestr.* | repetit *L* 21 f. paulo ante *erg. L* 23 proinde, (*1*) purus (*2*) status *L*

1 f. HIERONYMUS, *Commentarii in Nahum prophetam*, cap. 1 (PL 25, Sp. 1238 D).
2–4 HIERONYMUS, *Commentarii in Michaeam prophetam*, II, 7 (PL 25, Sp. 1225 B). 6–9 *esse . . . celebrationibus*: BEDA VENERABILIS, *In proverbia Salomonis libri III*, II, 11, zu Sprüche 11, 7. 9 f. (Variante) AUGUSTINUS, *Enarratio in psalmum 37* (PL 36, Sp. 396–412). 10 PAULINUS VON NOLA, *Epistolae* (PL 61, Sp. 188–199, 223–225 u. 390). 13–15 AUGUSTINUS, *Enchiridion ad Laurentium sive de fide, spe et caritate liber unus*, cap. 67 (PL 40, Sp. 263 f.). 15–17 AUGUSTINUS, *De octo Dulcitii quaestionibus*, qu. 1 (PL 40, Sp. 149–157). 18 AUGUSTINUS, *Enchiridion ad Laurentium sive de fide spe et caritate liber unus*, cap. 109 (PL 40, Sp. 283). 19–S. 2136.3 AUGUSTINUS, *De octo Dulcitii quaestionibus*, qu. 2 (PL 40, Sp. 158).

Memorabile est etiam quod ibidem dicit Augustinus, preces pro defunctis prodesse etiam damnatis, nam sub fin. quaest. 2. ait: *quibus autem prosunt, aut ad hoc prosunt, ut sit plena remissio, aut certe ut tolerabilior fiat ipsa damnatio.*

Hypognosticon contra Pelagianos quod inter Augustini opera extat, libro 6. cap. 5. opinionem quae hodie viget de limbo infantum non baptizatorum expresse refutat et Pelagianis tribuit.[4] Negat enim ullum esse locum in quo aeternum, futurae sint animae praeter coelum et infernum. Quae adduco, non quod absurdam adeo putem eorum sententiam qui hunc Limbum tuentur, sed ut innuam, a Veterum nonnullorum opinione esse alienam. Sed hoc obiter.

Locus Augustini clarus admodum est lib. XXI. *De civitate Dei* cap. 24. *Nam pro defunctis quibusdam vel ipsius Ecclesiae vel quorundam piorum exauditur oratio, sed pro his quorum in Christo regeneratorum, nec usque adeo vita in corpore male gesta est, ut tali misericordia judicentur digni non esse, nec usque adeo bene, ut talem misericordiam judicentur necessariam non habere. Sicut etiam facta resurrectione mortuorum non deerunt quibus post poenas quas patiuntur Spiritus mortuorum, impertiatur misericordia ut in ignem non mittantur aeternum. Neque enim de quibusdam veraciter diceretur, quod non eis remittatur neque in hoc, neque in futuro, nisi essent quibus etsi non in isto, tamen remitteretur in futuro.* Lib. 21. cap. 26. *De civitate Dei* dubitat an verba Apostoli: *salvus erit quasi per ignem* non significent ignem tribulationis; *ad quem*, inquit, *ignem, pertinent et orbitates et quaecunque calamitates. Si vero* inquit, *ignem velimus intelligere de igne illo judicii, tunc in illum ignem mittendi sunt et dextri et sinistri*. Hunc vero duplicem fore, alium aeternum alium temporalem. *In illum enim*, inquit, *soli sinistri novissima et perpetua damnatione mittentur, iste autem dextros probat, sed alios eorum sic probat ut aedificium quod super Christum fundamentum ab eis invenerit esse constructum non exurat atque consumat, alios autem aliter, id est ut quod*

[4] *Am Rande*: NB.

3 aut (*1*) ad hoc | (*2*) certe *erg.* | *L* 4 quod . . . extat, *erg. L* 4 f. cap. 5. *erg. L* 5 hodie (*1*) in Romana Ecclesia (*2*) viget *L* 7 Quae (*1*) ideo (*2*) adduco *L* 8 nonnullorum *erg. L* 19 an (*1*) ignis (*2*) verba Apostoli: *L* 19 non (*1*) sit ignis (*2*) significent ignem *L* 20 tribulationis; (*1*) et eo magis inclinat (*2*) *ad. . . calamitates. L*

4–7 AUGUSTINUS, *Hypomnesticon contra Pelagianos et Coelestianos*, VI, 5 (PL 44, Sp. 1660 f.). 10–18 AUGUSTINUS, *De civitate Dei*, XXI, 24 (PL 41, Sp. 737 f.). 18–S. 2137.12 AUGUSTINUS, a.a.O., XXI, 26 (PL 41, Sp. 743–745); 1. Kor. 3, 15.

superaedificaverunt ardeat, damnumque inde patiantur. Et postea: *post istius sane corporis mortem donec ad illum veniatur, qui post resurrectionem corporum futurus est damnationis et remunerationis ultimus dies si hoc temporis intervallo Spiritus defunctorum ejusmodi ignem dicantur perpeti, quem non sentiant illi qui non habuerunt tales mores et amores in hujus corporis vita ut eorum ligna et foenum et stipula consumantur, alii vero sentiant qui ejusmodi secum aedificia portaverunt, sive ibi tantum, sive et hic et ibi, sive ideo hic ut non ibi, secularia, quamvis a damnatione venialia concremantem ignem transitoriae tribulationis inveniant, non redarguo, quia forsitan verum est. Potest quippe ad istam tribulationem pertinere etiam ipsa mors carnis etc. Possunt et persecutiones Ecclesiae quibus martyres coronati sunt, et quas patiuntur quicunque Christiani etc. Erit etiam in fine seculi tribulatio tempore antichristi*. Ex his patet B. Augustinum subdubitanter loqui, nec dubitat tantum an locus iste de igne hujus vitae an vero de altera vita intelligi debeat, neque de illo tantum, an tribulationes hujus vitae diminuant poenas purgationis futurae, sed totam periodum quae praecedit verba: *quia forsitan verum est*, una dubitatione complectitur. Unde mirari desinemus cur Augustinus toto libro *de cura pro mort*[*u*]*is* ne verbulo quidem meminerit purgatorii nec eum alia ratione, quam Ecclesiae usu defenderit. Cum non putem hodie quenquam librum *de reddenda curae pro mortuis ratione* sine multa purgatorii mentione scripturum esse.

Der in Kleindruck folgende Text wurde von Leibniz gestrichen:

Notabile est, quod in eo libello fuse disputat contra apparitiones animarum de quibus ait: *angelicis itaque operationibus fieri crediderim* cap. 10 et postea cap. 13 *Ut volet accipiat quisque quod dicam, si rebus viventium interessent animae mortuorum* etc. *meipsum pia mater nulla nocte desereret.* etc. *Si ergo dereliquerunt nos patres nostri, quomodo rebus et curis nostris intersunt* etc. Esaias propheta dicit: *Tu es enim pater noster, quia Abraham nos nescivit, et Israel non cognovit nos. Si tanti patriarchae quid erga populum ab his procreatum ageretur ignoraverunt* etc. *quomodo mortui vivorum rebus atque actibus cognoscendis adjuvandisque miscentur*. Et cap. 15 *proinde fatendum est nescire quidem mortuos quid hic agatur, sed dum hic agitur, postea vero audire ab eis qui hinc ad eos moriendo pergunt* etc. *possunt et ab angelis audire aliquid mortui*, postea cap. 16. *Hinc et illa solvitur quaestio quonam modo martyres ipsis beneficiis quae dantur orantibus, indicant se interesse rebus humanis, si nesciunt mortui quid agant vivi.* etc. *quanquam ista quaestio*

12 loqui *erg. L* 15–17 Unde (*1*) mirum non est Augustinum toto libro *de cura pro mortuis* ne verbulo quidem meminisse purgatorium (*2*) mirari . . . defenderit. *L* 18 quenquam (*1*) in Romana Ecclesia (*2*) librum de (*a*) *cura pro mortuis* | (*b*) *curae pro mortuis ratione defendenda* (*c*) *reddenda . . . ratione erg.* | (*aa*) scribere posse, quin sit (*bb*) sine | multa *erg.* | *L*

16 AUGUSTINUS, *De cura pro mortuis gerenda* (PL 40, Sp. 591–610). 21–S. 2138.9 in eo libello: AUGUSTINUS, a.a.O., cap. 10–16 (PL 40, Sp. 601–607). 24 f. *Tu . . . nos*: Isaias 63, 16.

vires intelligentiae meae vincat, utrum per se ipsos assint uno tempore tam diversis locis, et tanta inter se longinquitate discretis etc. *an ipsis in loco suis meritis congruo ab omni mortalium conversatione remotis, et tamen generaliter orantibus pro indulgentia supplicantium, sicut nos oramus pro mortuis quibus utique non praesentamur, nec ubi sint nec quid agant scimus, Deus omnipotens* etc. *per angelica ministeria praebeat, hominibus ista solatia*, etc. *et suorum merita martyrum ubi vult quando vult quomodo vult, maximeque per eorum memorias quoniam hoc novit expedire nobis ad aedificandam fidem Christi commendet.* Haec aliaque multa in eam rem Augustinus illo libello, quae parum consentiunt cum multorum opinionibus postea receptis de apparitionibus animarum, et scientia distincta quam sancti in coelis habere dicuntur de rebus quae geruntur in terris.

Et haec sunt potissima loca quae stringere videntur; reliqua omnia quae ingenti agmine citantur, non nisi numerus sunt et vel ad pompam velut in acie struuntur, vel ob judicii diligentiaeque defectum a rhapsodis cumulantur. His tamen stabilitis fateor reliqua quoque eorundem patrum quos jam citavimus loca, vel aliorum ejusdem seculi, et gentis aut alioqui consentire prioribus solitorum, ex his ipsis explicationem recipere, ac proinde nunc etiam allegari posse, si quis copiam quaerat. Ex quo scilicet ex locis clarioribus atque selectis certum aliquid de veterum sententia constitutum atque conclusum est. Nam si ut vulgo faciunt omnia loca sine delectu misceantur, obruitur veritas, neque ullus patet exitus. Praeterea non sufficit recitari loca SS. Patrum ut vulgo fit ab iis inprimis, qui ea ex aliis exscribunt, sed immorari illis subinde nonnihil necesse est, ad sententiam eorum eruendam. Si hoc modo tractarentur controversiae, si separarentur clara a controversis, si digererentur loca patrum in classes aut gradus, si sincere atque ingenue annotaretur quibus quisque locus difficultatibus laboret, tunc semper vel certi aliquid statui poterit, de unaquaque controversia, vel hoc saltem apparebit quanta aut quantula haberi possit probabilitas; ubi tamen varias veterum quoque sententias agnoscere atque distinguere operae pretium erit. Qui vero vulgari rhapsodorum more ingentem locorum numerum cumulant aut centonem quendam ex verbis faventibus hinc illinc quaesitis contexunt, illi imperitos et negligentes fallunt atque percellunt, hominem autem diligentem atque judicio praeditum minime movent, praesertim ubi experientia didicerit, plurimas allegationes vulgares accuratius discussas in ventos abire.

6 *Christi* (*1*) *pro cujus illi confessione* (*2*) *commendet*. *L* 10 stringere (*1*) mihi nonnihil (*2*) videntur; *L* 12 cumulantur. (*1*) Fateor tamen ea ex hi (*2*) His (*a*) jam | (*b*) tamen *erg.* | stabilitis (*aa*) ad ea quoque (*bb*) | fateor *erg.* | *L* 13 quos jam citavimus *erg.* *L* 13 ejusdem (*1*) nationis (*2*) seculi *L* 14 prioribus solitorum *erg.* *L* 15 etiam (*1*) allegari | (*2*) utilia esse (*3*) allegari *erg.* | *L* 15–20 si . . . eruendam. *erg.* *L* 23 f. saltem (*1*) concludetur nihil de ea certi ex veteribus haberi (*2*) apparebit . . . probabilitas; *L* 25 erit. (*1*) Ne cum rhapsodis (*2*) Qui *L* 27 f. atque (*1*) commovent (*2*) percellunt *L* 29 didicerit, (*1*) pleraque (*2*) plurimas . . . vulgares *L*

Ex discussione ergo ista hoc saltem didici: Omnes fere sanctos Patres poenam post mortem etiam fidelibus plerisque infligendam statuisse, graviorem pro modo peccatorum. Graecae Ecclesiae doctores plerique tam Veteres quam hodierni animae separatae poenas spirituales potius ⟨putarunt⟩, et in anxietate magis quam ignis corporei sensu consistentes, ignem vero purgatorium de quo loquitur Apostolus, et baptismum ignis cujus meminit Christus, ad ignem illum probationis retulerunt, per quem transire omnes conflagrante mundo consentaneum videbatur cum in occursum Domini rapientur, quanquam huic quoque igni moram aliquam concessisse videantur. Ecclesia occidentalis jam a Tertulliani et Cypriani temporibus eo inclinasse videtur, ut statueret, animam separatam statim a morte poenis quibusdam subjici, ac purgatam demum ad beatitudinem admitti. Primus Cyprianus inter poenas animae separatae ignis meminisse videtur quanquam subsit dubitandi causa, sed clarius locuti sunt SS. Ambrosius, Hieronymus et Augustinus, apud quos negari non potest ejus sententiae quae nunc in Romana viget Ecclesia, expressa satis vestigia extare. Tametsi res non omnino liquida atque in confesso posita fuisse videatur.

Mirum est quam suspenso incedant gradu. Saepe enim de purgatorio tacent cum maxime de eo loquendi tempus esse videbatur. Unde colligo rem illo tempore nondum satis receptam fuisse, cum constaret Chrysostomum locum classicum de novissimo

1 Patres (*1*) ignem quendam purgatorium (*2*) quoddam purgatorium seu poenam temporalem (*3*) poenam *L* 2 plerisque | (quia nonnulli martyros excepere) *erg. u. gestr.* | infligendam *L* 8 f. videantur. | (*1*) Excepto ex | (*2*) Unus ex *erg.* | Graecis Origenes (*a*) qui (*b*) multorum annorum atque seculorum purgatorium statuit, quia infernus ipse illi nil nisi purgatorium est, de statu autem animae separatae non satis distincte loquuntur Graeci, tametsi non dubitaverint animas separatas precibus vivorum juvari. *erg. u. gestr.* | Ecclesia *L* 10 separatam *erg. L* 10–13 subjici, | quas primi illi Latinae Ecclesiae doctores produxisse usque ad tempus (*1*) resurrectionis (*2*) | judicii *erg.* | dubitantes scilicet an (*a*) omnes primi (*b*) animae aut vitae puritas omni judicio exemisse vi *wohl hierhin, erg. u. gestr.* | (*aa*) et ex iis purgatam liberari atque ad beatitudinem admitti. Negari itaque (*bb*) ac . . . admitti. (*aaa*) Tametsi demum Ambrosii Augustini et Hieronymi et Augustini (*bbb*) Primus . . . sed (*aaaa*) expresse satis (*bbbb*) clarius . . . negari *L*
15–S. 2140.18 videatur. (*1*) Ubi tamen rursus hoc discrimen observo, quod primi illi Tertullianus et Cyprianus credidisse videntur animas (*a*) alias (*b*) quasdam | iis quos martyrium *wohl hierhin, erg. u. gestr.* | nullo indigere judicio, sed statim ad beatitudinem admitti, nempe martyres, et aliosque vitae purioris, Reliquos vero (*aa*) purgat (*bb*) in carcere aliquo detineri | usque ad diem judicii *gestr.* | ibique commissa luere, ad diem judicii usque suspensos atque a facie Domini exclusos. Posteriores autem Latini, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus propius hodiernae sententiae accessere, maxime Hieronymus et Augustinus (*2*) Mirum . . . fuisse (*a*) . Graecorum inprimis patrum consideratione latinos nonnihil retinente (*b*) . Nam non ausi fuissent aliquid certi statuere (*c*) cum . . . locum (*aa*) Latinorum (*bb*) classicum . . . purgatorium | Latini *erg.* | inferebant . . . Basilium | atque Theodoretum *erg.* | . . . videbantur. (*aaa*) Verum postea cum latina Ecclesia barbarorum invasionibus a Graecorum commercio quasi divulsa atque sibi relicta esset, liberius asseri. (*bbb*) Postea . . . Ecclesiae *L*

quadrante (ex quo maxime purgatorium Latini inferebant) interpretari longe aliter; non de futurae, sed hujus vitae judiciis et carceribus, ex quibus debitores ante solutum novissimum quadrantem non exeunt. Et Basilium atque Theodoretum aliosque locum Apostoli ad Corinthios explicare de igne judicio et purgatorio resurrectionis. Et ipsum Augustinum dubitare an non explicari debeat de igne tribulationis hujus vitae et eum de ipso purgatorio alicubi non sine dubitatione loqui. Et Tertullianum atque Cyprianum ita loqui ac si purgatorium sit totum tempus status animae separatae ad diem judicii. Origenem vero quae quidam pro purgatorio citant, intellexisse de ipso inferno, qui ipsi non nisi purgatorium erat quoniam finiri aliquando putabat. Olim ergo haec obscuriora videbantur. Postea clarius doceri coepit purgatorium quod nunc recipitur, quemadmodum Limbus Patrum aliaque quorum in veteribus semina reperiuntur, et de quibus Hieronymus, Augustinus aliique caute et raro et velut subdubitantes locuti sunt. Neque enim Veteres de rebus alterius mundi ea quae nos hodie asseveratione loquebantur. Illud tamen certum est. Concludo Veteres uno ore omnes illi fuisse reclamaturos, qui dixisset preces pro defunctis inutiles esse, et animas omnes vel statim salvari vel statim damnari. Omnes enim consensisse videntur etiam ab iis qui salvandi sunt aliquas post mortem poenas pro peccatis luendas esse; quae qui mature considerabit purgatorium Romanae Ecclesiae.

Tametsi autem Graecorum patrum loca non pauca de igne purgante ad Purgatorium resurrectionis pertinere videantur, patet tamen Graecos quoque veteres complures innuere quasdam temporales animae separatae poenas, non quidem corporeas atque igni cuidam tribuendas, sed spirituales, quae recentium quoque Graecorum sententia est. Ex veteribus ergo animae separatae poenas temporales innuere videtur S. Cyrillus Hierosolymitanus, cum in *Cateches. mystagog.* cap. 5. *pro omnibus*, inquit, *oramus, qui inter nos vita functi sunt, maximum esse credentes animarum juvamen, pro quibus offertur precatio sancti illius et tremendi quod in altari positum est sacrificii*. Dicit: *animas juvari*, ergo animae ipsae aliquid patiuntur, ergo non pertinent ista ad levandum ignem purgatorium

19 (*1*) Cyrillus Hierosolymitanus in *Catechesi my* (*2*) Tametsi *L* 20 videantur, (*1*) videntur | (*2*) patet *erg.* | *L* 20 f. complures (*1*) expresse docere animas quoque defunctorum (*2*) innuere (*a*) purgatori (*b*) quasdam *L* 21 poenas, (*1*) tamet (*2*) non quidem (*a*) per ignem (*b*) corporeas *L* 22 spirituales, (*1*) quo sensu d (*2*) quae (*a*) hodiernorumque (*b*) recentium *L* 22 est. (*1*) Id vero ex veteribus confirmat (*2*) Ex *L* 25 *animarum* (*1*) *solamen* (*2*) *juvamen* *L* 27 patiuntur, (*1*) hoc (*2*) ergo (*a*) preces (*b*) non *L*

4–18 locum Apostoli: vgl. 1. Kor. 3, 11–15. 24–26 CYRILL VON JERUSALEM, *Catecheses mystagogicae quinque* (PG 33, Sp. 1115 B).

resurrectionis. Et ne quis forte hoc ita explicare conetur, juvari animas precibus non poenae diminutione, sed gloriae augmento, cavit ipse Cyrillus, cum sententiam suam confirmat similitudine Regis, *qui eos a quibus offensus est in exilium pepulit, postea vero illorum propinquis, qui coronam aliquam conficientes pro his qui sunt in supplicio exulibus offerunt, condonationem aliquam suppliciorum dedit*. Unde jam dubium nullum est S. Chrysostomi aliorumque veterum loca, quibus asseritur precibus vivorum mortuos juvari eodem modo debere intelligi, ut in Liturgia Romana quae ait: *ipsis Domine et omnibus in Christo quiescentibus locum refrigerii et pacis indulgeas*. In Liturgia Alexandrina: *horum omnium animabus dona requiem*. Liturgia Ecclesiarum Syriae et Cappadociae quae tribuitur S. Basilio: *refrigera eos ubi visitat lux Vultus tui.* Et mox: sublata voce sacerdos orat Deum ut meminerit Deus omnium qui transierunt ex mundo, recreet eos in tabernaculo suo, transeat per mansiones horridas et in tabernaculis luculentis collocet, exuat ex densissimis tenebris tribulatione et dolore. Ut Chrysostom. *homil. 41. in I. ad Corinth. juvetur mortuus non lacrymis sed precibus, supplicationibus Eleemosynis.* Et infra ne fatigemur mortuis auxilium ferre, preces pro illis offerentes. Quae etiam non videntur intelligi de purgatorio resurrectionis futuro, sed de praesenti aliquo malo quo laborant, et jam nunc juvari possunt. Et *Homilia 69 ad populum Antiochenum, non temere ab Apostolis haec sancita fuerunt, ut in tremendis mysteriis defunctorum agatur commemoratio. Sciunt enim inde multum illis contingere lucrum, utilitatem multam.* Si de futura aliqua utilitate fuisset locutus, dixisset eos non percipere lucrum, sed aliquando esse percepturos. Ignem autem purgatorium animas separatas cruciantem non reperio apud Graecos Veteres, quemadmodum nec recentes eum admittunt. Clarus inprimis est locus Theodoreti in I. ad Corinth. 3: *in die*, inquit, *adventus Domini, examen fiet et diligens inquisitio, et eos quidem qui recte vixerint tanquam aurum et argentum reddet ignis splendidiores, eos autem qui iniquitatem fecerint instar ligni et foeni et stipulae consumet*, et postea: *servabitur autem ipse quoque per ignem examinatus si quidem habet vitam doctrinae convenientem.* Unde manifestum hunc ignem examinis esse in die adventus Domini, ac proinde purgatorium resurrectionis. Haec Theodoreti verba ab Oecumenio

7–13 ut . . . dolore. *erg.* | Athanasius quaest. 34 intelligimus peccatorum animas participare aliqua beneficia ab exangui immolatione *erg. u. gestr.* | Ut *L* 26 consumet (*1*) . Subjicit quandam (*2*) , et *L* 29 verba *erg. L*

3–5 CYRILL VON JERUSALEM, a.a.O. (vgl. PG 33, Sp. 1117). 7 In der *Oratio pro defunctis*.
14 f. JOHANNES CHRYSOSTOMUS, *Homilia 41 in Epistolam I ad Corinthios* (PG 61, Sp. 360 f.).
23–27 locus Theodoreti: THEODORETUS, *Commentarium in omnes St. Pauli epistolas* (PG 82, Sp. 250).
29 OECUMENIUS, *Fragmenta in Epistolam I ad Corinthios* (PG 118, Sp. 673 C – 678 B).

repetuntur. Et quoniam Bellarminus ipse fateri coactus est Diem Domini in 1. Corinth. 3. esse diem judicii extremi, et ut hic Theodoretus ait, diem adventus Domini, satis manifestum est, nisi inutiliter argutari velimus ejus autoritate recte a Graecis interpretibus purgatorium resurrectionis stabiliri. Sed hoc purgatorium resurrectionis[5] non debet confundi cum purgatorio animae separatae, quod Graeci hodierni in quadam anxietate collocant ut scripsit etiam Metrophanes Patriarcha Alexandrinus, eodemque et veteres Graeci inclinasse videntur, qui (uno excepto fortasse Nysseno) ignem purgationis non de poena animae separatae, sed de probatione quae fiet in die judicii 1. Corinth. 3. interpretantur. Unde intelligitur duplex apud quosdam veteres sequi purgatorium unum animae separatae, quae in anxietate constituta est, et judicium expectat, et fidelium precibus refrigerium sentit; alterum hominis resurgentis, qui in igne judicii examinatur. Tametsi enim loca quaedam Graecorum, aliud quiddam dicere videri possint, sunt tamen, tum ex caeterorum consensu, tum ex Ecclesiae Orientalis hodierna sententia interpretandi. Talia Gregorii Nazianzeni sunt *oratione in sancta Lumina*: *Atque hi quidem* (Novatiani) *nostra si velint, atque adeo Christi, via, sin minus, sua, insistant, in altero aevo igni fortasse baptizabuntur, qui postremus est baptismus, nec solum acerbior, sed et diuturnior, qui crassam materiam instar foeni depascitur vitiique omnis levitatem absumit.* Ibi ex voce *diuturnior* forte inferre quis posset, non intelligi hic purgatorium resurrectionis, neque enim illud diuturnum esse videtur, sed responderi potest id quoque non fore momentaneum, sed aliquem ex sententia illorum autorum temporis tractum habere;

[5] *Am Rande*: NB.

1 est *erg. L* 3 velimus (*1*) cum (*2*) locum (*a*) ad (*b*) hunc Apostoli et Graecorum interpretum de purgatorio resurrectionis intelligi. (*3*) ejus *L* 4 stabiliri. (*1*) *Deum*, ait, *animam ad se attrahere, cui si nihil corporea labis insit, jucundum facilemque esse accessum, si vero* | *multis gestr.* | *materialibus affectibus onerata sit, his esse exuendam, quemadmodum funis qui ut per exiguum foramen transeat lutum detensum ac velut abrasum relinquit*. Itaque *Deus*, inquit, *quod suum est* (animam) *ad se trahit, quod autem alienum est propterea quod cum animis quoddammodo coaluerit violenter abraditur et abstergitur acresque et intolerabiles affert dolores*. Et postea idem ego quoque sentio et quod pro quantitate (*2*) Sed *L* 7 Graeci *erg. L* 9 apud quosdam veteres *erg. L* 10 et (*1*) diem (*2*) judicium *L* 11 f. examinatur. (*1*) Itaque credibilius est loca | eorum Graecorum *erg.* | quae de igne purgatorio loquuntur intelligi de purgatorio resurrectionis. (*2*) Tametsi *L* 12 loca (*1*) duo, alter Gregorii Nazianzeni, alter (*a*) Eusebii Emisseni | (*b*) Gregorii Nysseni *erg.* | (*2*) quaedam Graecorum *L* 14 interpretandi. (*1*) Nazianzeni verba sunt (*2*) Talia . . . *Lumina*. *L* 20 fore *erg. L*

14–18 GREGOR VON NAZIANZ, *Oratio XXXIX in Sancta Lumina* (PG 36, Sp. 358 C).

quemadmodum et conflagratio mundi aliquem fortasse temporis tractum desiderabit. Videntur autem statuisse veteres isti eundem ignem qui mundum consumet, sanctos esse purgaturum, impios in perpetuum correpturum. Unus est tantum quod sciam locus Graeci veteris in quo mihi ignem purgatorium animae separatae statui videtur, qualem Latini recepere. Is locus est Gregorii Nysseni (qui fuit Basilii Magni frater), in eleganti dialogo *de anima et resurrectione*, *Deum* ait *animam ad se trahere, cui si nihil corporeae labis insit, jucundum facilemque esse accessum; si vero materialibus affectibus onerata sit, his esse exuendam, quemadmodum funis, qui ut per exiguum foramen* [*transeat*] *lutum detensum ac velut abrasum relinquit. Ita Deus* (inquit autor) *quod suum est* (animam) *ad se trahit, quod autem alienum est propterea quod cum anima quodammodo coaluerit violenter abraditur et abstergitur, acresque et intolerabiles affert dolores.* Et postea: *Idem ego quoque sentio et quod pro quantitate vitiositatis quae in unoquoque fuerit cruciatus ac doloris modus adhibeatur* etc. *pro modo ac quantitate materiae* (id est materialis labis quam anima in corpore contraxit) *vel longiore vel breviore temporis spatio illa flamma dolorifica quamdiu fuerit id quod eam alat, accendetur.* Vides hic animam purgari a materiali labe, de anima ergo separata sermo est, et flamma quidem dolorifica, id est igne purgatorio, quae nihil differre videntur a purgatorio Ecclesiae Romanae, nisi quis flammam dolorificam non de igne vero sed anxietate interpretari velit, ut scilicet Nyssenus cum aliis Graecis veteribus atque hodiernis consentiat. Sed haec in medium relinquo. Obiter attingo locum controversum Apocalypseos: XIV. 13. *Beati mortui qui in Domino moriuntur: amodo jam dicit Spiritus ut requiescant a laboribus suis, nam opera eorum sequentur eos*. Ita habet versio vulgata. Textus autem graecus quem versio Lutheri

1 quemadmodum (*1*) nec conflagrationem uni (*2*) | et *erg.* | *L* 3 f. correpturum. (*1*) Alter locus Eusebii Emisseni hic est: *Hi vero qui* (*2*) Citat Bellarminus locum Eusebii Emisseni *homil. 3. de Epiphania*, *hi vero qui temporalibus poenis digna gesserunt ad quos sermo Dei dirigitur, quod non exeant donec reddant novissimum quadrantem per fluvium igneum per vada ferventibus globis horrenda transibunt*. Verum hic quoque locus intelligi potest de igne purgatorio resurrectionis, ex quo non exibunt purgandi, donec penitus omnis corporea labes sit exusta. Praeterea (*a*) hunc locum alii potius tribuunt (*b*) locus revera est Eucherii Lugdunensi | non Graeci sed Latini scriptoris *erg.* | (*aa*) Mihi hunc locum apud autorem suum quaerere nunc non vacavit (*bb*) unus est tamen locus Gregorii Nysseni (qui fuit Basilii Magni frater), (*3*) Unus . . . in *L* 4 mihi (*1*) Purgatorium (*2*) ignem *L* 4 qualem (*1*) Ecclesia Occidentalis postea | (*2*) Latini *erg.* | *L* 18 anxietate (*1*) more Graecorum aliorum (*2*) interpretari *L* 20 Obiter (*1*) his adjicio Augustinum ita legisse locum controversum S (*2*) | attingo *erg.* | *L* 22 Ita (*1*) leget (*2*) habet *L* 22 versio (*1*) Graeca (*2*) vulgata. (*a*) Eodem modo jam legerunt et veteres Latini ut Primasi (*b*) Textus *L*

3 Unus est: wohl gemeint EUCHERIUS VON LYON. 3 (Variante) locum Eusebii Emisseni: vielm. EUSEBIUS GALLICANUS, *Homilia III de Epiphania Domini* (CCSL 101, S. 71). 5–15 GREGOR VON NYSSA, *De anima et resurrectione dialogus* (PG 46, Sp. 98 D – 102 A).

Germanica sequitur aliter distinguit, et *amodo* refert ad *moriuntur*. Μακάριοι οἱ νεκροὶ οἱ ἐν κυρίῳ ἀποθνῄσκοντες ἀπ'ἄρτι. ναὶ λέγει τὸ πνεῦμα, ἵνα ἀναπαήσονται ἐκ τῶν κόπων αὐτῶν. *Beati mortui qui in Domino moriuntur amodo. Certe, dicit, Spiritus* etc. Lectio Vulgatae jam fuit Patrum Latinorum, ut Primasii: *abhinc etiam dicit Spiritus*, et Augustinus *De civ. Dei*, XX, 9. *amodo jam etiam dicit Spiritus.* Lectio Graeca fuit et Patrum Graecorum, ut patet ex Aretha in Apocalypsin. Tametsi autem sic legerent Graeci non tamen inde intulerunt, quod omnes qui ita moriuntur ut salvari debeant, statim fiant beati, a modo, sive a momento mortis. Imo ipse Aretas hanc consequentiam tacite evitare conatur, dum per eos qui in Domino moriuntur non omnes salvandos intelligit, sed eos qui mundo mortui sunt, et mortem Domini Jesu in corpore circumferunt, his enim statim ubi sublati fuerint retributionem sine premium dari. Quicquid ejus sit ex uno loco obscuro satis et controverso nil certi statuere ausim praesertim cum verborum connexionem intuenti, videatur alius etiam prodire posse sensus. Angelus clamat: *diem judicii venisse, cecidisse Babylonem, adoratores bestiae cruciari igne* etc. *et fumum tormentorum ascendere in secula seculorum, nec habere requiem die ac nocte*. His subjici contra eos qui in Domino moriuntur a laboribus suis imposterum quiescere. Amodo sive imposterum, id ex quo cecidit Babylon et ejus sectatores aeternum cruciantur. Id est a die judicii. Dixerat enim paulo ante: *venit hora judicii ejus*. Sed ut dixi dubito an quicquam certi ex hoc loco constitui possit.

1 aliter (*1*) habet (*2*) distinguit *L* 10 qui (*1*) perfecte (*2*) mundo *L* 13 f. videatur (*1*) hic prodire sensus: *si quis adoraverit bestiam cruciabitur* etc. (*2*) alius . . . sensus (*a*) nempe cecidit (*b*) Angelus . . . cruciari *L* 16 moriuntur *erg. L*

4 PRIMASIUS, *Commentaria in Apocalypsin* (PL 68, Sp. 888 D). 5 AUGUSTINUS, *De civitate Dei*, XX, 9 (PL 41, Sp. 674). 8–11 ARETHAS, *Commentarius in Apocalypsin*, cap. 43 (PG 106, Sp. 690 D – 691 C). 13–18 Angelus clamat: vgl. Apokal. 14, 7–13.

385_3. STELLENSAMMLUNG

Diese Stellensammlung, bes. zu Matthaeus V, Lukas XII und 1. Korinther III, folgt R. BELLARMINO, *Disputationes de controversiis christianae fidei adversus huius temporis haereticos. Editio ultima*, in *Opera omnia*, 7 Tle in 4 Bdn, Köln 1617–1620, Tl II, Controv. III *De ecclesia quae est in purgatorio*, lib. I, cap. 3 u. 4, Sp. 574–609.

Orig. *Hom. 25 in Num.* de psalm. 65; *Homil. 6 in Exod.*; *Homil. 14. in Levit.*; *Homil. 12. in Hierem.*; *Hom. 35. in Luc.*

Ambros. *psalm. 36*; *serm. 3 in Psalm. 118.* (de psalm. 65.) *ad 1. Cor. 3.*, *in psalm. 118. Concione 20.* super illud *vide humilitatem meam*, in cap. XII *Lucae*.

Augustin. *C. D.* XX, 25 de Is. 4; *Ep. ad Eunod.* 99. lib. 12. *in Genes.* c. 33 ad Zach. 9; *C. D.* XXI, 24. VI. *in Julian.* 5. (ad Luc. 23.); *lib. de fide et operibus* cap. 15 (1. ad. Corinth. 3.) et c. 16. *Quaest. 1. ad Dulcitium*; *Enchirid.* c. 68. in psalm. 37. (1. Cor. 5.) lib. 1. *de sermone Domini in monte* c. 21. etc. (Matth. 5.) ibi novissimum quadrantem intelligit de aeternis poenis; *de C. D.* XXI, 26. 27. (Matth. 5.) 21. cap. 16. lib. 21, cap. 27. NB.[6] Homil. 16. ex lib. 50. *homiliarum*. Lib. 2. *Genes. contra Manich.* c. 20.

[6] *Am Rande*: NB.

6 ORIGENES, *Homilia in Numeros*, 25 (PG 12, Sp. 763–770). 6 ORIGENES, *Homilia in Exodum*, 6 (PG 12, Sp. 331–349). 6 ORIGENES, *Homilia in Leviticum*, 14 (PG 12, Sp. 552–558). 7 ORIGENES, *Homilia in Hieremiam*, 12 (PG 13, Sp. 378–398). 7 ORIGENES, *Homilia in Lucam*, 35 (PG 13, Sp. 1888–1894). 8 AMBROSIUS, *Enarrationes in XII psalmos Davidicos* (PL 14, Sp. 965–1010). 8 AMBROSIUS, *Expositio in Psalmum 118*, sermo 3 u. 20 (PL 15, Sp. 1223–1240 u. 1486). 8 f. AMBROSIUS, *Commentarium in Epistolam I ad Corinthios* (PL 17, Sp. 197–202). 9 AMBROSIUS, *Expositio evangelii secundum Lucam* (PL 15, Sp. 1739–1741). 10 AUGUSTINUS, *De civitate Dei*, XX, 25 (PL 41, Sp. 699–700). 10 AUGUSTINUS, *Epistolae* (PL 33, Sp. 707–718). 10 AUGUSTINUS, *De genesi ad litteram* (PL 34, Sp. 481 f.). 11 AUGUSTINUS, *Contra Julianum* (PL 44, Sp. 828–831). 11 AUGUSTINUS, *De fide et operibus liber unus*, cap. 15 (PL 40, Sp. 212–215). 12 AUGUSTINUS, *De octo Dulcitii quaestionibus* (PL 40, Sp. 149–157). 12 AUGUSTINUS, *Enchiridion ad Laurentium sive de fide, spe et caritate liber unus*, cap. 68 (PL 40, Sp. 284 f.). 12 AUGUSTINUS, *Enarrationes in Psalmos* (PL 36, Sp. 396–412). 13 AUGUSTINUS, *De sermone Domini in monte*, I, 21 (PL 34, Sp. 1264 f.). 14 AUGUSTINUS, *De civitate Dei*, XXI, 26 f. (PL 40, Sp. 743–752). 14 AUGUSTINUS, a.a.O., XXI, 16 (PL 40, Sp. 730 f.). 15 AUGUSTINUS, a.a.O., XXI, 27 (PL 40, Sp. 746–752). 15 AUGUSTINUS, *De genesi contra Manichaeos*, II, 20 (PL 34, Sp. 211 f.).

Hieron. in c. ult. *Isaiae* (de Mich. 7.), *ad Malach*. 3. lib. 2. *in Jovinianum* (1. Cor. 3.), *ad Isaiae* 5 (1. ad Corinth.) ad illa verba *vae qui conjungitis domum ad domum*, in 4. cap. *Amos*, in ultimis verbis ultimi libri supra Isaiam, ad Matth. (*baptizabit in spiritu S. et igne. Spiritus S. in hac vita, igne in futura*). *Epist. 8. ad Demetriadem* (Matth. 5.), ad Matth. 5.

Basil. *ad Is*. 9; *Lib. de Spir. S.* c. 15 (Matth. 3)

Gregor. 4. *dialog*. 39.

Chrysost. *ad 1. Cor. 3. Hom. 3. in Epist. ad Philipp*; *Hom. 69. in populum Antiochenum* ad Matth. 5. (interpretatur quadrantem de vita praesenti).

Theodor. *ad I. Cor. 3*.

Theophyl. *ad 1. Cor. 3*, in c. 5. *Matth*. (sequitur Chrysost. de quadrante), in c. 12. *Lucae* explicat parabolice item Euthymius.

Oecumen. *ad. 1. Cor. 3*.

Sedul. *ad 1. Cor. 3*. (parum)

Cyprian. lib. 4. *Ep. 2. ad Antonianum*.

Gregor. Nazianz. in fine orationis *de Epiphania* vocat purgatorium alterius vitae ultimum Baptisma.

Matth. 5. Luc. 12. 1. Cor. 3.

Euthymius; v. Theophylact.

Euseb. Emissenus *hom. 3. de Epiphanias*.[7]

[7] *Am Rande*: NB.

1 f. HIERONYMUS, *Commentarii in Isaiam* (PL 24, Sp. 661–678 u. 79 f.). 1 HIERONYMUS, *Commentarii in Malachiam* (PL 25, Sp. 1564–1574). 1 HIERONYMUS, *Adversus Jovinianum* (PL 23, Sp. 314). 2 f. HIERONYMUS, *Commentarii in Amos* (PL 25, Sp. 1023–1035). 4 HIERONYMUS, *Epistola ad Demetriadem* (PL 22, Sp. 1107–1124). 6 BASILIUS der Große, *Commentarium in Esaiam Prophetam*, cap. 9 (PG 30, Sp. 506–523). 6 BASILIUS der Große, *Liber de Spiritu sancto*, cap. 15 (PG 32, Sp. 127–134, bes. 131). 7 GREGORIUS I., der Große, *Dialogi*, IV, 39 (PL 77, Sp. 393–396). 8 JOHANNES CHRYSOSTOMUS, *Homilia in epistolam I ad Corinthios* (PG 61, Sp. 67–84). 8 JOHANNES CHRYSOSTOMUS, *Homiliae in epistolam ad Philippenses* (PG 62, Sp. 197–206). 10 THEODORETUS, *Interpretatio primae Epistolae ad Corinthios* (PG 82, Sp. 245–254). 11 THEOPHYLACTUS, *Expositio in epistolam I. ad Corinthios* (PG 124, Sp. 597–609). 11 THEOPHYLACTUS, *Enarratio in Evangelium Matthaei* (PG 123, Sp. 185–202). 12 THEOPHYLACTUS, *Enarratio in Evangelium Lucae* (PG 123, Sp. 875–910). 13 OECUMENIUS, *Fragmenta in epistolam I. ad Corinthios* (PG 118, Sp. 670–682). 14 SEDULIUS, *Collectanea in Epistolam I ad Corinthios* (PL 103, Sp. 133–135). 15 CYPRIANUS, *Epistola ad Antonianum* (PL 3, Sp. 810 B – 811 A). 16 Wohl gemeint GREGOR VON NAZIANZ, *Oratio XL in Sanctum Baptisma* (PG 36, Sp. 366 f.). 20 EUSEBIUS GALLICANUS, *Homilia III de Epiphania Domini* (CCSL 101, S. 71).

Epiphan. *ad haeresin Tatiani* quae est ultima primi libri. (Act. 2) Christum cum descendit ad inferos liberasse eos qui per ignorantiam peccavere.

Gregor. Nyssen. *orat. pro mortuis*, non procul a medio. NB.[8]

Cyrillus *Catechesi 5. mystagogica* animarum juvamen. NB.[9]

386. DE ABRUPTIONE COMMUNIONIS ECCLESIASTICAE
[1. Hälfte 1677 (?)]

Überlieferung: *L* Konzept: LH I 7, 6 Bl. 42–43. 1 Bog. 2°. (Darauf auch N. 388_6, 387_1, 387_2 u. L^1 von N. 387_3 sowie N. 422.) $^1/_4$ S. auf Bl. 43 r°.

Die Stücke N. 386 bis 391 sowie das mit ihnen verbundene Exzerpt N. 422 entstanden in einem engen inhaltlichen und zeitlichen Zusammenhang, der durch ein häufig belegtes und allen Handschriften gemeinsames Wasserzeichen auf 1677 einzugrenzen ist.

N. 387 enthält die in fünf Arbeitsschritten aufgezeichneten Überlegungen zur *obligatio credendi*, die wir in den beiden Fassungen N. 387_1 u. N. 387_3 sowie dem Neuansatz N. 387_2 drucken. Das Ergebnis des ersten Arbeitsschrittes wurde in die Varianten zum Text von N. 387_1, der Form des zweiten Arbeitsganges, eingearbeitet. Der dritte Arbeitsschritt (N. 387_2) wurde als Neuansatz aus dem unmittelbar anschließend wiedergegebenen Konzept gewonnen, dessen verbesserte Reinschrift, das Ergebnis des 5. Arbeitsschrittes, die Druckvorlage für die endgültige Fassung (N. 387_3) bildet. Durch das Wasserzeichen der Reinschrift ist eine Eingrenzung der Datierung dieses Stückes sowie des auf demselben Bogen befindlichen Exzerptes N. 422 auf die Zeit von Januar bis April 1677 möglich.

Nach N. 387, wie ein entsprechender Rückverweis in N. 388_2 belegt, aber in großer zeitlicher Nähe, entstanden die verschiedenen Unterstücke von N. 388. Mit den Überlegungen zum Richter in theologischen Streitfragen griff Leibniz in N. 388_1 und 388_2 eine bereits in der Mainzer Zeit geäußerte Fragestellung wieder auf (VI, 1 N. 22), die er nach einem ersten Ansatz (N. 388_1) in N. 388_2 endgültig behandelte. N. 388_3, der Beginn eines Dialoges zwischen De Groot und Richelieu, bricht bereits nach wenigen Zeilen ab. Er war als einer von mehreren Dialogen am 12. Dezember 1676 von Leibniz geplant worden (VI, 3 N. 38, S. 399) und dürfte ebenfalls im Frühjahr 1677 niedergeschrieben worden sein. Mit N. 388_{4-6} folgen drei kleinere Abhandlungen zur *Utilitas controversiarum* in kirchlichen Streitfragen, von denen die beiden ersten nach wenigen

[8] *Am Rande*: NB.

[9] *Am Rande*: NB.

1 f. EPIPHANIUS, *Adversus haereses* (PL 41, Sp. 835–846). 3 GREGOR VON NYSSA, *Oratio de Mortuis* (PG 46, Sp. 498–538). 4 CYRILL VON JERUSALEM, a.a.O., cap. 5 (PG 33, Sp. 1115 B).

Zeilen abbrechen. In N. 388_6 behandelt Leibniz die Thematik ausführlicher. Dieses Stück befindet sich auf dem Bogen, auf dem auch N. 387 konzipiert worden ist, was die enge Bindung der Stücke untereinander belegt.

Inhaltliche Parallelen, gelegentlich wörtliche Übereinstimmung und der Rückgriff auf Aussagen von Hugo Grotius liegen ferner zwischen N. 387_6 und dem wohl nur wenig später entstandenen Stück N. 389 vor.

Saepe urgent protestantes non se sed Romanam Ecclesiam concordiam et communionem Ecclesiasticam abrupisse. Quod si adderent fuisse non abrupturis sequeretur hodie ad eos redire posse salvis quibusdam reformationibus. Sed haec omnia tamen Hypothesibus parum certis nituntur.

Locus notabilis Johannis XVII, 11, ubi Christus Patrem rogat pro suorum unitate.

Unitas Ecclesiae consistit in caritate. De osculo pacis vide Rintelenses contra Rekken et Schiller ex *catechesi Cyrilli.* Multa ibi alia praeclara de Unitate caritatis Bartholomaeus Caranza in *Summa Conciliorum.* Videas quantum degenerabant pontifices a majoribus suis, ne cui mirum sit interim, si qui abusus et perversae opiniones in Ecclesiam irrepserunt.

Eucharistia sacramentum ⟨unitatis⟩ nunc materia litis.

Locus Irenaei *adversus haereses* lib. 4. c. 62, apud Rintelenses contra Reckium pag. 81.

12 f. caritatis (*1*) Petrus Damiani (*2*) Bartholomaeus *L* 17 Irenaei (*1*) contra Schis (*2*) *adversus L*

12–18 Rintelenses contra Recken: Die Konversion Johanns von der Recke, die er mit seiner 1651 in Raesfeld gedruckten Schrift *Gründliche und warhaffte Motiven, durch welche Johann von der Reck, Herr zu Steinfurt bewogen, der reformierten Religion abzusagen und die uhralte römische catholische Religion anzunehmen* verteidigte, führte zu unmittelbarem Widerspruch von evangelischer Seite, so auch zu dem von Leibniz angeführten Traktat der Theologischen Fakultät zu Rinteln. Während sich die begleitenden Diskussionen belegen lassen, konnte dieser nicht nachgewiesen werden. Aus CHR. SCHEIBLER, *Felsen-Gründe gegen Sand-Gründe, und Motiven zur bäpstischen Religion: darauff Johann von der Recke Herr zu Steinfurt, seinen Abfall gebauet*; darin enthalten auch: *Grund-Feste der evangelischen Warheit . . . Entgegen gesetzt der genandten Grund-Fest der cathol. Warheit D. Eliae Schillers*, Dortmund 1652, können wir darauf schließen, daß die Schrift Schillers von 1629 in diese Diskussion einbezogen wurde. 12 *catechesi Cyrilli*: CYRILL VON JERUSALEM, *Catecheses mystagogicae quinque*, V, § 3, in *Catecheses illuminatorum Hierosolymis XVIII et quinque mystagogicae*, Köln 1564. 13 B. CARRANZA, *Summa conciliorum*, Leiden 1600 u.ö. 17 IRENAEUS, *Adversus haereses libri quinque* (PG 7, Sp. 1076 f.).

387. DE OBLIGATIONE CREDENDI
[1. Hälfte 1677 (?)]

Zur Datierung vgl. N. 386.

387_1. DE OBLIGATIONE CREDENDI. ERSTE FASSUNG

Überlieferung: *L* Konzept: LH I 7, 6 Bl. 42–43. 1 Bog. 2°. (Darauf auch N. 388_6, 386, 422, 387_2 u. L^1 von N. 387_3.) $^4/_5$ S. auf Bl. 43 r° u. 4 Zeilen auf Bl. 43 v°.

De obligatione credendi

Definitiones

Obligatio est necessitas sub poenae justae metu.

Poena justa est, quam infligeret sapientissimus ac potentissimus.

Sapientia est scientia felicitatis.

Scientia est cognitio certa.

Felicitas est status voluptatis sine dolore.

Credere est rationum quae persuadent conscium esse.

Probabilitas est excessus rationum pro re de qua agitur facientium supra contrarias.

Idem est esse in tua potestate sive pendere a voluntate tua, id est existere si velis.

Axiomata

Existit Ens sapientissimum et potentissimum.

Nulla obligatio est ad ea quae non sunt in potestate.

9 f. necessitas (*1*) sapientis. Nam ad quae alii vi, ad ea sapientes ratione coguntur. (*a*) Et quemadmodum (*b*) Et (*c*) Necessarium est quod non fieri impossibile est. (*2*) sub . . . potentissimus. *L* 14 est (*1*) probabilitatis (*2*) rationum quae persuadent *L* 17 f. Idem . . . velis. *erg. L* 19 Axiomata. (*1*) Ens Sapientissimum est etiam potentissimum, Et contra (*2*) Existit *L* 21 ad (*1*) impossibile (*2*) ea . . . potestate. *L*

Theorema I

Quoties de fide agitur sola attentio diligens pendet a voluntate nostra.

Nam fides vel credere est rationum conscientia ut dixi ad rationum conscientiam opus est tum rationibus, tum earum conscientia sine sensu, rationes pendent a natura rei; solum ergo quod a nobis esse potest, est earum perceptio sine conscientia; ad eam autem pervenire possumus duobus modis, vel ut casu se offerant rationes, vel ut a nobis inquirantur, casus non pendet a voluntate nostra, inquisitio pendet ab attentione, sola ergo attentio cum de rationum conscientia id est fide agitur pendet a voluntate nostra quod ostendendum susceperamus.

Theorema II

Nulla est obligatio ad ea, quae non sunt in potestate.

1 f. Theorema I (*1*) Fides, sive credere, non (*a*) est in po (*b*) dependet a voluntate nostra | in praesenti momento *gestr.* | Credere est probabilitatis conscium esse, probabilitatis, inquam, id est excessus rationum pro eo de quo agitur, supra contrarias, conscientia autem rationum non pendet a nostra voluntate (*aa*) , in praesenti (*aaa*) non (*bbb*) momento. (*bb*) (Quemadmodum scilicet in mea potestate non est, apertis oculis non videre, ita in potestate non est, attenta mente non agnoscere id quod in mente versatur.) Ergo nec fides. (*2*) Quoties de (*a*) rationibus | (*b*) rationum sensu sive conscientia *erg.* | agitur sola attentio (*c*) fide . . . diligens *L* 3 Nam (*1*) in rationibus duo (*2*) fides . . . dixi *L* 4 f. rei; (*1*) sensus earum | sive perceptio *erg.* | ab attentione nos (*2*) solum *L* 5 a (*1*) nostra voluntate pendere (*2*) nobis esse *L* 8 id est fide *erg.* *L* 9 f. susceperamus. (*1*) Theorema II (*a*) Nulla est obligatio credendi. (*b*) Nulla est obligatio ad impossibile. (*aa*) Nam obligatio est necessitas sapientis ergo ad quod quis obligatur id sapienti necessarium est, quod sapienti necessarium est id alicui certe necessarium est, quod (*bb*) At vero | (*cc*) Nam *erg.* | quod impossibile est, id non est possibile, quod (*aaa*) est impossibile, id multo minus est necessarium (*bbb*) non est possibile | cuiquam *erg. u. gestr.* | , id nec est, quod non est, id non necessario est, quod non est necessarium, nec sapienti necessarium est, quod sapienti necessarium non est ad id nulla obligatio est, | (ex definitione obligationis) *erg.* | ergo ad impossibile nulla obligatio est (*2*) Th. (*a*) 2. (*b*) II Obligatio nulla est ad credendum, sed tantum ad attendendum. Namsi attentio adsit, et fides non sequatur, non erit fides in nostra potestate *per th. 1.* | ad ea autem quae non sunt in potestate nulla obligatio est. Ergo ad credendum nulla obligatio est. *str. Hrsg.* | (*3*) Theorema II *L* 11–S. 2151.1 potestate. (*1*) Quae non sunt in potestate | (*a*) nostra humana (*b*) cujusquam *erg.* | (*aa*) non necessaria sunt (*aaa*) sapien (*bbb*) illi in cu (*bb*) ea non existunt (*aaa*) etsi velit (*bbb*) etsi velimus | (*ccc*) cuiquam ideo quia vult *erg.* | , quae non existunt etsi (*aaaa*) velis utique aliquando | tibi *erg.* | possunt | (*bbbb*) velimus utique possunt nobis *erg.* | non existere, itaque nec | tibi *erg.* | necessaria sunt, quae | tibi *erg.* | necessaria non (*2*) Nam obligatio est necessitas sapientis, id est impossibilitas in sapiente (*a*) aliter quam (*b*) agendi aliter. (*aa*) Impossibi (*bb*) Ad quae (*cc*) Ea erg (*dd*) Eorum ergo ad quae (*aaa*) sapiens (*bbb*) obligatus est aliquis contrarium ipsi si sapiens sit impossibile est (*3*) | Quaecunque non sunt in potestate, ea si contingunt, contingunt casu externo. Ergo *str. Hrsg.* | Quaecunque . . . ergo *L*

Quaecunque non sunt in potestate sapientis, ea non sunt necessaria sapienti, ergo si casu externo contingere hoc rerum statu non possunt, omnino contingere hoc rerum statu non possunt. Quae hoc rerum statu contingere impossibile, ea hoc rerum statu non contingere necessarium est, sive contrarium eorum est necessarium.

387_2. NEUER ANSATZ

Überlieferung: *L* Konzept: LH I 7, 6 Bl. 42–43. 1 Bog. 2°. (Darauf auch N. 388_6, 386 u. 422, der Rest von N. 387_1 u. L^1 von N. 387_3.) $^1/_4$ S. auf Bl. 43 v°.

Definitiones

1) Obligatio est necessitas imposita poenae justae metu.
2) Poena justa est quam infligeret sapientissimus idemque potentissimus.
3) Credere est conscium esse rationum nobis persuadentium.
4) In potestate sunt quae fiunt si velis.
5) Conscientia est nostrarum actionum memoria.

Axioma

Nulla est obligatio ad ea quae non sunt in potestate.

2 externo | non *L str. Hrsg.* | contingere *L* 2 contingere (*1*) omnino possunt (*a*) (ob circumstantias scilicet (*b*) ob rerum statum non (*2*) hoc *L* 3 contingere (*1*) non possunt ea utique non sunt necessaria (*2*) impossibile *L* 4 necessarium. | Nulla obligatio est ad ea quae non sunt in potestate. Nam obligatio | *per def. 1 erg.* | est ad ea quae nisi fiant imminet poena a sapiente et (*1*) potentissim (*2*) potente quem existere sumsimus *axiom. 1*. Sapiens autem nihil agit sine ratione; ratio poenae est obedientia. *gestr.* | *L* 9 necessitas (*1*) sub (*2*) | imposita *erg.* | *L* 10 infligeret (*1*) sapiens idemque potens. (*2*) sapientissimus idemque potentissimus. *L* 11 nobis *erg. L* 15 potestate | Neque enim sapiens a quoquam exigit quia sapiens non exigit nisi bonam voluntatem, nec punit nisi malam. Adest autem bona voluntas, qui quantum boni in potestate est faciunt, *erg. u. gestr.* | Theor. *L*

Theor. I

Nulla est obligatio ad credendum. Nam conscientia rationum non est in potestate.

Lemma

Conscientia non est in potestate.
Nam conscientia est memoria per definitionem 5.

387_3. ENDGÜLTIGE FASSUNG

Überlieferung:

L^1 Konzept: LH I 7, 6 Bl. 42–43. 1 Bog. 2°. (Darauf auch N. 388_6, 386, 422, der Rest von N. 387_1 u. N. 387_2.) $^3/_4$ S. auf Bl. 43 v°.

L^2 verb. Reinschrift: LH I 20 Bl. 165. 1 Bl. 4°. 1 S. (Unsere Druckvorlage.)

E GRUA, *Textes*, 1948, S. 181 f. (nach L^2).

De obligatione credendi quae pro demonstratione venditatur

Ratiocinatio Definitiones

1) Obligatio est necessitas imposita sub poenae justae metu.
2) Credere est conscium esse rationum nobis persuadentium.
3) In potestate sunt, quae fiunt si velis.
4) Metus est voluntas evitandi.
5) Conscientia est nostrarum actionum memoria.

12 De . . . venditatur *erg.* L^2 13 Ratiocinatio (*1*) ⟨mihi⟩ communicata (*2*) quae L^2
14 necessitas (*1*) sub (*2*) | imposita *erg.* | L^1 14 f. metu. 2) Poena justa est quam infligeret sapientissimus idemque potentissimus. 3) Credere L^1 *Die Definitionen 3 – 5 werden in* L^1 *als 4, 6, 5 gezählt.*
18 memoria | quod ne quis male dictum putet, cogitet, conscientiam non esse hujus ipsius actionis cujus conscientia est sive non esse sui ipsius, sed alterius actus praecedentis memoria autem ⟨ – ⟩ *gestr.* | 6) Metus . . . evitandi. L^1

Experimentum

Non est in potestate nostra nunc meminisse alicujus rei praeteritae, aut non meminisse.

Propositio I

Conscientia non est in potestate.

Demonstratio: Nam conscientia est memoria *per defin. 5.* Memoria non est in potestate, per experimentum praecedens. Ergo nec conscientia in potestate est.

Propositio II

Credere aliquid aut non credere non est in potestate.

Demonstratio: Nam credere est conscium esse rationum nobis id quod credendum est persuadentium *per def. 2.* Conscientia non est in potestate *per prop. 1.* Ergo nec credere in potestate est aut non credere.

Propositio III

Eorum quae non sunt in potestate nulla obligatio est.

1 Experimentum (*1*) Memoria (*2*) Non L^1 2 nunc *erg.* L^2 2 praeteritae *erg.* L^2 3 meminisse. | (Imo quanto magis cogitamus de re aliqua obliviscenda eo magis de ea cogitamus ac proinde eo minus obliviscimur; contra non possumus mihi nunc persuadere aliquid mihi obtigisse, quod mihi non obtigit. Ergo neque memoria neque oblivio in potestate est, equidem obliquis quibusdam artibus efficere posset aliquid, ut suam ipsius memoriam turbet, sed hoc non fit statim directeque neque successus est in potestate. Illud interim certum manet me non posse prohibitu efficere, ut cum antea aliquid memoria mea dictaret, aliquid non contigisse | exiguo *erg.* | postea | temporis intervallo *erg.* | eadem mihi dictet id mihi contigisse.) *gestr.* | Axioma: impossibilium nulla est obligatio. | Prop. I. *erg.* | L^1 5 f. potestate. Nam L^1 11 *def. 2.* (*1*) credere (*2*) conscientia L^2 14–S. 2154.1 nulla est obligatio. (*1*) Nam obligatio est necessitas | quae tibi imponitur *erg.* | aliquid praestandi, nisi poenam justam pati malis, *per def. 1.* Poena justa est quae infligeretur a (*a*) sapiente potentiam infligendi habente *per defin. 2* (*b*) sapientissimo et potentissimo per defin. 2 (*aa*) Sapientissimus delectatur optimo rerum statu, potentissimus eum (*bb*) Sapientissimus vult omnia fieri optimo modo possibili, potentissimus omnia possibilia potest; ergo si quis sit simul sapientissimus et potentissimus necessarium non est quod ne quidem possibile est: (*2*) Eorum quae si omittas, puniri non (*3*) Obligatio est necessitas praestandi aliquid sub poenae justae metu. *per defin. 1.* (*a*) Metus poenae nihil aliud efficere potest, quam voluntatem evitandi poenam, per (*b*) Poena justa est quam infligeret sapiens idemque potens *per defin. 2.* Ergo posita sapientia et potentia punientis, poena non potest evitari nisi per obedientiam (*c*) Metus poenae nihil aliud (*aa*) efficere | (*bb*) continere *erg.* | potest quam voluntatem evitandi poenam *per def. 6.* (*d*) Poena obligationi ad incutiendum (*e*) Poena obligationi inest et incutiendum metum, (*f*) | Porro *erg.* | poena inest obligationi, ut metuatur ab obligato, seu finis poenae est metus. Metus autem est voluntas evitandi, finis (*g*) Poenae metus nihil aliud in obligato efficere potest quam obedien (*4*) Cum L^1

Demonstratio: Cum metus poenae nihil aliud sit, quam voluntas evitandi poenam *per defin. 4*, sequitur nihil aliud in obligato ad obligationis effectum contribuere posse poenam quam voluntatem ejus evitandae per obedientiam seu praestationem. Quoniam ergo hinc patet metum poenae nihil aliud efficere debere quam obediendi voluntatem; et vero obligatio est necessitas quam efficit metus poenae *per defin. 1.* sequitur obligationem non esse nisi ad obediendi voluntatem; ac proinde ad ea quae posita etiam obediendi voluntate non fiunt, seu quae *per defin. 3.* in potestate non sunt, nullam esse obligationem.

Propositio IV

Nulla est obligatio credendi, sed tantum summo studio inquirendi.

Credere non est in potestate *per prop. 2.* quae non sunt in potestate, eorum nulla obligatio est, *per prop. 3.* Ergo nulla credendi obligatio est. Quod erat demonstrandum.

Corollar.

Hinc patet frustra aliquem juramento obligari ad aliquid imposterum credendum vel non credendum.

Scholium

Hinc colligo obligationem vel mandatum credendi, nihil aliud inferre quam summum credendi conatum, id est accuratissimam in credendi rationes inquisitionem: quae tamen ita moderanda est, ne ab aliquo majus studium desideremus quam cujus per rerum suarum statum vitaeque genus, capax est. Ut res clarius intelligatur: hoc momento

3 voluntatem evitandi per L^1 3 seu praestationem *erg.* L^2 4 ergo metus | poenae *erg.* | nihil L^1 4 efficere (*1*) posse | (*2*) debere *erg.* | L^2 4 quam (*1*) obedientiam (*2*) obediendi L^1 5 voluntatem, | (ut ostendimus) *erg.* | et obligatio est | necessitas *erg.* | orta ex metu poenae, (*1*) sequitur (*2*) *per* L^1 6 ad ea *erg.* L^1 8–10 obligationem. | Q. E. D. *gestr.* | Nulla L^1 10 sed . . . inquirendi *erg.* L^2 12–16 est. (*1*) Obligatio ita interpretanda est, ne nulla sit, si is a quo oritur sapiens est, (*2*) Scholium L^1 13 f. Corollar. . . . credendum. *erg.* L^2 17 obligationem ad credendum nihil L^1 18 accuratissimam in rationes inquisitionem, L^1 19 ita *erg.* L^1 19 est, (*1*) in quantum (*2*) ne L^1 19 quam (*1*) quod genus vitae ferre potest (*2*) cujus L^1 20–S. 2155.3 est | . Nihil huic Demonstrationi opponi potest, si quis modo admittat allatas a me definitiones. Si quis vero de illis dubitat, cessat disputatio: declarat enim alio a se quam a me sensu sumi *obligationis*, *credendi* etc. vocabulum. Ego vero (*1*) dec (*2*) et declaro me contentum esse demonstrare propositionem, secundum eum quem sumsi sensum verborum, quem nec ab usu vulgi abhorrere arbitror. *gestr.* | (*3*) sive (*4*) Ut . . . liceat *erg.* L^2

praesenti non obligor ad credendum, sive ad reminiscendum aliquid, quia id a me non pendet. Obligor tamen aliquando ut coner invenire rationes, quarum imposterum meminisse, id est credere, liceat. Simili methodo pleraque in re morali ac naturali theologia demonstrari possent. Quod maximi foret momenti ad tranquillitatem animi. Sola enim demonstratio certitudinem parit, sola certitudo tranquillitatem durabilem, sola tranquillitas felicitatem. tranquillitas felicitatem.

388. DE JUDICE CONTROVERSIARUM
[1. Hälfte 1677 (?)]

Zur Datierung vgl. N. 386.

388_1. ERSTER ANSATZ

Überlieferung: *L* Konzept: LH I 7, 6 Bl. 40–41. 1 Bog. 2°. ½ S. auf Bl. 40 r°, gestrichen.

De Judice Controversiarum

Judex controversiarum est, cujus judicio controversiae terminantur.

5 durabilem *erg. L*[2] 12 f. Controversiarum (*1*) Controversiae sunt vel de (*a*) veritate vel de eo quod (*aa*) credendum, (*bb*) | sentiendum *erg.* | vel de eo quod agendum est sent (*b*) veritate (*c*) animi sententia atque veritate vel de | rerum extranearum *erg.* | possessione. Judex controversiarum est cujus judicium infallibile est. (*aa*) Judex controversiarum de possessione ille est (*bb*) Possessionem voco potestatem in rem. Ille enim rem possidere videtur, qui eam habet in potestate. Judex controversiarum de possessione est, quisquis potentissimus est. (*aaa*) Nam judicium ejus infallibile est, (*bbb*) Nam qui potentissimus est, is voluntate sua (*aaaa*) alte (*bbbb*) possessionem dat adimitque, ideo non mirum est judicium ejus de possessionibus esse infallibile, quoniam pendet ab ejus voluntate. Judex controversiarum de veritate est quisquis effi (*2*) Judex *L*

Controversiae sunt vel de animi sententia atque veritate, vel de rerum extranearum possessione. Controversiarum de possessionibus motarum judex est quisquis satis potens est. Quantum scilicet satis est ad dandam adimendam atque conservandam possessionem. Ejus enim voluntate cum detur conserveturque possessio, frustra post ea movetur controversia de possessione: et superest tantum quaestio de veritate. Possunt enim in Republica efficere judices ut cedamus re nostra, ut injuriam etiam facientibus non resistamus, non vero ut credamus actionem fuisse justam. Etsi contradicere non audeamus imo ne debeamus quidem. Ego enim arbitror, summae potestati in Republica deberi non quidem obedientiam absolutam, attamen patientiam sive irresistibilitatem, qui veteris etiam Ecclesiae mos fuit.

Controversias de eo quod sentiendum sit, ille solus terminare potest, qui aliis quidvis persuadere potest. Quoniam enim judicem definivimus, qui controversias terminat, ille vero solus controversias in animi sententia consistentes terminat, qui contrarias animi sententias tollit, id est qui persuadet; patet illum esse judicem controversiarum qui potestatem habet persuadendi.

Absolute loquendo nullus datur judex controversiarum, nisi unusquisque sibi. Quoniam nemo potestatem habet alteri persuadendi quidvis.

388_2. ENDGÜLTIGE FASSUNG

Überlieferung: *L* Konzept: LH I 7, 6 Bl. 40–41. 1 Bog. 2°. 1 S. auf Bl. 40 r° u. v°.

4 enim (*1*) judicio (*2*) voluntate *L* 5 post ea *erg. L* 7 f. Etsi (*1*) facta (*2*) contradicere *L* 10 fuit. (*1*) Controversiam de sententia animi (*2*) Controversias *L*

De Judice Controversiarum

prop. 1. Controversia est quaestio, circa quam opiniones contrariae habentur. Est definitio.

prop. 2. * Judex controversiarum est, cui jus est controversias terminandi. Est definitio.

prop. 3. Terminare controversiam est efficere ut nullae amplius habeantur opiniones contrariae.

Nam * terminare sive finire aliquid est facere ut esse desinat. Controversia autem esse desinit, cum opiniones contrariae nullae amplius habentur *per prop. 1.*

prop. 4. Jus terminandi controversias pendet a potentia eas terminandi.

Nam quia nulla est obligatio credendi ut alibi dixi, nulla est obligatio abdicandi opinionem. Ergo nec jus in alio eam mihi tollendi, nisi id reapse praestare possit etiam me invito.

prop. 5. Judex controversiarum est in cujus potestate est controversias terminare.

Nam judex controversiarum ille est, cui eas terminandi jus est, prop. 2. id est potentia *per prop. 4.*

prop. 6. Quisquis est judex controversiarum in ejus potestate alterutrum horum esse debet, oblivionem hominibus inducere controversiae, aut efficere ut persuadeantur.

Nam judex controversiarum debet eas posse terminare per *prop. 5.* id est efficere ut opiniones contrariae cessent *prop. 3.* * Cessant autem opiniones duobus modis, vel oblivione, vel mutatione in aliam opinionem ergo judex controversiarum debet efficere posse vel oblivionem vel persuasionem.

prop. 7. In cujus potestate est persuadere, in ejus potestate esse debet excitare attentionem.

Nam * persuadere est facere ut credas. Credere est rationum conscium esse (ut alibi dixi). Conscientia nulla est sine attentione. Ergo nemo potest persuad⟨ere⟩ quin attentionem possit [*bricht ab*]

1 f. Controversiarum. | (*1*) defin. 1. (*2*) prop. 1. *erg.* | *L* 4 prop. 2. *erg. L* 4 est, (*1*) cujus judicio controversiae terminantur (*2*) in cujus judicio est controversias terminare (*3*) cui . . . terminandi. *L* 6 prop. 3. *erg. L* 9 amplius *erg. L* 10–16 prop. 4. . . . *per prop. 4. erg. L* 17 prop. (*1*) 4. (*2*) 6. (*a*) Persuadere (*b*) Quisquis *L* 17 potestate (*1*) est persuadere (*2*) alterutrum (*a*) autem (*b*) horum *L* 23 prop. (*1*) 5. (*2*) 7. (*a*) Si ponatur agitari (*b*) Durante ⟨ – ⟩ (*c*) In *L* 25 Nam (*1*) * creder (*2*) persuadere *L* 25 esse. (*1*) Consc⟨ien⟩tia non est (*2*) (ut *L* 26 nemo . . . persuad⟨ere⟩ *erg. L*

4 Die Bedeutung der Sternchen konnte nicht ermittelt werden. 11 alibi dixi: s. N. 387.

prop. 8. * Nullus homo est, qui in alio possit pro habitu efficere oblivionem vel attentionem.

Haec propositio non ratione ostendi potest, sed ab experientia pendet.

prop. 9 Absolute loquendo nullus homo est judex controversiarum respectu alterius.

Nam absolute loquendo in nullius hominis potestate [est] efficere oblivionem aut attentionem in alio *per prop. 8.* et quia attentio necessaria est ad persuasionem *per prop. 7*: ideo, absolute loquendo in nullius hominis potestate [est] efficere semper oblivionem aut persuasionem in alio. Ergo *per prop. 6.* absolute in nullius hominis potestate est controversias terminare. Id est *per prop. 5.* absolute loquendo nullus homo est judex controversiarum.

Dico autem *absolute loquendo* nam de reliquo fateor posita attentione in auditore, et opinione infallibilitatis in docente, posse aliquem judicem esse controversiarum. Sed necesse est, ut antea apud alium judicem id est apud me ipsum probet se judicem esse, unde absolute loquendo ego solus hominum controversiarum penes me judex sum. Ut postea ostendam.

Datur certa methodus examinandi an argumenta vim concludendi habeant an non. Omnia argumenta reduci possunt ad formam talem: *Omne A est B, omne B est C. Ergo omne A est C*, hoc ex Logicis suppono. Quae forma cum sit indisputabilis, examinandae sunt tantum propositiones duae assumtae, *Omne A est B, item omne B est C.* Hae propositiones nisi vel sint per se notae, vel probentur rursus, validum non est

1 prop. (*1*) 6. (*2*) | 8. *erg.* | *L* 6 Nam (*1*) nullus homo (*a*) efficere potest, ut controversiae (*b*) in potest (*2*) absolute loquendo *L* 7 in alio *erg.* (*1*) ergo qui (*2*) *per prop.* (*a*) *6.* (*b*) | *8. erg.* | (*aa*) ⟨eni⟩ (*bb*) et quia *L* 7 f. *prop.* (*1*) *5.* (*2*) | *7. erg.* | *L* 8 absolute loquendo *erg. L* 8 semper *erg. L* 9 in alio *erg. L* 9 *prop.* (*1*) *4.* (*2*) | *6. erg.* | absolute *erg.* | *L* 10 *prop.* (*1*) *4* (*2*) | *5. erg.* | *L* 10 homo *erg. L* 13 opinione (*1*) scientiae docentis (*2*) infallibilitatis *L* 16 ostendam. | (*1*) prop. 8. Absolute loquendo sibi quisque est judex co (*2*) Solus hominum sibi quisque judex controversiarum est. Nam etsi in mea potestate non sit efficere in me oblivionem, est tamen in mea potestate efficere attentionem. Et m (*3*) prop. 8. Absolute loquendo solus hominum sibi quisque controversiarum judex est. * Nam opinionem aliquam amplectendo facit cessare contrariam saltem apud se (nam nemo duas simul opiniones habere potest, tametsi dubitare possit, id est habere neutram). Ergo potentiam habet. (*a*) Ex omni attentione (*aa*) sequitur (*bb*) ad (*aaa*) contr (*bbb*) controversiam quandam (*b*) Ex omni attentione | ad quaestionem *erg.* | sequitur opinio. Nam (*aa*) ex attentione (*bb*) sequitur opinio (*cc*) sequuntur (*dd*) attentione posita vel offerunt se (*aaa*) rationes vel (*bbb*) rationes decidendi vel non offerunt. Si offerunt sese, ex illis sequitur opinio (nam ut alibi dixi opinionem habere, sive aliquid pro vero habere est rationum conscium esse [)]. Si nullae se offerunt rationes decidendi, (*aaaa*) vel si offerunt se (*bbbb*) se (*cccc*) tunc vel nullae plane offerunt se rationes, vel rationes consistunt in aequilibrio. In uniuscujusque *gestr.* | Datur *L* 21 nisi (*1*) probantur (*a*) argumentum (*b*) aut (*aa*) certae (*bb*) ut (*cc*) pro certis admittuntur, (*2*) vel . . . notae *L*

argumentum. Per se notae sunt illae propositiones quae vel experientia constant, vel quae constant ex terminis, sive quarum oppositum implicat contradictionem. Quorum utrumque dijudicare in potestate est. Ut probentur rursus opus est argumento quod ad eandem formam reduci potest. Redit ergo eadem ratiocinatio, et vel is qui argumentatur, deficiet tandem in probando, sive allegabit aliquod quod hoc modo probare non possit, et tunc totum cadet ejus argumentum vel tandem omnia reducet ad propositiones per se notas, et propositio erit demonstrata. Neque refert quod quaedam sunt probabilia tantum, nam de his demonstrari potest ipsa probabilitas.

388_3. RICHELIEU ET DE GROOT EN CONTROVERSES

Überlieferung: *L* Konzept: LH I 7, 6 Bl. 40–41. 1 Bog. 2°. 1/4 S. auf Bl. 41 r°.

Le Cardinal de Richelieu entendoit les controverses à fonds, comme chacun sçait, et prenoit plaisir d'en parler avec les habiles gens. Un jour il fit venir Monsieur de Groot pour conferer avec luy. Mais il faut sçavoir que Mons. de Groot alors etoit tout autre qu'il n'avoit esté dans sa jeunesse: car ayant jetté ce feu de dispute, qui échauffe plus qu'il n'éclaire; et estant revenu à cette simplicité obeissante qui seule est agreable à Dieu, il envisageoit les controverses tout autrement qu'il n'avoit fait.

Le Cardinal l'ayant veu luy dit, je seray bien aise Monsieur d'entendre vostre sentiment sur le moyen de reconcilier les controverses, car je sçay que vous avez fort medité là dessus.

G. Il est vray que cette étude m'a occupé assez long temps; mais V. E. me permettra de luy dire, que j'en suis revenu.

1 argumentum. (*1*) Certae (*2*) Per se notae *L* 1 vel (*1*) sensu | (*2*) experientia *erg.* | *L* 13 luy. (*1*) Ce fut lorsque Mons. de G (*2*) Mais *L* 15 obeissante *erg. L* 15 seule (*1*) peut estre (*2*) | est *erg.* | *L* 16 Dieu, (*1*) les yeux (*2*) il *L* 17 aise | Monsieur *erg.* | (*1*) de vous (*2*) d'entendre (*a*) parler sur (*aa*) ce (*bb*) les controverses (*b*) vostre *L*

11–S. 2160.5 Vgl. den im Dezember 1676 geplanten *Dialogue entre le Cardinal de Richelieu et Mons. de Groot touchant la reconciliation des religions* (VI, 3 S. 399).

R. Comment vous ne trouvez donc plus digne de Vous, ce qui exerce tant de personnes.

G. Il est vray qu'il n'y a point de chemin si aisé à la reputation que la voye des controverses. Un homme qui est versé un peu dans l'antiquité, et qui avec cela sçait l'art de raisonner n'a point de peine d'y reussir.

388_4. DE UTILITATE CONTROVERSIARUM.

Überlieferung: *L* Konzept: LH I 7, 6 Bl. 40–41. 1 Bog. 2°. 9 Zeilen auf Bl. 41 r°, gestrichen.

De Utilitate controversiarum
Controversiae de Unitate et Schismate Ecclesiae

Cum controversiarum vexa[bi]lissimae sint quae de Unitate Ecclesiae et Schismate agitantur, harum utilitatem expendi suffecerit. Schisma ideo malum est, quia laedit caritatem, quod communi Sanctorum Patrum consensu ostendi potest.Ergo qui pr [*bricht ab*]

388_5. DE UTILISSIMO CONTROVERSIARUM GENERE

Überlieferung: *L* Konzept: LH I 7, 6 Bl. 40–41. 1 Bog. 2°. $^1/_2$ S. auf Bl. 41 r°.

1 f. Vous, (*1*) une recherche (*a*) qui doit estre si importante, puisqu'elle (*b*) si importante (*2*) ce . . . personnes *L* 3 G. (*1*) je ne la méprise pas, mais je tiens qu'elle est inutile, tandis que nous negligeons une autre (*2*) il *L* 10 controversiarum (*1*) agitatissimae (*2*) | vexalissimae *ändert Hrsg.* | *L* 11 agitantur, (*1*) suffecerit (*2*) de hisce judicium (*3*) harum *L* 11 quia (*1*) adversatur caritati. (*2*) laedit *L*

De Utilissimo Controversiarum Genere

In tanto controversiarum numero minime necessarias maxime agitari semper sum miratus. Communis opinio est non errorem sed improbitatem pertinacem facere haereticum. Schisma quoque non alia magis in re quam caritatis laesione constare. Ante omnia ergo de vera probitatis atque caritatis natura disputandum esset nobis, si solida magis quam speciosa amaremus. Quoniam valde verisimile est non nocere errorem sine impietate, et plane certum est non prodesse fidem sine caritate.

Neque vero putandum est exploratam satis omnibus verae Caritatis naturam esse, alioqui omnes divino quodam ardore succensos videremus; cum cognita bona non possint non desiderari. Neque vero dubitassent aliqui an nullo actu amoris Dei super omnia exercito salvari quisquam possit; neque contritionem minime in potestate esse arbitrarentur, neque ineptas saepe et a vera caritate alienas praescriberent formulas, neque amorem Deo debitum in creaturas transferrent, si satis scirent quid sit Deum super omnia amare.

Amplius dico nemo gloriari potest se Deum amare ut oportet, nisi paratus sit non opum tantum, et voluptatum, sed et famae vitaeque jactura redimere gloriam Dei, et publicum bonum.

Quisquis Deum vere amat, quisquis bonum publicum sincero affectu quaerit, is vere in Ecclesia Catholica est, reliqui omnes schismatici sunt. Nam schisma est quod laedit illud caritatis vinculum generale.

Fateor maximi ad bonum publicum momenti fore, Christianorum reunionem sub capite communi: ideo non abnuo [*bricht ab*]

1 (*1*) De controversiis maxi (*2*) Cum (*3*) In tanto controversiarum numero semper sum miratus illas minime agitari, quae maxime necessaria sunt. Equidem fatentur omnes (*a*) Haeret (*b*) Haereticum facere pertinacium, Schismaticum esse qui caritatem a (*4*) De *L* 3 non (*1*) opinionem (*2*) errorem *L* 3 sed (*1*) malitiam (*2*) improbitatem pertinacem *L* 7 f. caritate. (*1*) Dolendum (*a*) vero est (*b*) est vero (*c*) autem (*2*) At vero, dicet aliquis inutiliter disputatur de re omnibus explorata. Ego vero optarem (*a*) notum esse hoc argumentum (*b*) | ita *erg.* | notam esse ut nullius opera indigeret. Quaero igitur qui fiat, quod hominum amor erga Deum c (*3*) Neque *L* 10 desiderari. (*1*) Et | vel *gestr.* | nemo unquam dubitasset, an aliquis sine (*a*) caritate erit (*b*) actu amoris Dei super omnia salvari possit (*2*) Neque *L* 17 f. bonum. (*1*) Imo ille vere extra Ecclesiam est, qui (*a*) ⟨carit⟩ (*b*) caritatem non est. (*2*) Quisque (*3*) Quisquis *L* 18 quisquis (*1*) commune (*2*) bonum *L* 22 communi (*1*) , nec diffiteor, quantum ⟨sa⟩ (*2*) : ideo *L*

388_6. DE CONTROVERSIIS

Überlieferung: *L* Konzept: LH I 7, 6 Bl. 42–43. 1 Bog. 2°, gestrichen. (Auf dem Bogen auch N. 386, N. 387_1, N. 387_2, L^1 von N. 387_3 u. N. 422.) $^3/_4$ S. auf Bl. 42 r°.

Controversiae quemadmodum civiles, ita et sacrae vel ad judicium vel ad causam pertinent, sive ut vulgo loquuntur vel ad Processum judiciarium, vel ad Merita causae.

Controversiae quae ad Judicium ipsum pertinent, nonnunquam generales, praejudiciales, liminares dicuntur. Est autem judicium status hominum rationibus certantium sub exitus sive conclusionis spe. Spes autem victoriae a certo quodam signo visibili ac nullis disputationibus subjecto pendere debet. Quale est sententia judicis, persuasio ipsius adversarii, evidentia rationis.

Caetera enim signa pleraque novarum saepe difficultatum feracia sunt. Judex si quid in sententia sua sit ambiguitatis aut obscuritatis, tollere poterit explicando. Fateor tamen nullo judice opus fore, si duo litigantes in certam quandam disputandi formam consentirent, eamque accurate observarent, ita enim sponte naturae veritas vel certe probabilitas alterutrius opinionis se detegeret, et pro judice esset ratio ipsa.

Opponitur judicium Bello, quod est *status* hominum *per vim certantium*, ubi nihil attinet adjicere exitus spem, cum in ipsa hujus certaminis natura contineatur, provalente utique potentiore aut feliciore: at vero non omnis status per rationes certantium judicium est, saepe enim abest spes exitus utroque sententiam ad extremum tuente, auditoribusque suspensis.

Qui rationibus certant vicisse videbuntur, ubi scopum assecuti erunt, scopus autem est persuadere. Nam qui sorte, qui monomachia, qui purgatione quam vocant, sive probatione per ignem aut aquam, denique qui tormentis vincit, is non ideo innocentiam

5 f. causae. (*1*) Illae generales sunt magis, hae speciales, illae saepe praejudiciales (*2*) Controversiae *L* 10 est (*1*) sors, probatio per ignem aut aquam (+ ex veterum more aliquid ex barbarie retinente +) certamen singulare, sententia judicis, | (*2*) Evidentia rationis; (*3*) sententia (*a*) judicis (*b*) sapientis et probi, *erg.* | Ex omnibus istis victoriae signis illud perfectissimum est, quod seipsum explicare potest, ac proinde | qualis est sententia judicis. *irrtüml. nicht gestr.* | (*4*) sententia . . . rationis *L* 22 est (*1*) , vel evidentia veritatis, vel persuadere, idque (*2*) | , vel *str. Hrsg.* | persuadere | , vel aliud praemium auferre *gestr.* | . Nam *L*

16 H. GROTIUS, *De jure belli ac pacis*, Amsterdam 1642, I, 1 § 2.

suam aut adversarii culpam persuadet, aufert tamen praemium, impunitatem scilicet aut rem de qua agitur.

389. DE CONTROVERSIIS SACRIS GENERALIBUS
[1. Hälfte 1677 (?)]

Überlieferung: *L* Konzept: LH I 3, 7k Bl. 1–2. 1 Bog. 2°. 3 S.

Zur Datierung vgl. N. 386.

De controversiis sacris generalibus

Controversia est hoc loco quaestio in aliquo judicio agitata.

Judicium est status rationibus certantium sub exitus spe.

Opponitur Judicium Bello.[1]

Bellum est *status per vim certantium.*

Nihil necesse est in definitione Belli addi spem exitus, quemadmodum eam addidimus in definitione Judicii. Nam ipsa natura certaminis per vim talis est, ut plerumque sub finem ejus appareat quis sit victor. At cum rationibus certatur raro sub certaminis finem apparet penes quem sit veritas aut victoria.

Judicium ergo a Disputatione in eo differt, quod in judicio sub certaminis initium spes est ad exitum perveniri posse; at cum Disputatio inchoatur sine judice sive norma verendum est ne nihil agatur, sed idem qui ante fuit, sit sub finem disputationis rerum animorumque status.

[1] *Anstreichung von* Judicium *bis* Bello.

14 certatur (*1*) plerumque (*2*) raro *L*

11 *status . . . certantium*: H. GROTIUS, *De Jure belli ac pacis*, Amsterdam 1642, I, 1 § 2.

Quare Disputationes ad exercitium utiles esse possunt, at cum serio exitus certaminis quaeritur, ad judicium aliquod confugere debemus.

Exitus certaminis est, cum post certamen res in eum pervenit statum, ut certari amplius facile non possit.

Hic enim est scopus certaminis serius, ut tandem certaminum fiat finis.

Exitus certaminis generalior est quam victoria, nam esse potest certaminum finis, neutro vincente. Quando scilicet ambo cecidere, quando ambo superstites atque integri anceps certamen pace diremere; quando neuter alterum convicit, quando apparet inane fuisse certamen, controversiae scilicet statu non in rebus aut sententiis, sed verbis posito, quibus semel declaratis quaestio cessavit.

Certamen est experimentum virium eo animo utrinque captum, ut appareat uter sit potentior.

Cum autem qui animo atque intelligentia praediti sunt nihil frustra faciant, patet certantibus, propositum esse aliquod praemium certaminis sive Brabeum, sive hoc ipsa victoris gloria sit, sive aliud quoddam lucrum cujus spe ardor certantium animatur.

Certari potest viribus ingenii aut corporis; imo et fortuna. Nam ille quoque qui fortunatior est censeri potest potentior. Potens enim est, qui amicum habet potentem, nempe fortunam.

Spes exitus consistit in tali certaminis natura, ut judicari possit expectari exitum debere. Itaque non hic de illa spe loquor, quam sibi quisque fingere potest, sed quam res ipsa suppeditat, sive de sperandi causa, quam Galli vocant *apparence* perinde ac si dixissem judicium esse statum rationibus certantium sub justa exitus spe.

Ut ergo controversias quae in judicio sive sacro sive civili nasci possunt penitus intelligamus, consideranda erit persona certantium, praemium certaminis, spes exitus ex ipsis certandi legibus, ac denique rationes quibus certatur. Nam tractatio de judice sive norma, sub tractatione de spe exitus continetur.

Circa certantes quaestio esse potest, an personam habeant standi in judicio, sive an audiri debeant. Quae sane dubitatio etiam in sacris controversiis obtinet. Quaeritur enim an sit cujusvis etiam Laici in has res accuratius inquirere, scripturam sacram legere

4 amplius (*1*) hoc mod (*2*) facile *L* 6 quam *erg. L* 6 nam (*1*) ad (*2*) fieri (*3*) | esse *erg.* | *L* 10 f. cessavit. (*1*) Ut ergo natura appareat illius hominum status, qui judicium appellatur, resumta ejus definitione paulo ante posita considerandum est, quinam sint illi qui certant. (*2*) Certamen *L* 23 ergo (*1*) naturam judicii sive sacri sive civilis (*2*) controversias . . . possunt *L* 25 tractatio | sive *gestr.* | de *L* 27 Circa (*1*) personas (*2*) | certantes *erg.* | *L* 28 sane (*1*) controversia (*2*) dubitatio *L*

aliaque vetustatis documenta excutere; controversiam de religione publice movere, et reformationem flagitare: an non qui talia privatim suae instructionis causa suscipit, eruditus aut etiam peculiariter illuminatus esse debeat. Et an is qui publice actionem instituere de his rebus audet, peculiari missione divina sive ordinaria sive extraordinaria debeat esse instructus.

Huc[2] ergo pertinet quaestio de permittenda aut prohibenda scripturae sacrae lectione; de libris prohibitis et indice expurgatorio, de fide implicita simplicium; de jure puniendi dubitantes disputantes, negantes, haereticos, apostatas, relapsos; deque inquisitoribus haereticae pravitatis. De admittendis ad disputationes, colloquiaque haereticis, et salvo conductu ipsis concedendo ac fide servanda, denique de Missione ordinaria, extraordinariave ad docendum necessaria. Semper enim in his quaeritur de jure admittendi aliquos ad controversias de religione privatas publicasve aut ab iis repellendi.

Praemium Certaminis per rationes suscepti est persuasio. Quae persuasio est vel adversarii ipsius vel aliorum, audientium. Persuasio adversarii maximum est certaminis per rationes praemium. Ea enim demum plena victoria est, quae ut ille ait, *Confessos animo quoque subjugat hostes*, et vero tunc neque judicis autoritate, neque militari executione neque poenae metu, opus est, ad rem nostram consequendam confessionemve adversario extorquendam.

Persuasio auditorum eam vim habet, tum ut pudore ac metu quodam contineatur adversarius si quid ultra moliri velit, tum ut applaudentium judicio atque autoritate quod volumus consequamur.

Caeterum Persuasione quaerimus vel bonum aliquod nostrum vel alienum: Bonum nostrum, gloria, consecutio praemii aut honoris certantibus propositi; vel etiam rei nostrae de qua alius controversiam fecerat; securitas nostra per poenam improborum stabilita.

[2] *Durch Anstreichung hervorgehobener Absatz*

2 flagitare: | Et *gestr.* | an *L* 2 suae (*1*) institutionis (*2*) instructionis *L* 4 missione (*1*) sive (*a*) divina (*b*) extr (*2*) divina sive *L* 8 haereticos *erg. L* 11 extraordinariave (*1*) . Haec enim omnia eo pertinent ut sciamus (*a*) ⟨quid⟩ ad haec (*b*) de jure (*2*) ad . . . necessaria *L* 11 in his *erg. L* 14 , audientium *erg. L* 19 ac metu *erg. L* 22 Persuasione (*1*) vel nihil aliud quaerimus quam omnem persuasionem, vel gloriam, (*2*) quaerimus (*a*) vel lucrum (*b*) vel *L* 22 nostrum (*1*) malumve (*2*) vel *L* 23 aut honoris *erg. L*

16 *Confessos . . . hostes*: CL. CLAUDIANUS, *Panegyricus de sexto consulatu Honorii Augusti*, 248.

Bonum alienum persuasione quaerimus, cum audientes meliores reddere conamur; quamquam fructus inde etiam in nos redundet, est enim inter caritatis opera, errantes docere. Caritati autem maxima praemia a Deo constituta esse certum est.

Spes exitus pendet ex certitudine habendi notam victoriae sensibilem.

Nota sensibilis, quae nulli disputationi subjecta est, exempli causa color aliquis oblatus ater an albus sit, non disputant homines, et omnino de iis quae praesenti sensu percipiuntur ab omnibus certamen nullum est, quoniam obvius quisque vocatus statim pronuntiaret pro victore vero. Exempli causa si tua sagitta propior scopo fixa haereat quam mea, nulla quaestio est de victoria, nam obvius quisque vocatus, statim dicet sagittam tuam esse propiorem etsi ignoret tuam esse.

Modus perveniendi ad notam sensibilem in judiciis pendet ex judicii modo. Quaeritur autem nota sensibilis vel veritatis, vel persuasionis. Si persuasionis, quae alia haberi potest, quam approbatio auditorum, quae utique res est sensibilis, idque sufficit in civilibus, ubi auditorum autoritate atque assensu consequimur quod certando quaesivimus, gloriam scilicet aut rem. At in sacris ubi nota sensibilis veritatis quaeritur non sufficit persuasio, neque approbatio auditorum, nisi illi sint infallibiles in argumento de quo agitur.

Notae veritatis sunt ratio aut autoritas. Autoritas divina aut humana. Item muta aut vocalis. Autoritas divina muta, est revelationis praeteritae relatio. Autoritas divina vocalis, est revelatio praesens, per miraculum aliquod testata. Huc pertinet et probatio per ignem, aquam, sortem, felicitatem temporalem, aliasque notas, quarum fundamentum est providentiae consentaneum esse ut Deus aliquod signum det; sive subsistens, sive novum cum nobis id postulare libuerit, quorum posterius minus probabile. Autoritas humana est aut de iis circa quae testimonium alicujus recipitur, aut de iis circa quae nemini credi necesse est nisi habeat privilegium infallibilitatis. Utraque est rursus muta vocalisve. Patrum exempli causa muta est autoritas, potest enim disputari de explicatione. Autoritas humana est vel singularis, vel universitatis, ut integri alicujus seculi, familiae, sectae, gentis. Autoritas hodierna sola vocalis est, estque aut hominis cujusdam aut gentis, aut etiam multitudinis infallibilis. Infallibilitas pendere potest aut a divina gratia, aut a rei natura, ut cum aliquis de re facti testatur nec est cur credamus corruptum ejus judicium, aut etiam scimus corrumpi non potuisse. Exempli causa testimonium alicujus

4 ex (*1*) judicii forma (*2*) nota quadam (*3*) certitudine *L* 11 judicii (*1*) forma (*2*) ordine (*3*) modo *L* 14 assensu (*1*) nostram assequi (*2*) consequimur *L* 19 muta (*1*) est scriptura sacra (*2*) , est *L* 20 per (*1*) somnium (*2*) miraculum *L* 22 est (*1*) Deum (*2*) providentiae *L* 28 hodierna (*1*) vocalis e (*2*) sola *L*

multitudinis de rebus facti. Talis est consensus perpetuus Christianorum ab omnibus seculis, talis est etiam sententia aliqua hodierna recepta, circa rem aliquam facti, quoties non potest ostendi mutatio, sequitur enim eam factam non fuisse. Huc pertinet principium Arnaldi. Nota quaedam infallibilitatis gratia divina a Deo datae foret necessitas ordinatoris ad sacramentorum ordinationem, ita enim illi qui successionem haberent, haberent praesumtionem. Nota omnes hae autoritates, excepta revelationis hodiernae vel hominis aut concilii infallibilis sunt mutae, seu explicatione alterius nonnunquam ratiocinationeve aut alio judice indigentes. Nota huc referenda Masenii et Veronii *methodus*, qui volebant reducere protestantes ad probandam confessionem ex scriptura sine ratiocinationibus ad quaestionem scilicet de autoritate et scriptura vocali.

Rationes sunt aut probationes, aut praesumtiones, aut semiprobationes seu probabilitates. Quae ut faciant notam sensibilem certa forma proponendae sunt; ut appareat evidentia veritatis. Et hac forma inprimis opus est, cum de ipso judice vel autoritate muta vel vocali stabilienda agitur. Ultimus enim de judice judex ratio est.

1 consensus (*1*) alicujus perpetuus (*2*) perpetuus *L* 2 recepta, (*1*) quoties (*2*) circa *L*

4 principium Arnaldi: vgl. A. ARNAULD, *La Perpetuité de la Foy de l'Eglise Catholique touchant l'Eucharistie, defendue contre le livre du Sieur Claude*. Paris 1669 [Marg.]. Arnauld beweist, daß seit den Aposteln keine Innovation bezüglich des Mysteriums der Eucharistie hat stattfinden können. 8 J. MASENIUS (Semanus), *Methodus fidei conciliandi*, Köln 1652. 9 F. VÉRON, *Methodus Veroniana, sive brevis et perfacilis modus, quo quilibet Catholicus etiam scholis Theologicis non exercitatus, potest solis Bibliis sive Genevensia illa sint sive alia, et confessione fidei Religionis praetentae Ministrem evidenter mutum reddere, et Religionario cuicumque, quod in omnibus et singulis praetentae Reformationis suae punctis errare teneatur, demonstrare*, Köln 1619.

390. QUID SIT ESSE AUT NON ESSE IN ECCLESIA ROMANA
[1. Hälfte 1677 (?)]

Überlieferung: *L* Konzept: LH I 3, 7a Bl. 3–4. 1 Bog. 2°. 2 $^{3}/_{4}$ S.

Thematik und gemeinsames Wasserzeichen mit N. 388 bis 391 legen eine Entstehungszeit zwischen Januar und Juni 1677 nahe.

Christus Joh. [XV.] 22. *Si non venissem et locutus fuissem eis peccatum non haberent*. An non dissensus fundamentalisinter eos qui putant Papam solum sine concilio esse infallibilem?

Probare suscipiunt Romanae Ecclesiae addicti 1) in Ecclesia Romana aliquem salvari posse, 2) extra Ecclesiam Romanam difficulter, aut non omnino quenquam posse salvari.

Explicandum est, quid sit esse aut non esse in Ecclesia Romana. Ecclesiae Romanae addictus est, is qui in Ecclesia Romana sacramentis uti paratus est.

An, qui idem sentit quod Concilium Tridentinum, an, qui eam Confessionem fidei amplectitur quam Papa omnibus docendi munus habituris praescripsit, quae Concilio Tridentino subjicitur. Sed illa confessio non nisi ab illis exigitur qui docere debent. An ergo is est, qui credit Pontificem cum Concilio ita esse infallibilem, ut quae ille velut credenda proponit, sub periculo salutis sint credenda, aut quae velut facienda imperat, sub mortali sint facienda.

Esse in Ecclesia Romana consistit vel in externis quae sensus incurrunt, vel in internis. In externis, si quis se dicit Ecclesiae Romanae esse membrum, et facit quae alii qui Ecclesiae Romanae membra dicuntur. In internis, si quis credit, aliquas Ecclesiae Romanae propositiones. Nota ille qui dubitat de veritate propositionum Ecclesiae Romanae, et tamen facit quae Ecclesia Romana praecipit, seu qui obedientiam habet sine fide is in externis tantum ei consentit. Tales sunt quicunque ita ratiocinantur, *ego non possum habere necessaria ad inquirendum veritatem*, *faciam ergo ut hactenus feci, vel ut alii ante me, aut mihi noti, vel ut major pars*. Distinguendum tamen inter hos, nam si tantum

7 XX. *L ändert Hrsg.* 9 suscipiunt (*1*) Romani, Ecclesia (*2*) Romanae . . . addicti *L* 13 est, (*1*) quicunque (*2*) is *L* 13 sacramentis (*1*) utitur. (*a*) Sed (*b*) Qui (*aa*) cens (*bb*) absolutionem (*2*) uti *L* 16 subjicitur. (*1*) An ergo (*2*) Sed *L* 17 qui (*1*) cr (*2*) paratus (*3*) credit *L* 20 sensus (*1*) atque (*2*) incurrunt, *L*

ita faciunt, ob exemplum vel consuetudinem, vel ob rationes humanas, quia scilicet abstrahendo a veritate, rationis est, ut quod hactenus, fecisti, adhuc facias, quamdiu nulla est ratio mutandi: item, ob hanc quod nullam vident rationem cur antecessores sui mutaverint agendi modum, et ideo redire volunt ad priora; non inde inferentes probabilitatem aliquam de eo quod melius factu videtur coram Deo, illi in externis tantum adhaerent. Multo magis illi qui id faciunt ob rationes pure humanas.

Certum hoc est: quicunque Romanae Ecclesiae addictus est, is facit et qui non facit haereticus appellatur. Sed horum opus est enumeratione. Afferamus primum signa hominis in Romana Ecclesia existentis negativa: Quicunque Romanae Ecclesiae addictus est is debet profiteri Concilium Tridentinum in iis quae velut articulos fidei definit non errasse. Imo vero quid si non sciat quid rei sit Concilium Tridentinum, ut aliquis rusticus. Quid de illo dicemus? Dicemus hunc rusticum debere saltem credere Symbolum Apostolorum, et debere uti Ecclesiae sacramentis, aut ad usum esse paratum. At hic nova difficultas, nam et ii qui haeretici vocantur, pertinacia carentes, possunt esse parati, si scilicet non sint obstacula seu impossibilitates morales, opinio scilicet, quae aequipollere debet physicae.

Gradus secundum quos aliquis esse dici potest in Ecclesia Romana.

Primus est ut externa faciat, ut apud eas gentes aut homines quibus hoc nomen attribuitur fieri solet, idque ob rationes humanas, ut quod hoc ipsis utile videtur vel necessarium ad temporalia commoda. Sive habeant sive non habeant contrarias rationes commodorum spiritualium.

Secundus est gradus eorum, qui id faciunt, nullam ob aliam rationem, quam quia nulla ratio ipsis occurrit mutandi, tametsi nulla spiritualia commoda inde sibi promittant; sed tantum sequuntur in eo regulam prudentiae generalem. Et huc pertinent illi omnes qui id quod egere adhuc agunt ex sola consuetudine, non cogitantes bene an male.

Tertius est gradus eorum, qui faciunt ideo quia commoda spiritualia inde sibi promittunt non quidem certo, attamen verisimiliter.

1 faciunt, (*1*) nec tamen (*a*) putant ⟨veriorem⟩ (*b*) verisimilem sibi videri S (*2*) ob *L* 1 consuetudinem, (*1*) abstrahendo a bo (*2*) vel *L* 3 antecessores (*1*) faci (*2*) sui *L* 6 f. humanas. (*1*) Externa (*2*) Certum *L* 7 facit (*1*) ea (*2*) et | se quae *str. Hrsg.* | qui *L* 7 f. facit (*1*) in Rom (*2*) a (*3*) haereticus *L* 8 enumeratione. (*1*) Nam (*2*) Omnis homo (*3*) Afferamus *L* 9 Quicunque (*1*) non (*a*) uti (*b*) dicet se (*2*) Romanae *L* 10 debet (*1*) credere | (*2*) profiteri *erg.* | *L* 11 errasse. (*1*) Debet (*a*) cred (*b*) profiteri (*2*) Imo *L* 11 non (*1*) audiverit c (*2*) sciat *L* 14 et (*1*) haereti (*2*) ii *L* 15 morales, (*1*) consue (*2*) opinio *L* 18 ut (*1*) in Ecc (*2*) apud *L* 20 f. Sive . . . spiritualium. *erg. L* 24 tantum | in eo *str. Hrsg.* | sequuntur *L* 25 f. male. (*1*) Eand (*2*) | Quemadmodum *str. Hrsg.* | Tertius *L* 26 qui (*1*) commoda (*2*) faciunt *L* 27–S. 2170.1 verisimiliter. (*1*) Quartus gradus est eorum, qui (*2*) Potest *L*

Potest secundus gradus tolli, semper enim rationes erunt vel spirituales, vel temporales, aut aberunt rationes omnes. Ita qui facit ut alii, saltem cogitat se ita facere debere vel ob consuetudinem ne scilicet ridiculus vel ineptus appareat, vel ob rationem hanc interiorem, quod scilicet quilibet in sua conscientia debet sequi id quod est in possessione. Itaque inter eos qui ob rationes spirituales in Ecclesia Romana sunt, illi vel habent rationes sumtas a recta ratione, ut qui volunt manere in possessione, aliisque externis argumentis, quae non ad veritatem, sed ad praxin spectant; vel habent rationes spirituales ad ipsam spectantes opinionem, seu per quas ipsis verisimilius redditur veras esse sententias quae in Romana Ecclesia docuntur. Verisimilitudo autem illa varios habet gradus, et aliquando ad certitudinem moralem pervenire potest.

Examinandum nunc quid illi faciant qui in Romana Ecclesia esse vulgo dicuntur. Ubi quidem non Romae aut Italiae soli, non Galliae aut Germaniae soli, sed illi credendum est, quod in scholis cathedrisque Germaniae Galliae Italiae Hispaniae, ab iis qui Ecclesiastici vocantur, qui a Papa scilicet et Episcopis pro more ordinatis, pendent; communi consensu [docetur].

Hi ergo communi consensu docent unumquemque debere diebus praescriptis audire missam, debere in peccatum lapsum confiteri et absolutionem desiderare, debere profiteri se id omne [professurum et facturum, quod] consensu eorum qui cum Romana Ecclesia unitatem quandam colunt receptum intelligent.

In Ecclesia Romana esse dicetur, quicunque ob rationes spirituales, seu ob futurae vitae bona cum Episcopo Romano communionem colit.

Communionem autem cum Episcopo Romano colere, hic intelligo, quicunque ea facit quae in communione Romanae Ecclesiae ut hominis in communione Ecclesiae Existentis notae, exiguntur. Qualia sunt ante omnia absolutionem a peccatis quaerere; deinde missam audire, tertio profiteri se facturum quae communi eorum qui in Romanae Ecclesiae communione esse habentur consensu recipientur; aut certe contrarium non professurum.

5 f. vel (*1*) hanc habent quod (*2*) habent *L* 6 a (*1*) Divina revelatione (*2*) recta *L* 6 possessione, (*1*) vel h (*2*) aliisque *L* 8 spectantes (*1*) prax (*2*) opinionem, *L* 9 Ecclesia (*1*) dicuntur. (*2*) docuntur. (*a*) Rationes illae spirituales (*b*) Verisimilitudo *L* 13 quod (*1*) autoritate publica (*2*) in *L* 14 qui (*1*) sacramentorum (*2*) Ecclesiastici (*a*) app (*b*) vocantur, (*aa*) et (*bb*) qui *L* 15 docentur *L ändert Hrsg.* 18 omne (*1*) professurum quod superiores qui Ecclesiastici cum (*a*) Romana curia (*b*) Roma quandam unitatem colentes, dec (*2*) | professuros et facturos *L ändert Hrsg.* | 21 f. colit (*1*) Porro, ut quis cum Episcopo Romano communionem colat non est necesse, ut omnia (*2*) Communionem *L* 24 sunt (*1*) pax (*2*) missa (*3*) ante *L* 27–S. 2171.1 professurum (*1*) non videtur hic inquirendum in (*a*) illorum argumenta (*b*) illas rationes quibus probatur aut defendi Ecc (*2*) Videtur qua (*3*) Non *L*

Non videtur proprie ostendendum quod tuto aliquid esse possit in Ecclesia Romana, sed incidenter; quatenus scilicet est generalis responsio contra protestantes secessum probantes.

Ecclesia Romana damnabiliter errare non potest. In Ecclesia quae damnabiliter errare non potest quivis tuto esse [potest]. Ergo probandum est, quod Ecclesia Romana damnabiliter errare non possit. Videndum quid promissum Christi de Ecclesia, Petro.

Ecclesia Romana damnabiliter non erravit. Differens ratiocinatio a superiore, quae asserit damnabiliter errare non posse. Ratiocinatio talis:

Si Ecclesia Romana damnabiliter erravit, tunc fuit tempus quo nulla erat Ecclesia quae non damnabiliter erraverit. Sed absurdum est posterius ergo et prius.

Probanda est consequentia, item absurdum. Absurdum probare conatur loco Christi *semper ero apud vos; usque ad finem Mundi*; item necessitate potestatis clavium; at si nulla erat Ecclesia in cujus communione aliquis esse non posset quin damnabili errori subscriberet utique non poterat aliquis accipere absolutionem.

Consequentia sic probabitur: si Romana Ecclesia sub initium seculi XVI damnabiliter erravit etiam Graeca et alia quaevis Ecclesia Christiana damnabiliter erravit, nam circa ea quae maxime culpantur in Ecclesia Romana, qualia illa sunt quae ad cultum pertinent; erat in aliis Ecclesiis omnibus. Respondebunt negando Graecam fuisse in iisdem sententiis, item, dicent etiamsi fuissent fuisse tamen Waldenses et fratres Bohemos. Quaeritur hic an non sit novum faciendum argumentum, quod scilicet necesse sit aliquam celebrem Ecclesiam orthodoxam semper extare. Cui videtur reponi posse quod tempore Israelitarum pauci fuere qui non genua flexerint coram Baal. Sed responderi poterit promissum simile non fuisse in V. T. Deinde videtur difficile catalogum testium veritatis per omnia secula deducere, et semper ostendere coetum in cujus communione aliquis sine erroris periculo esse possit.

2 generalis (*1*) objec (*2*) responsio *L* 3 f. probantes. (*1*) Quilibet tuto potest esse in Ecclesia quae d (*2*) Ecclesia *L* 4 potest. (*1*) Quilibet tuto esse potest in Ecclesia (*2*) In *L* 5 non potest *L ändert Hrsg.* 16 et (*1*) Moscovitica (*2*) alia *L* 17 maxime (*1*) condemnari possu (*2*) culpantur *L* 18 pertinent; (*1*) nulla (*2*) erat *L* 21 Ecclesiam (*1*) ext (*2*) orthodoxam *L*

12 *semper . . . Mundi*: vgl. Matth. 28, 20.

Argumentum ad ipsam Scripturam sacram probandam satis validum, videtur et satis esse validum ad alia probanda.

Traditio est argumentum ad ipsam scripturam sacram probandam satis validum. Ergo et ad alia.

Ad hoc diverse respondebitur, alii enim dicent scripturam sacram non probari per traditionem Ecclesiae, quin haeretici aeque atque alii hoc faciunt, potuisset inter Ethnicos quoque conservari, ut conservati sunt libri Platonis, et quod non puto esse proprie traditionem.

Dubitare an traditio sit bona, si probetur, idem est ac dubitare, an probata aliqua sit bona, si legitima esse ostendatur.

De potestate Ecclesiastica. Semper debet esse potestas Ecclesiastica.

Ubicunque nulla est potestas Ecclesiastica, ibi nulla est Ecclesia.

Apud Protestantes nulla est potestas Ecclesiastica.

Ergo apud eos nulla est Ecclesia.

Ubicunque nulla est Ecclesia ibi nulla est salus.

Videndum quid per potestatem Ecclesiasticam intelligatur, an potestatem conferendi aliquam gratiam spiritualem aut poenam spiritualem infligendi; si hoc ostendendum est an necesse sit, esse semper talem potestatem. An non jus Apostolorum temporale. Ista jurisdictio spiritualis est id quod constituit formalem rationem Ecclesiae, seu Reipublicae spiritualis, nempe conferre gratiam per sacramenta; item exclusos Ecclesia non tantum indignos declarare hac gratia, alioquin affligere spiritualiter. Difficultas circa jurisdictionem spiritualem, quod scilicet si homo est in gratiae statu constitutus non inde ejicietur ab Ecclesia, si extra eum est, frustra ei ab Ecclesia nocebitur. Potest et dici Apostolorum jurisdictionem Ecclesiasticam vel aliorum esse non ad effectum internum, sed ad disciplinam externam; et posse aliquem esse excommunicatum, qui non ideo minus sit in gratia, ab aliis tamen vitari debere. Et ita extra Ecclesiam posset esse salus. Vel etiam potest dici potestates Apostolorum et omnino Ecclesiasticam jurisdictionem fuisse in potestate faciendi miracula, aliquem daemoni tradendi visibiliter affligendum. Potest ad argumentum contra jurisdictionem spiritualem responderi distinguendo inter poenam temporalem et aeternam post hanc vitam, item aggravari poenam damnato; item posset

15 f. salus. (*1*) Ergo, si per potestatem Ecclesiasticam intelligitur jurisdictio quaedam vidend (*2*) Videndum *L* 18 non (*1*) persona (*2*) jus *L* 18 temporale. (*1*) Posito necessario (*2*) Ista *L* 23 est, (*1*) non potent (*2*) frustra *L* 26 ita (*1*) Ecclesia foret (*2*) extra *L* 28 f. affligendum. (*1*) Deinde potest distingui quo (*2*) Potest *L*

aliquis dicere jus excommunicandi esse tantum jus suspendendi quosdam actus fraternae caritatis, quae alioqui omnibus debetur, sit sibi velut Ethnicus et publicanus, id est sit tibi vitandus.

Omnes hae ratiocinationes quantum licet verbis sunt exuendae ambiguis; substitutis definitionibus pro definitis.

Quicunque est extra Ecclesiam non habet caritatem. Ergo est in mortali. Fateor.

Quicunque contra conscientiam alios damnat, is est in peccato mortali.

Eodem modo quicunque ad unionem sincere et omnibus viribus non tendit est in mortali.

Propositio haec probanda primum: Datur quaedam Ecclesia universalis extra [quam] non est salus, aut difficulter. Intelligo autem, per Ecclesiam illam Universalem universitatem quandam ab Apostolis ad nos continua successione propagatam.

Mira in scriptoribus confusio, ut nescire videantur quid dicant, qui de his rebus disputant, ut Wetweis illo ipso loco ubi probare conatur quod extra Ecclesiam non sit salus, fatetur non esse extra Ecclesiam, qui sunt inter haereticos, sed carent pertinacia.

Itaque quomodo potest probari aliquid solidi, si autores ne statuunt quidem certas probationes, quas probare contendant.

Bellarminus affirmans quod haeretici etiam consentiant, extra Ecclesiam non esse salutem declinat ejus probationem, sed debebat quod alibi bene observat meminisse haereticos id intelligere de Ecclesia invisibili.

Probandum hoc: quicunque est extra Ecclesiam visibilem quae habet potestatem administrandi sacramenta, is non potest salvari.

Difficilis provincia ab eo suscepta est qui argumenta adversariorum confusa et incerti sensus in ordinem redigere tentat.

9 f. mortali. (*1*) Quicunque non est in Ecclesia quadam (*2*) Datur (*3*) Propositio *L* 10 f. quem *L ändert Hrsg.* 11 f. Universalem (*1*) quen (*2*) quendam coetum a (*3*) quoddam corpus (*4*) universitatem *L* 23 qui (*1*) probationes (*2*) argumenta *L* 23 adversariorum (*1*) in ordi (*2*) confusa *L* 23 f. et (*1*) incerta (*2*) incerti *L*

14 f. illo ipso loco: vgl. B. VETWEIS, *Speculum verae ecclesiae Christi ac falsarum ecclesiarum*, Köln 1664, lib. III, cap. 2 (*Quod extra Ecclesiam veram Christi unicam non sit salus*), S. 49–54, bes. 49 f.
18–20 Vgl. R. BELLARMINO, *De controversiis christianae fidei, adversus hujus temporis haereticos*, contr. I, lib. III, cap. 11, in *Opera omnia*, Bd 2, Köln 1619.

Datur una quaedam Ecclesia seu coetus constans ex pastoribus.

Quicunque non est in communione Ecclesiae Romanae non potest aut non nisi difficulter potest salvari.

Probationes:

1. Quicunque non est in communione Ecclesiae Romanae non est in communione Ecclesiae Catholicae.

[2.] Quicunque non est in communione Ecclesiae Catholicae non potest facile salvari.

Ergo qui non est in communione Ecclesiae Romanae non potest facile salvari.

Probanda prop. 1. et 2.

Probandum prop. 2.: quicunque non est in communione Ecclesiae Catholicae non potest facile salvari.

Hoc ita probatur.

2, 1. Quicunque non est in communione Ecclesiae Catholicae est ligatus in coelo sicut et in terris.

Quicunque est ligatus in coelo non potest facile salvari,

Ergo quicunque non est in communione Ecclesiae Catholicae non potest facile salvari.

[Probanda] prop. 2. 1. [*bricht ab*]

391. VARIAE DEFINITIONES ECCLESIAE

[1. Hälfte 1677 (?)]

Überlieferung: *L* Konzept: LH I 3, 7a Bl. 1–2. 1 Bog. 2°. 3 S.

Thematik und gemeinsames Wasserzeichen mit N. 388 bis 390 legen eine Entstehungszeit zwischen Januar und Juni 1677 nahe.

1 seu (*1*) Universit (*2*) coetus constans ex (*a*) superioribus et inferioribus (*b*) pastoribus *L* 11 prop. 2 *erg. L* 13 f. probatur (*1*) . Quicunque non particip (*2*) tum autoritate tum ratione (*3*) . 2, 1. *L* 15 sicut *erg. L*

Variae definitiones Ecclesiae

Ecclesia invisibilis

1) Ecclesia est multitudo praedestinatorum, id est eorum qui salvabuntur.

2) Ecclesia est multitudo sanctorum, id est eorum qui sunt in statu gratiae, sive qui salvarentur, si nunc morerentur.

3) Ecclesia est multitudo credentium sive fidelium, id est eorum qui fidem salutarem habent, sive quorum fides salutem non impedit. Hoc sensu impii sunt in Ecclesia.

Ecclesia visibilis

4) Ecclesia est multitudo fidelium consentientium; id est qui et rectam fidem habent, et se invicem tales agnoscunt. Hoc sensu excommunicati sunt in Ecclesia.

5) Ecclesia est multitudo fidelium communicantium, sive se fratres agnoscentium, fratres inquam, id est socios salutis, tales nempe, ut neque fides, neque vita impediant salutem. Hoc sensu excommunicati impoenitentes non sunt in Ecclesia, tales enim esse judicantur, ut pro sociis salutis haberi nequeant.

6) Ecclesia est multitudo de Sacramentis omnibus comparticipare paratorum. Haec definitio est vicina praecedenti. Sunt enim sacramenta, tesserae communionis. Differt tamen a praecedente nonnihil. Nam Catechumeni exempli gratia tales erant et habebantur, ut neque fides eorum neque vita impediret salutem, et tamen nondum admittebantur ad participationem sacramentorum. Idem est judicium de excommunicatis poenitentibus, qui scilicet in veteri ecclesia non ideo recipiebantur in communionem, sed saepe ad articulum mortis usque excludebantur.

7) Ecclesia est societas a Deo instituta in religionis exercitio consistens. Societas est multitudo cum quodam regimine sive medio obtinendae unius voluntatis.

8 sive fidelium *erg. L* 10 Hoc . . . Ecclesia *erg. L* 11 multitudo (*1*) fratrum (*2*) fidelium (*a*) fratrum, (*b*) inter se communicantium, sive (*c*) fratrum (*d*) | consentientium *erg.* | *L* 12 f. Hoc . . . Ecclesia. *erg. L* 15 agnoscentium, (*1*) id est in eo statu constitutos (*2*) fratres *L* 15 est (*1*) in via salutis constitutos, tales sunt (*2*) socios *L* 17 impoenitentes *erg. L* 19 multitudo (*1*) fidelium (*2*) de *L* 19 omnibus (*1*) participantium, (*2*) comparticipare *L* 20 definitio (*1*) coincidit (*2*) est vicina *L* 22 f. et habebantur *erg. L* 27 sed (*1*) aliquando (*2*) saepe *L* 29 f. est (*1*) respublica christiana. (*2*) societas (*a*) christiana fidelium (*b*) legitima Christianorum, qua talium (*c*) a Deo instituta (*aa*) religionis causa (*bb*) in . . . consistens. *L* 31–S. 2176.1 voluntatis. | Legitimum regimen est quod jure quaesitum est. *erg. u. gestr.* | Ex *L*

Ex his Ecclesiae definitionibus statim habebitur definitio Ecclesiae Catholicae, si modo ubique adjiciamus vocem: *omnium*. Nempe erit multitudo vel societas omnium praedestinatorum, omnium sanctorum, omnium fidelium, omnium fraternitatem colentium, omnium sacramento junctorum.

Nota tres priores definitiones esse cujusdam Ecclesiae invisibilis, soli Deo notae; quatuor posteriores esse Ecclesiae visibilis, quam homines quoque agnoscunt. Ex quibus quatuor speciebus tres priores solo multitudinis consensu constant, ultima vero regimen quoddam a Deo derivatum continet.

Quaeritur

Utrum Deus aliquid signum certum dederit, per quod de doctrina judicari possit, sine ipsius doctrinae examine. Respondendum videtur non certum quidem, probabile tamen quod valeat donec contrarium probetur.

Quidnam sacramenta inprimis poenitentiae contribuant ad salutem. Videtur in Eucharistia gratia Dei inflammare nostram caritatem. De poenitentiae sacramento magna quaestio est, utrum sine contritione sufficiat ad remissionem peccatorum et an contritio sufficiat sine sacramento.

An nemo possit habere jus administrandi valide hoc sacramentum nisi id jus acceperit per ordinationem eorum qui continua successione ab Apostolis descendunt.

Quaenam sint Ordinis essentialia.

Utrum certum sit semper veram fidem salvificam publice doceri.

Utrum certum sit semper esse coetum cujus doctrina sit probanda aut saltem tolerabilis, id est sufficiens ad salutem, quem imposterum vocabo: coetum orthodoxorum.

4 f. junctorum. (*1*) Notandum est etiam ex his definitionibus fabricari posse alias, harum combinatione; nempe eorum qui sacramen (*2*) Notandum harum definitionibus aliquas coincidere non formaliter ut loquuntur, sed materialiter id est, contingere ut etsi diversa significantur, tamen in eodem subjecto coincidant; ut (*3*) Nota *L* 5 f. Deo (*1*) aut co (*2*) notae; (*a*) tres (*b*) quatuor *L* 6–8 quoque (*1*) a falsa (*2*) discernere possunt. (*3*) agnoscunt. (*a*) Ostendendae (*b*) Ex . . . | multitudinis *erg.* | . . . continet. *L* 9–12 Quaeritur (*1*) 1) an fuerit tempus quo nemo (*a*) salvabatur (*b*) salutem adipiscebatur 2) an fuerit tempus, quo (*aa*) Ecclesia (*bb*) non poterat (*cc*) nulla erat societas legitima (*dd*) nullum erat regimen Ecclesiasticum legitimum universale. (*2*) an nemo possit salvari, qui (*a*) sit extra (*b*) non subsit regimini Ecclesiastico universali. (*3*) an | ad salutem *erg.* | necesse sit credere regimen Ecclesiasticum universale esse juris divini. (*4*) Utrum . . . certum (*a*) doctrinae dederit, sine ipsiu doctrinae (*b*) dederit, . . . probetur. *L* 13–16 poenitentiae | et Eucharistiae *gestr.* | contribuant ad salutem. | Videtur . . . sacramento *erg.* | *L* 17 jus (*1*) conficiendi (*2*) administrandi *L* 17 valide *erg.* (*1*) haec duo sacramenta (*2*) hoc sacramentum *L* 18 ordinationem (*1*) eoru (*2*) Episcoporum, qui continua ab Apostolis successione ab aliis Episcopis (*3*) nimirum (*4*) eorum *L* 18 f. descendunt. (*1*) An ordinatio necessario fiat per Episcopos. (*2*) Quaenam *L* 20 Utrum (*1*) semper necesse sit esse (*2*) certum sit semper *L* 21 Utrum (*1*) semper necesse sit (*2*) certum sit semper *L* 21 coetum | orthodoxorum *erg. u. gestr.* | cujus *L* 22 salutem (*1*) . Utrum coetus (*a*) in quo doctrina prob (*b*) iste | Christianorum *erg.* | orthodoxorum, debeat semper esse (*aa*) coetuum ⟨m⟩ (*bb*) inter alios (*aaa*) Christianorum, coetus (*bbb*) coetus Christianorum, maximus aut saltem valde conspicuus. (*2*) , quem . . . orthodoxorum. *L*

Utrum sit coetus quidam successivus perpetuus eorum qui doctrinam salutarem habent. Haec quaestio plus aliquid continet, quam praecedens. Praecedens quaerit an semper sit coetus orthodoxorum. Haec vero an praesens praecedenti successerit. Ponamus enim Christianam fidem extingui in his terris, et aliam excitari in terra quadam incognita libris Scripturae in eam naufragio ejectis; habebitur perpetuitas, sed non successio.

Utrum successio illa coetus orthodoxorum, consistat in successione ministrorum Ecclesiae per ordinis derivationem, sive missione ordinaria.

Der in Kleindruck folgende Text wurde von Leibniz gestrichen und teilweise ersetzt:

Utrum omnis coetus orthodoxus debeat alteri coetui orthodoxo successisse. Duplex quaestio est, una an sine ministris Ecclesiae ab aliis ordinatis non possit obtineri salus, altera an haec sit nota coetus non orthodoxi.

Utrum omnis coetus orthodoxus debeat cum altero coetu orthodoxo communicare; sive an schisma faciat.

Utrum necesse sit esse societatem generalem omnium orthodoxorum regimine colligatam.

Utrum defectus successionis in coetu ab aliis dissentiente sit signum certum coetus in quo doctrina salutaris non est.

Utrum certum sit coetum in quo ministri Ecclesiae ordine succedentes sunt, quique cum aliis omnibus ordine succedentibus communicant, non posse errare in fundamento.

Utrum assertio quae antea non habebatur pro articulo fidei fundamentali, nunc talis fieri possit.

Quinam sint articuli fundamentales.

Si omnes coetus in quibus legitima missio est, consentirent (in aliquo), an hoc futurum esset certum signum doctrinae tolerabilis (in eo saltem articulo).

1 f. perpetuus (*1*) orthodoxorum (*2*) eorum . . . habent *L* 3 sit (*1*) talis (*2*) coetus *L* 4 Christianam (*1*) Ecclesiam (*2*) fidem *L* 4 in (*1*) Ind (*2*) Oriente, quae (*3*) terra *L* 5 incognita (*1*) quae nihil cum nostris habent commune; (*2*) libris . . . ejectis; *L* 7 f. ministrorum (*1*) aut Ecclesiae atque ordinis derivatione, (*2*) Ecclesiae . . . ordinaria *L* 10–12 Duplex . . . orthodoxi *erg. L* 13 Utrum (*1*) detur (*2*) semper dare extiterit (*3*) omnis *L* 13 f. ; sive . . . faciat *erg. L* 15 orthodoxorum | certo *gestr.* | regimine *L* 15 f. colligatam. (*1*) Utrum signum coetus non orthodoxi s (*2*) Utrum pro signo habendum sit coetus in quo non est salus; alteri coetui (*a*) non (*b*) hujusmodi (*c*) non su (*d*) in (*e*) salutarem doctrinam habente non successisse. (*3*) Utrum *L* 16 in . . . dissentiente *erg. L* 16 certum *erg. L* 17 f. est. (*1*) Utrum schisma id est (*a*) defectus (*b*) coetus alicujus ab aliis coetibus se dividens eo ipso signum praebeat, se non esse (*aa*) doctrina sa (*bb*) eum in quo (*2*) Utrum defectus successionis (*3*) Si coetus aliqui dissentiant (*a*) circa dogmata fundamentalia, quae fundame (*b*) in fidei fundamento, utrum certum sit (*4*) Utrum nullus possit error fundamentalis sine Schismate in Ecclesiam introduci, sive (*5*) Utrum *L* 18 coetum (*1*) qui perpetu (*2*) cujus (*3*) in *L* 18 Ecclesiae (*1*) legitime (*2*) | ordine *erg.* | *L* 18 f. omnibus (*1*) legitime (*2*) | ordine *erg.* | *L* 19 f. fundamento. (*1*) Sive (*2*) Utrum in dubi (*3*) Lite inter duos coetus orto, in quorum uno (*4*) Utrum (*a*) quod (*b*) assertio quae *L* 20 fundamentali *erg. L* 22 (*1*) Utrum ille coetus (*2*) Si *L* 22 quibus (*1*) ministri Ecclesiae (*a*) ordine (*b*) rite successerunt, (*2*) legitima missio est *L* 22 (in aliquo) *erg. L* 23 doctrinae (*1*) salutaris (*2*) tolerabilis | (in . . . articulo) *erg.* | *L*

Si plures coetus inter se dissentirent, in fidei fundamento, et utrobique ministri essent rite missi; an tunc signum certum sit veritatem penes illos esse, qui majorem partem coetuum habent pro se stantem.

An vero penes illos, qui Ecclesiam Romanam, aut alias patriarchales a suis partibus habent.

An in casu dissensus Episcopi tantum, an vero presbyteri etiam, imo et Laici sententiam rogari debeant.

Utrum quod antea non habebatur articulus fidei, nunc talis fieri possit.

Quinam sint articuli fundamentales.

Item quae sit in disceptatione ejusmodi observanda forma.

An aliquod Christianorum omnium regimen sit a Deo institutum.

An Deus his qui huic regimini praesunt infallibilitatem praestet in ejus administratione.

An is qui huic regimini obedire non vult damnetur.

Quaenam sit regiminis hujus forma.

Accurate discutiendum est in quo consistat POTESTAS CLAVIUM, seu potestas tollendi et reservandi peccata.

Item in quo consistit potestas excommunicandi, tradendi Satanae, et anathematizandi. In genere itaque discutiendum est, quidnam illae poenae spirituales operentur.

Deinde discutiendum est, cui competat hoc jus irrogandi poenas spirituales. An Presbytero omni potestas clavium. An Episcopo omni, et maxime alicui summo potestas excommunicandi.

Si potestas presbyterorum est juris divini, non video quomodo possint Papa et Episcopus ipsis tollere casus quosdam reservatos.

1 in (*1*) quorum sing (*2*) fidei *L* 2 essent (*1*) , qui ordine successere; (*2*) rite missi; *L* 2 tunc (*1*) pro illis sit judicandum, (*2*) signum . . . esse, *L* 3 coetuum *erg. L* 4 vero (*1*) pro illis (*2*) penes illos *L* 8 f. Utrum . . . non (*1*) erat articulus fidei (*2*) habebatur . . . fundamentales. *erg. L* 10 f. forma (*1*) An co (*2*) Si plures coetus | ministros recte ordinatos habentes *erg.* | dissentirent in fundamento, an (*3*) An | scientem *erg.* | communicare cum schismaticis, (id est iis (*a*) quorum (*aa*) culpa (*bb*) malitia impeditur (*b*) qui per malitiam suam (*c*) per quos stat quo minus cum caeteris (*aa*) coetibus (*bb*) Christianis communicent) sit peccatum mortale. Communicare cum ipsis, est apud eos sacramentorum fieri participem. An ullum sit certum signum ex quo judicari possit de (*aaa*) doctrinae veritate, (*bbb*) doctrina sine ipsius doctrinae examine. (*4*) An *L* 12 infallibilitatem (*1*) promi (*2*) praestet *L* 14 qui (*1*) extra hoc regimen est salvari nequeat. (*2*) huic *L* 14 f. damnetur. (*1*) Utrum hoc regimen sit Monarchicum, (*2*) Quaenam *L* 15 f. forma. | An Unitas Ecclesiae aliud jubeat quam caritatem. *gestr.* | Accurate *L* 20 f. operentur. (*1*) Exco (*2*) Accurate quoque discutiendum (*3*) Ajo operari o (*4*) Deinde *L* 21 est, (*1*) in qu (*2*) cui *L*

Augustini locus, qui injuste excommunicatis suadet quietem, vide replicam Card. Perron.

Si metu excommunicationis obligati sumus ad omnia facienda quae salva conscientia possumus, sequitur et principes potius Papae se in temporalibus submittere debere, quam excommunicationem pati. Unde sequitur pontificem habere jus in temporalia indirectum.

392. ANNOTATIONES IN NICOLAI STENONIS EPISTOLAM SECUNDAM AD JOHANNEM SYLVIUM

[Januar bis März 1677 (?)]

Überlieferung:

L Konzept: LH I 4, 7 Bl. 23–24, 26–27. 2 Bog. 2°. 5 $^1/_3$ S.

E GRUA, *Textes*, 1948, S. 157 f. (Teildruck).

In den ersten Monaten des Jahres 1677 hat sich Leibniz intensiv mit zwei 1675 in Florenz erschienenen polemischen Briefen des späteren Bischofs Nikolaus Stensen auseinandergesetzt, wozu er sich der Form fingierter Briefe bediente (N. 393_1 u. N. 393_2). Ferner geht er in ausführlichen *Annotationes* (N. 392) auf den ersten dieser polemischen Briefe ein. Der *Lettre a un ami* (N. 393_1) nimmt Bezug auf Stenos Schrift *Nicolai Stenonis ad virum eruditum . . . epistola* und entstand wenige Wochen nach dem Tode Spinozas am 21. Februar 1677, wie aus einer Variante der verbesserten Reinschrift l^1 zu erkennen ist, jedoch noch vor dem Brief von Georg Hermann Schuller vom 29. März, in dem dieser Leibniz die Publikationsabsicht der *Opera postuma* unterbreitete (II, 1 N. 137). Sowohl das Konzept als auch die beiden verbesserten Reinschriften stehen auf demselben Papier und weisen ein gemeinsames Wasserzeichen auf, so daß März 1677 als Entstehungszeit anzunehmen ist.

Mit N. 393_2 *Autre lettre au mesme* geht Leibniz in einem weiteren fingierten Brief, den er gleich zu Beginn an N. 393_1 anschließt, auf den 1671 verfaßten und 1675 publizierten Brief Stenos *Ad novae philosophiae reformatorem de vera philosophia epistola* an Baruch de Spinoza ein. Auch hier bezeichnet Leibniz Spinoza als vor wenigen Wochen verstorben, hat aber wohl noch keine Kenntnis von den Publikationsabsichten Schullers. Die verbesserte Reinschrift befindet sich auf demselben Bogen wie l^2 von N. 393_1, so daß eine Datierung für

1 injuste *erg. L* 1 excommunicatis (*1*) ab Ecclesia (*2*) suadet *L* 3 Si (*1*) potestas (*2*) excommunicatio obligat (*3*) metu (*a*) oblig (*b*) excommunicationis *L*

1 J. D. DU PERRON, *The reply of the Cardinal of Perron to the answeare of the most excellent King of Great Britaine*, Douay 1630, Bd 1, lib. IV, cap. 15, bes. S. 419; AUGUSTINUS, *De vera religione*, cap. 6 (PL 34, Sp. 128).

März 1677 nach der Niederschrift von N. 393_1 und vor dem Eintreffen des Briefes von Schuller vom 29. März als gesichert angesehen werden kann.

Wohl kurze Zeit davor dürften zwischen Januar und März 1677 die *Annotationes* (N. 392) entstanden sein, in denen Leibniz Stenos Interpretation der Homilie 33 *in Acta Apostolorum* des Johannes Chrysostomos scharf kritisiert. Seine Äußerung in N. 393_1, »mais je suis obligé d'avouer qu'une de ses lettres m'a presque scandalisé: car voulant decliner la force d'un passage de S. Chrysostome, il se sert d'une defaite si embarassée et il cherche des faux fugans si étranges que j'ay presque doute de sa sincerité« legt diese Abfolge nahe.

Annotationes in Nicolai Stenonis Epistolam 2dam[1]

Bonae, INQUIT, *voluntatis hominibus pacem annuntiabant divinae voluntatis interpretes spiritus in nativitate illius, qui solus male actorum veniam, recte agendorum normam omnibus apportavit; neminem nisi prae malitia resistentem in errore deserens.*

His verbis asseritur: omnibus hominibus bonae voluntatis fidem salvificam sufficienter revelari. Quoniam enim nemo in errore desertus atque relictus est, nisi qui malitia quadam resisteret, sequitur eos qui malitia caruere, id est quorum voluntas bona fuit non fuisse in errore desertos, sed in fide instructos. Idque probare conatur ex verbis Angelorum in Evangelio quae ita reddit Vulgata: *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis.* Pacis autem annuntiationem de Evangelii praedicatione recte explicat Epistolae autor.

Ex assertione autem ista porro sequitur Omnes homines bonae voluntatis salvari. Nam homines bonae voluntatis volunt salvari (eo ipso quia bonam voluntatem habent), iidem et salvari possunt (quia quibus fides salvifica sufficienter revelatur in eorum potestate est salvari). Quicunque autem salutem obtinere et volunt et possunt, salvantur utique. Homines ergo bonae voluntatis salvantur. Unde alterutrum sequitur vel

[1] *Auf Bl. 27 v° von Leibniz' Hand*: Nic. Steno. Florentiae 1675.

8 Nicolai Stenonis *erg. L* 8 2dam | ad locum S. Chrysostomi *erg. u. gestr.* | *L* 15 desertos, (*1*) sed ab errore per ⟨inspicientem⟩ (*2*) sed *L* 16 verbis (*1*) Lucae (*2*) Angelorum in Evangelio *L* 18 recte *erg. L* 20 Nam (*1*) quicunque (*2*) homines *L* 23–S. 2181.2 Unde . . . sufficere. *erg. L*

8 Epistolam 2dam: *Nicolai Stenonis ad virum eruditum, cum quo in unitate Sanctae Romanae Ecclesiae desiderat aeternam amicitiam inire, epistola, exponens methodum convincendi acatholicum juxta D. Chrysostomum ex ejusdem Homilia 33 in Acta Apostolorum*, Florenz 1675. 17 *Gloria . . . voluntatis*: Luk. 2, 14.

nullum esse hominem bonae voluntatis extra Ecclesiam Romanam; vel bonam voluntatem etiam extra eam ad salutem sufficere.

PERGIT Epistolae autor: *Agitur inter nos, cui in rebus fidei credendum, an verbo Dei prout in scriptura sacra legitur absque ullius scripturam nobis tradentis vel eandem nobis interpretantis autoritate, an vero credendum verbo Dei a societate fide digna nobis proposito et exposito.*

RESPONDEO: Si fingeremus Ecclesiam extingui, Libros autem scripturae sacrae, et Historiam Veterem, ex qua eius autoritas confirmatur, conservari; manifestum videtur ex sola scriptura sacra fidem Christianam ab homine etiam simplici resuscitari; et ex historia ab homine docto comprobari posse. Unde sequitur non esse necessariam hominis eam tradentis autoritatem. Tametsi non negem utilem esse.

IS AD QUEM SCRIPTA EST EPISTOLA OBJECERAT AUTORI LOCUM S. CHRYSOSTOMI *Homil. 33. in acta*, qui dicere videtur scripturas esse simplices et planas, et ex iis veram fidem discerni posse. Autor noster contra ostendere conatur, S. Chrysostomum ad Ecclesiae judicium recurri velle. Ego locum Chrysostomi prolixum licet memorabilem tamen integrum exhibebo et notis intersertis declarabo. Verba Chrysostomi quantum ad rem satis: *Venit . . . Gentilis ac dicit, vellem fieri Christianus, sed nescio cui adhaeream. Multae inter vos sunt pugnae, seditiones ac tumultus, nescio quod dogma eligam quod praeferam. Singuli dicunt: »ego verum dico«. Cui credam nescio cum ego scripturae sim ignarus, et illi utrinque idem praetexunt.* (+ Haec Gentilis: respondet ei Chrysostomus: +) *Sane hoc multum pro nobis, nam si quidem diceremus nos rationibus credere* (+ rationes haud dubie intelligit quae subtilioris sunt disquisitionis seu ut vulgo vocant altioris indaginis; quas planissimis probationibus a scriptura suppeditatis opponit +) *merito turbareris. Sed cum scripturas accipimus et illae simplices sunt ac verae facile tibi fuerit judicare. Si quis illis consentit Christianus est, si quis contra illas pugnat, procul est ab hoc Canone.*

(+ Manifestius loqui non possum quam loquitur Chrysostomus ipse, scripturas ait intellectu esse faciles, scripturam esse Canonem; ex scriptura judicari facile posse

9 fidem *erg. L* 10 esse (*1*) necesse humana autoritate (*2*) necessariam *L* 11 f. autoritatem. | Tametsi . . . esse *erg.* | (*1*) Scimus (*a*) mulieres (*b*) ex Historia Ecclesiastica mulieres quasdam a barbaris captas satis virtutis habuisse ad gentes integras ⟨con⟩ (*2*) Is *L* 15 f. Ego . . . declarabo. *erg. L* 17 satis | est contracta haec sunt *gestr.* | : *Venit L* 28 facile *erg. L*

12 Adressat ist der kalvinistische Prediger in Amsterdam Johannes Sylvius, †1699.
13–26 JOHANNES CHRYSOSTOMUS, *Homiliae LV in Acta Apostolorum*, homil. XXXIII, 4 (PG 60, Sp. 243–246, hier Sp. 243 f.). 27 Chrysostomus ipse: Leibniz interpretiert im Folgenden den restlichen Text der Homilie (PG 60, Sp. 244–246).

quaenam sit vera religio Christiana. +) *Quid igitur* (+ objiciet porro gentilis +) *si veniens ille dicat hoc habere* (+ continere, significare +) *scripturam, tu autem aliud dicas aliter scilicet enarrando scripturas mentem earum pro te* ⟨*distrahens*⟩. (+ Ita objicienti gentili respondet Chrysostomus. +) *Tu igitur, dic mihi mentemne habes et judicium?* (+ Sensus est: non sufficit utrumque nostrum ad se trahere scripturam, Deus enim tibi intellectum dedit, ut dijudicare possis, uter recte dicat. Respondet Gentilis: +) *Et quomodo possem, inquit, nesciens judicare vestra. Discipulus fieri vellem tu autem me doctorem facis.* (+ Haec dicit Gentilis. Pergit jam Chrysostomus converso ad auditores sermone. +) *Si haec dicat quid respondendum quomodo illi persuadendum? Interrogabimus an hoc illi cavillum sit, item num condemnet gentiles.* (+ Haec parum apte ex graeco versa sunt. Sensus esse videtur: interrogabimus an cavillandi causa nobiscum disputet et hoc praetextu atque excusatione utatur, an vero condemnet gentiles et serio deliberet de fide nostra amplectenda, ita ut tantum ei quaerendum restet ad quosnam ex nobis se convertere debeat. +) *Omnino aliquid dicet, neque enim suis non condemnatis ad nos divertet. Rogabimus quam ob causam sua condemnet, non enim temere condemnat. Manifestum est quod dicet* (+ idola a se rejici +) *eo quod creaturae sint et non inconditus* (+ increatus +) *Deus. Igitur hoc quidem* (+ inquit jam converso iterum ad gentilem sermone Chrysostomus +) *invenies apud alias haereses, contrarium autem apud nos.* (+ Ecce aliud adhuc fidei criterion hic affert Chrysostomus rationem; sed planam et facilem. Nempe paulo ante dixerat ex Scripturis facile discerni posse, quaenam sit vera religio Christiana. Quoniam vero videbatur gentilis difficilius adduci posse ad ipsas scripturas legendas, ait Chrysostomus gentilem jam ex ipsa ratione praejudicare posse quae Christianorum secta sit melior, ea scilicet quae rationi magis consentanea est. Illi ipsi inquam rationi quae facit ut gentilis Ethnicismum (modo vera inter Christianos religio ei ostendi possit) deserere paratus est. Neque enim hic respondere potest se non esse doctorem sed discipulum; poterat enim facilius excusare se a judicando de scriptura, re sibi nova, non vero aeque de ratione, quae ei nova esse non potest. Quoniam jam ad desciscendum ab idolis illa ipsa ratione usus est. Gentilem enim introducit, qui agnita suorum absurditate quaerit an aliquid aptius et rationi magis consentaneum inter Christianos reperiat. Porro ex his opinor tota oeconomia et vis ratiocinationis Chrysostomi luculenter apparet, ut quivis attentus fatebitur: tametsi initio non satis appareat, quomodo Chrysostomus a scriptura transsiliat ad rationes quae gentilem ad suos deserendos adduxere. Cum ergo

5 ad (*1*) nos (*2*) se *L* 15 *temere* (*1*) id faciat (*2*) *condemnat* *L* 19 Ecce (*1*) novum jam (*2*) aliud adhuc *L* 28 desciscendum (*1*) a ⟨scrip⟩ (*2*) ab *L* 29 an (*1*) rationa (*2*) aliquid *L* 32 ad (*1*) argument (*2*) rationes *L*

dixisset gentilis Deum increatum verum in vera Ecclesia non vero apud alias sectas reperiri objicit sibi Chrysostomus: +) *Quam ob causam? Omnes fatemur Christum Deum.* (+ Nulla ergo causa est, cur alius Christianorum alio rectius de Deo sentire dicatur, non ergo inde poterit gentilis argumentum sumere ad discernendos Christianos. Respondet sibi Chrysostomus non sufficit hoc fateri omnes verbis. +) *Sed* (+ inquit +), *videamus utri hoc oppugnent* (+ ex Graeco vertendum esset, videamus utri pugnent, utri non pugnent. Quasi diceret aliqui et fatentur et consentientia loquuntur, alii vero sibi pugnant, et quod fassi sunt rursus destruunt. Nam +) *nos dicentes* (+ id est appellantes Christum +) *Deum, digna Deo etiam loquimur* (+ de Christo +) *quod potestatem habeat* (+ id est quod sit omnipotens +) *quod non sit servus sed liber, et a se omnia faciat. Illi autem contrarium.* (+ Comparationem videtur instituere inter Orthodoxos et Arianos. Orthodoxi enim facientes Christum Deum, dicunt eum esse summum illum Deum omnipotentem, at Ariani Christum faciunt Deum ⟨quendam⟩ ⟨subditum⟩ et creatum, ⟨ – ⟩ servum, ac proinde non recte faciunt, quod eum adorant; ideo gentilis qui suos deserit quod creaturas adorant ad Arianos se applicare non debet. Haec est vis argumenti Chrysostomi. +) *Iterum rogo* (+ quoniam in omni oratione magni momenti est notare transitus, qui maxime lucem praebent, ideo videndum hic quoque qua ratione Chrysostomus ad ea quae sequuntur transeat. Nimirum iis quae dixerat Chrysostomus videtur respondere posse gentilis, altioris esse discussionis rectene an male de Deo quem adorat sentiat Arianus, neque id facile a se in tanto rationum et doctorum virorum conflictu judicari posse. Respondet Chrysostomus rem non esse difficilem dijudicatu si quis tantum animum nonnihil applicet, quo pertinent ista, quae sequuntur: +) *si medicinam discere velles num obiter et ut evenit quae dicuntur suscepturus esses, tametsi multa apud illos sint dogmata.* (+ Obscura est versio, sensus est, si medicinam discere velles non obiter reciperes ut quaeque forte dici evenit, sed examinares an recte dicantur, tametsi varia et pugnantia sint medicorum dogmata. Idem ergo fac cum de religione agitur. +) *Certe non est viri* (+ prudentis +) *accipere* (+ admittere +) *simpliciter omnia quae audit, at si judicium habueris et mentem omnia quam bonum est scies.* (+ Id est ex omnibus quodnam bonum sit dijudicabis. +) *Filium dicimus nos* (+ Filium scilicet, Dei, Christum esse dicimus +) *et vere dicimus.* (+ Vere id est veraciter, ἐπαληθεύομεν ὃ λέγομεν. Veraciter inquam, id est, ita ut mens verbis respondeat. +) *Illi autem dicunt quidem sed non fatentur.* (+ Sensus est haud dubie

2 reperiri (*1*) interrogabit gentilis (*2*) objicit sibi Chrysostomus *L* 5 verbis +). (*1*) *Sed videndum quinam dicant revera, et quinam pugnantia dicant* (*2*) *Sed L* 9 (+ de Christo +) *erg. L* 15 quod (*1*) increatos Deos (*2*) creaturas *L* 19 altioris (*1*) indaginis (*2*) esse *L* 25 obiter (*1*) considerares ut quaeque (*2*) | reciperes *erg.* | *L*

dicunt, sed non vere, mens enim longe a verbis discrepat, quoniam filium Dei faciunt sed non consubstantialem neque coaeternum. +) *Ut autem manifestius dicam* (+ quoniam autem fieri potest, ut gentilis ille sit paulo rudior, neque harum patrocinationum capax, ideo Chrysostomus affert quiddam manifestius atque popularius, petitum ab externis hominibus. Quod tametsi per se magnam vim non habeat, suspicionem tamen praebere potest; homini rudi et aliarum rationum incapaci, imo etiam apud doctos, caeteris rationibus pondus aliquod atque momentum addit. Unde Augustinus ait: *movet me ipsum Catholici nomen.* Quamquam enim vocabula pendeant a multitudine, et ideo verisimile sit catholici nomen eos sibi facile vendicaturos qui multitudine vincunt, quoniam tamen caeteris paribus probabilius est quod plures quam quod pauciores sentiunt, ideo probabilius est etiam (si ab aliis argumentis animum abstrahamus) eos esse catholicos qui catholici appellantur. Sed hoc argumentum contrariis argumentis fortioribus, quae non a vulgaribus appellationibus, sed rei natura ponuntur, facile eliditur +) *illi habent quosdam a quibus appellentur, prout enim haeresiarchae nomen ita et secta vocatur* (+ ut ab Ario Ariani +), *nobis autem nullus vir nomen dedit sed fides ipsa* (+ id est a fide catholica catholici appellamur +), *porro cavillum est ac praetextus.* (+ Redit Chrysostomus ad prioris ratiocinationis filum, quasi id quod de nominis nota dixit obiter tantum inseruisset. Nimirum cavillari eum ait, qui ita se crassum atque ineptum fingat, ut de sectis ex inspectis eorum dogmatis judicare non possit. +) *Quare enim, dic oro, emturus vestem textoriae artis imperitus haec verba non dicis: Nescio emere, illudunt mihi: Sed* (+ potius das operam et +) *facis omnia ut discas. Etiam* (+ item +) *si quid emere vis omnia facis* (+ ad eam rem necessaria +) *et curiose inquiris. Hic autem* (+ in solo religionis negotio +) *dicis* (+ ita loqueris +) *quasi propter hanc rationem* (+ ignorantiae atque dubitationis tuae +) *nihil suscepturus sis. Sit autem quis nulli omnino dogmati addictus* (+ sensus est, ponamus iam aliquem nullius religionis hominem, poterit eodem argumento se tueri +), *si enim ille dicat* (+ contra omnes religionem habentes +) *quod tu* (+ Ethnice +) *de Christianis* (+ contra Christianos +) *dicis* (+ non habebis quod ei respondeas, dicet enim: +) *Tanta multitudo hominum est et varia habent dogmata, nam ille quidem Ethnicus est, alius autem Judaeus, et iterum alius Christianus: nullum dogma amplecti oportebit quia*

5 habeat (*1*) homini tamen rudi (*2*) | vim *versehentlich nicht gestr.* | tamen habere potest ad | movendum *erg.* | hominem rudem, atque aliarum rationum (*a*) incapacem (*b*) ad partes (*c*) non satis capacem perinde (*3*) suspicionem *L* 15 ab (*1*) Arianis (*2*) Ario *L* 25 iam *erg. L*

7 f. *movet. . . nomen*: AUGUSTINUS, *Contra epistolam Manichaei, quam vocant fundamenti*, cap. 4 (PL 42, Sp. 175).

inter se pugnant. Ego discipulus sum, et judex esse nolo, nullumque dogma condemnare potero. Non jam ille praetextus locum habet (+ id est utique ratiocinatio ista atque excusatio huius hominis nullius erit momenti +), *nam* (+ ergo +) *quemadmodum* (+ o Ethnice +) *potuisti adulterinum* (+ falsum sermonem +) *refutare, ita poteris etiam huc veniens* (+ quando de Christianorum sectis agitur +) *quodnam utile* (+ optimum +) *sit, probare.*[2] *Nam ille quidem* (+ homo nullius religionis +) *nullo dogmate condemnato* (+ qui nullum dogma condemnat +) *facile hoc dicet* (+ et rejecta supra ratiocinatione utetur +), *qui autem condemnavit* (+ id est Ethnicus qui eo ipso quod aliquam religionem amplectendam cense[t], alios rejicit +) *etiam si valde eximius* (+ subtilius atque eruditus +) *non sit, si pergat* (+ si inquirat +) *poterit videre quanam re opus sit* (+ id est quid sibi judicandum, et quae religio amplectenda sit +), *itaque ne cavillemur, ne praetextus quaeramus.* (+ Omittamus ergo hos praetextus atque cavillos. +) *Haec enim facilia sunt.* (+ Id est facile enim illis occurri potest. +) *Vis tibi ostendam quod haec* (+ nil nisi +) *praetextus* (+ atque cavillationes +) *sint. Scis quae facienda ac quae non facienda, quare igitur facienda non facis sed ea quae non facienda*[?] (+ Per facienda intelligit inquirere atque omnem diligentiam adhibere, per non facienda, scrupulos inanes movere, atque dubitare sine fine. +) *Fac illa et recta ratione quaere a Deo, et ille tibi omnino revelabit.* (+ Id est facienti quod in se est, Deus non denegat gratiam. +) *»Non est personarum acceptor« inquit* (+ vertendum erat *inquiunt* +) *»Deus«*, *sed in omni gente qui timet Deum, et justitiam operatur acceptus est illi.* (+ Nimirum poterat gentilis respondere Deum non omnibus aeque gratiam dare, respondet Chrysostomus Deum omnes illuminare, qui agunt quod in se est, idque confirmat verbis Petri ex Actis Apostolorum cum ad Cornelium per visionem vocaretur. +) *Non est possibile quod is qui absque acceptione personarum audit non persuadeatur.* (+ Non exaudiat ardenter rogantem et quod in se est facientem. +) *Nam sicut si regula esset secundum quam omnes dirigi oportebat non multo opus praetextu sed male metientem facile deprehenderem. Ita et nunc.* (+ Regula illa sive κανών ut in graeco est, quis sit, supra dixit, scilicet scriptura quam expressis verbis appellavit κανώνα. +) *Quomodo ergo non vident*[?] (+ Objicit sibi porro: qui fit

[2] Orientales admodum distorte loquuntur. Graeci huc accedunt, Latini accurate et horum exemplo nunc Europaei omnes, illi saltem qui boni autores habentur.

2 f. atque excusatio *erg. L* 3 huius (*1*) athei (*2*) hominis *L* 9 censes *L ändert Hrsg.* 30 (*1*) Hebraei (*2*) | Orientales *erg.* | *L* 30 Graeci (*1*) medium quoddam tenent (*2*) huc accedunt *L* 30 accurate | loquuntur, *gestr.* | et *L*

19 *Non . . . Deus*: Apg. 10, 34. 23 Vgl. Apg. 10.

Aliquando libri non sunt scripti ab his quibus attribuuntur, sed ab aliis collecti ex eorum sententiis vel monumentis. Ita Bellarminus *de verbo Dei* lib. 1. cap. 14 potuisse fieri et Syracides sententias Salomonis collectas in unum volumen redegerit.

Apocryphi sunt tertius et quartus Maccabaeorum et tertius ac quartus Esdrae, neque enim ab ullo Concilio sunt relati in Canonem.

Cum libri Mosis et prophetarum sint lingua Hebraica pura scripti, nec (excepto Daniele) chaldaica admista habeant, credibile est post Captivitatem Babylonicam non scriptos sed tantum fuisse recensitos.

Textum Hebraeum alicubi dubium, certe explicationem ejus versione 70 interpretum juvari dubium nullum est.

---

enim recto ejus usu nihil utilius Ecclesiae posse intelligi.

Rebus omnibus expensis mihi valde credibile videtur redituram aliquando Unionem Ecclesiarum in occidente, praesertim ubi in Ecclesia Romana reformabuntur non fidei dogmata sed praxes quaedam male receptae, nec ab Ecclesia ipsa approbatae.

2 S. *erg. L* 3 tribuisse, (*1*) major tamen Ecclesiae pars pro Canonicis eos (*2*) invaluit tamen sententia in Ecclesia ut pro Canonicis haberentur (*3*) tamen (*a*) communis (*b*) communior *L* 20 alicubi (*1*) corruptum (*2*) | dubium *erg.* | *L*

1–5 Vgl. R. BELLARMINO, *De controversiis Christianae fidei, adversus huius temporis haereticos. Editio ultima*, in *Opera omnia*, 7 Tle in 4 Bdn, Köln 1617–1620, Tl I, Controv. I, *De verbo Dei*, lib. I, cap. 10. 5–7 Vgl. R. BELLARMINO, a.a.O., lib. I, cap. 12. 13 f. Vgl. a.a.O., lib. I, cap. 14. 15 Vgl. a.a.O., lib. I, cap. 20. 17–19 Vgl. a.a.O., lib. II, cap. 3. 20 f. Vgl. a.a.O., lib. II, cap. 6.

Esse adhuc quaedam quae in Vulgata fortasse corrigi possint, non negant, qui eam authenticam statuunt. Authenticum enim est cui tuto fidi posse publice statutum est, nullum inesse mendum unde periculum creari legentibus possit. Itaque sufficit nihil inesse, unde periculum creari legentibus possit.

De versionibus vulgaribus hoc tantum statutum est ut non promiscue concedantur aut legantur. Neque enim negari potest aliquando periculosum esse, ut sint in plebis manibus, fatendum est tamen aliquando id sine ullo periculo fieri ut nunc in Gallia et Germania itaque temporum et hominum ratio habenda est. Et ubi plebi negatur scripturae lectio debet saltem Nucleus ejus fieri. Breviarium quoddam vulgo haberi in ⟨ – – – ⟩ ⟨animarum⟩ ⟨ – – – ⟩

Lutherus *praef. in psalmos*. Scio esse impudentissimae temeritatis eum qui ⟨audeat⟩ profiteri aliquem scripturae librum ⟨a se in omnibus partibus⟩ intellectum.

Luther lib. 1. contra Zwinglium et Oecolampadium ait: si diutius steterit mundus iterum fore necessarium propter diversas sacrae scripturae interpretationes quae nunc sunt, ut ad conservandam fidei unitatem Conciliorum decreta recipiamus et ad ea confugiamus.

Brentius in *prolegomenis contra Petrum a Soto* fatetur traditionem saltem hanc de scriptura sacra esse admittendam.

Statuunt catholici animam Christi inde a conceptione omnes dotes habuisse quas postea habuit.

Utrum omnia in quibus sine periculo salutis errari non potest, in Scriptura Sacra habeantur definita, quaestio magna est: Mihi primum illud indubium videtur ipsam librorum Sacrorum autoritatem haberi traditione Ecclesiae, deinde vereor ut Sacrosanctam Trinitatem possimus satis evincere ex scripturis, traditione non adhibita, quae tamen Scripturam cum traditione conjungenti longe manifestior redditur. Illud nihilominus

1 negant (*1*) catholici, | cum *irrt. nicht gestr.* | (*2*) qui *L* 2 f. Authenticum . . . | nullum . . . possit *erg.* | . . . possit. *erg. L* 5 f. concedantur (*1*) ⟨et⟩ publice in Ecclesia (*2*) | aut *erg.* | *L* 6–10 Neque . . . ⟨ – – – ⟩ *erg. L* 9 saltem (*1*) ⟨ – ⟩ (*2*) Bibliam ei (*3*) | Nucleus *erg.* | *L* 24 scripturis, (*1*) sine (*2*) traditione *L* 24 f. adhibita (*1*) . Sane Scripturam cum trad (*2*) quae *L* 25 cum (*1*) veterum (*2*) traditione *L*

5 Vgl. a.a.O., lib. II, cap. 15. 11–18 Vgl. a.a.O., lib. III, cap. 1. 11 f. M. LUTHER, *Biblia, das ist die ganze Heilige Schrift deutsch*, hrsg. v. Martin Luther, Wittenberg 1545. 13–16 Zur Sache vgl. Luthers Erste Vorrede zum Schwäbischem Syngramm von 1526 (WA 19, S. 461). 17 f. J. BRENZ, *Operum . . . Tomus octavus. In quo continentur polemica scripta contra Petrum a Soto, et Sacramentarios*, Tübingen 1590.

certum est Scripturam S. multo magis Trinitati favere et ab Anti-Trinitariis aliquando violenter torqueri.

Quod ad interpretem Scripturae attinet in dubitationibus quae oriri possunt, haud dubie melius consultum erit Ecclesiae, si constet Deum eam Spiritu suo ita regere, ut ejus interpretationibus tuto fidi possit. Itaque unanimem consensum patrum spectandum recte monet Tridentinum; et quod tota Ecclesia statuit disputare S. Augustinus ait insolentissimae esse insaniae. Nec puto ullum dari exemplum dogmatis in Ecclesia recepti quod sit conjunctum cum periculo salutis. Non tamen hinc sequitur Ecclesiam in omnibus esse infallibilem, verbi gratia si definiret aliquid de rebus quae ad salutem non pertinent qualia sunt quae sunt facti, item quae sunt philosophica, ut de Antipodibus, de motu terrae. Verum hactenus Ecclesia nihil tale definiendum sumsit quantum sciam idemque et in posterum servaturam credibile est. Et qua alia quam Ecclesiae autoritate, omissa est lotio pedum quae quibusdam visa est a Christo praecepta, et pro octavo habenda sacramento? Huc pertinet mutatio diei sabbati in dominicam, abrogatio praecepti de abstinendo a sanguine et suffocato. Contra Socinianos et Anabaptistas disputandi confugiendum est ad traditiones et Ecclesiae autoritatem.

Deum, unum numero esse pro certo habendum est, nec tres esse Deos, sed tres esse personas divinitatis, itaque Patrem filium et [Spiritum] Sanctum non dicimus esse Deos sed divinitatis personas. Est autem divinitatis persona quaedam substantia singularis increata per se subsistens, sed quae involvit relationem essentialem, ita ut eam solam existere implicet. In rebus creatis nihil est quod magis hanc in unitate pluralitatem illustret, quam quod experimur in nobis, cum Mens nostra percipit seipsam. Ubi discrimen aliquod est inter personam percipientem et perceptam, quae tamen unum individuum sunt.[2]

[2] *Am Rande*: Verbum seu id quod intelligitur, est imago patris, quia pater verbum percipiens id ipsum percipit quod ipse est, nempe Mentem illam quae se intelligit.

4 regere, (*1*) ut nunquam vel falsum vel certe Scripturam contra (*2*) ut *L* 5 Itaque (*1*) contra (*2*) unanimem *L* 6 S. *erg. L* 7 f. Ecclesia (*1*) indubitato (*2*) recepti *L* 10 ut *erg.* de (*1*) motu ter (*2*) Antipodibus *L* 11 quantum sciam *erg. L* 18 divinitatis, (*1*) unde etsi ve (*2*) itaque *L* 19 personas. (*1*) Et cum dicitur Christus est Deus, sensus est Christus est persona divinitatis. Persona autem divinitatis (*2*) Est *L* 23 aliquod (*1*) necesse est esse (*2*) est inter (*a*) percipiens (*aa*) perceptum et perceptionem (*bb*) perceptionem et perceptum, quae tamen unum sunt (*b*) perc (*c*) personam *L*

7 AUGUSTINUS, *Epistolae*, 118; vgl. a.a.O., lib. III, cap. 6. 17 Vgl. R. BELLARMINO, a.a.O., Tl I, Controv. II *De Christo*, lib. I, cap. 3, Sp. 237–242.

Sententia Catholica de Trinitate et incarnatione, longe aptior est Ariana et Sociniana. Nam Ariani introducunt creaturam quandam excellentissimam Mundo priorem, Sociniani puram hominum, et ambo tamen hanc creaturam habent pro filio Dei illi pro naturali, hi pro adoptivo; et volunt adorari debere. Sed Catholici Christum non adorarent nisi in eo esse statuerent illam summam rerum omnium creatricem divinitatem. Et quod dicunt Deum passum esse, in humana natura non video in quo sit contra honorem Dei, cum ita intelligatur, ut omnis imperfectio a Deo longissime removeatur. Contra vero Anti-Trinitariis de Deo parum digna sentire ex Conrado Vorstio et Socinianorum Metaphysica constat.

Illud tamen fatendum est apud Catholicos pariter et protestantes saepe vulgus hominum in Deo colendo magis humanitatem quam divinitatem Christi sibi proponere, quod contra fieri deberet, itaque officium pastorum esse censeo ut huic malo medeantur, animosque ad divinitatem ipsam super omnia amandam et colendam erigant, praesertim cum in eo apud Catholicos contritio consistere merito dicatur, quam admonitionem necessariam usu deprehendi, non apud protestantes minus quam apud Catholicos.

Quoad personam Christi, non melius unio naturarum explicari potest quam ut factum est a SS. patribus unione animae et corporis.

Deitatem non esse passam, nec humanitatem esse ubique rectius dicetur. Nec video quid prosit ubiquitas, cum non Christus eo modo in coena sit quo ubique est, sed ratione peculiari. Sufficit ergo ut credamus per incarnationem communicatas esse humanitati

---

Perceptio ipsa seu Amor est Spiritus Sanctus; Deum enim percipere se ipsum, idem est quod se amare. Procedit autem a Patre filioque, quia Amans et amatum amore non tempore quidem, rei tamen natura priora sunt. Graeci admittunt Spiritum procedere a patre per filium.

1 et (*1*) unitate (*2*) incarnatione *L* 1 longe (*1*) tutior (*2*) aptior *L* 1 f. et (*1*) Photi (*2*) Sociniana *L* 5 f. divinitatem. (*1*) Nec putandum est Deo (*2*) Et *L* 10 saepe (*1*) plebem (*2*) vulgus *L* 11 hominum (*1*) incommode admodum sentire et cultum (*2*) unio (*3*) magis (*a*) in humanitate Christi (*b*) humanitatem quam divinitatem Christi in animo habere (*4*) in . . . sibi *L* 13 ad (*1*) Deum (*2*) divinitatem *L* 20 peculiari. (*1*) Credi (*2*) Sufficit (*a*) ergo per humanita (*b*) ergo ut credamus *L* 20 incarnationem (*1*) creatas (*2*) communicatas *L* 20 esse (*1*) Christo (*2*) humanitati *L* 23 sunt. (*1*) Sciendum est autem in tota natura nullum me nosse Ens reale abstractum praeter (*a*) cogita (*b*) perceptionem (*c*) cogitatio (*d*) perceptionem. Nam motum esse modum tantum alibi ostensum est. Vim autem in corporibus (*2*) Graeci *L*

---

8 Vgl. C. VON DEM VORST, *Tractatus theologicus de Deo, seu Disputationes decem de natura et attributis Dei*, Steinfurt 1610.

omnes perfectiones, quae in humanam naturam cadunt; divinas autem homini Christo eo ipso inesse, quod Deus est, seu quod in humanitate vera unione habitat plenitudo divinitatis. Quemadmodum certe nec anima per unionem cum corpore ipsi corpori suam vim volendi, aut intelligendi communicat, nec a corpore extensionem aliaque id genus attributa accipit. Sunt tamen aliquae operationes quae non nisi unione utriusque intelligi possunt. Add. Mor. *diss. de com. idiom.*

404. DE DEO TRINO
[1680 bis 1684 (?)]

Überlieferung:

L Konzept: LH I 3, 4 Bl. 3. 1 Bl. 2°. Blatt am Rand unregelmäßig beschnitten. (Darauf auch N. 405.) 1 S. auf Bl. 3 v°.

E GRUA, *Textes*, 1948, S. 179 (Teildruck).

Aufgrund inhaltlicher Parallelen zu N. 403 datieren wir dieses Stück auf 1680 bis 1684; ein Wasserzeichen liegt nicht vor.

De Deo Trino

Tres sunt personae Divinitatis, quarum una numero essentia est.

Hoc fidei Mysterium ex ratione non demonstramus, sed tantum illustramus et contra objectiones defendimus.Ex objectionibus autem potissima haec est: si tres sunt inter se diversi, quorum quilibet est Deus, sequitur etiam tres esse Deos. Nam si pater est Deus, et filius est Deus, et Spiritus Sanctus est Deus, et pater non est filius, nec Spiritus Sanctus; et Filius non est pater nec Spiritus Sanctus, et denique Spiritus Sanctus non est pater nec filius; aut dicendum erit tres esse deos aut nescire nos quid unum quid plura significent,

1 in (*1*) hominem (*2*) humanam *L* 2 humanitate (*1*) habitat di (*2*) vera *L* 3–6 Quemadmodum . . . *idiom. erg. L* 17 f. ratione (*1*) demonstrari non potest, sed tantum illustrari et defendi. (*2*) non . . . defendimus (*a*) Et ex (*b*) Ex *L* 18 autem *erg. L* 18 f. inter . . . diversi *erg. L* 22–S. 2292.1 filius; (*1*) utique tres sunt Dii aut fatendum est aut notiones vocum evertimus, nescimusque ipsi quid nobis velimus, cum unum aut plura dicimus (*2*) aut . . . itaque *L*

6 J. MORLINUS, *Disputatio de communicatione idiomatum*, Gießen 1571.

itaque pari jure etiam negari poterit patrem filium et nepotem esse tres homines; aut afferenda ratio erit cur hos dicamus tres homines, illos negemus esse tres deos. Respondemus, etsi pater non sit filius, tamen pater est is qui est filius, nempe unus ille numero Deus. Quod de duobus hominibus patre et filio dici non potest atque haec vera ratio differentiae est. Quomodo autem in re una numero, intelligi possint diversae personae nulla quod sciam similitudine aptius illustratur, quam Mentis seipsam intelligentis. Manifestum enim est aliquod discrimen esse inter id quod intelligit et quod intelligitur, quorum unum habet vim percipiendi, alterum vim exhibendi, utrumque est una eademque numero Mens, nec tamen omnino et per omnia dici potest unum esse alterum; cum sint correlata. Quod autem in Mente creata aliquo modo fit, in Deo locum habet perfectissima ratione. Tres vero divinitatis personas eleganter expressere Sancti patres, per tres primarias Mentis perfectiones: posse, scire, velle. Unde pater est principium omnium, filius dicitur Logos seu Verbum Mentis, sive sapientia patris; Spiritus Sanctus dicitur amor seu voluntas. Pater enim Divinitatis personam multiplicat, dum intelligit se ipsum, et dum amat se ipsum. Itaque Filius generatur a Patre, Spiritus Sanctus procedit a patre et filio, quia intellectus praesupponit agendi potentiam, voluntas autem et agendi potentiam et intelligendi, quanquam autem intelligere et intelligi, amare et amari, omnibus tribus personis communia sint. Solus tamen filius generatur per intellectionem essentialem primitivam, solus Spiritus Sanctus procedit per amorem essentialem primitivum, quibus unius Dei in se ipsum reflexi plures personae oriuntur, prorsus quemadmodum mente nostra se ipsam intelligente, omnia tam intelligenti quam intellecto communia sunt (cum sint unum) praeter quandam distinctionem ex ipsa hac Mentis in se reflexione nascentem, usque adeo ut etiam in persona mentis exhibente seu intellecta exprimatur intellectio personae intelligentis, sed modo quoddam derivativo. Qui secus sentiunt, Antitrinitarii, praeterquam

2 f. deos. (*1*) Respondendum est, (*2*) | Respondemus *erg.* | *L* 4 f. atque . . . est *erg. L* 5 in (*1*) ead (*2*) re *L* 6 aptius (*1*) in (*2*) illustratur, *L* 8 vim (*1*) exprimendi (*2*) exhibendi *L* 10 alterum; (*1*) aut ⟨nota⟩ id quod intelligit quatenus intelligit, esse id quod intelligitur quatenus intelligitur (*2*) cum sint correlata. *L* 10 f. Deo (*1*) est (*2*) locum habet *L* 11 eleganter *erg. L* 12 patres | pereleganter *gestr.* | , per *L* 12 perfectiones: (*1*) scire, poss (*2*) posse *L* 13 filius (*1*) est (*2*) | dicitur *erg.* | *L* 14 dicitur *erg. L* 14 f. multiplicat, (*1*) et (*2*) dum | Deus et *erg. u. gestr.* | intelligit *L* 15 Itaque (*1*) Pater (*2*) Filius *L* 16 filio, | (*1*) (Graeci licet (*2*) (vel ut Graeci ajunt licet minus accurate, a patre et per filium) *erg. u. gestr.* | quia *L* 17–24 intelligendi (*1*) . Haec doctrina catholica et Scripturae sacrae et primitivae Ecclesiae sententiis consentanea est, | (*2*) . Itaque ex (*3*) . Haec qui intellexerit (*4*) , quanquam . . . derivativo. *erg.* | Qui *L* 17 autem (*1*) et pater et fili (*2*) intelligere *L* 18 f. per (*1*) amorem essentialem, quibus unius Dei in se ipsum reflexi diversae personae oriuntur (*2*) intellectionem *L* 22 sunt (*1*) praeterquam hanc (*2*) (cum *L* 23 mentis (*1*) intellecta (*2*) exhibente *L* 24 personae (*1*) mentis (*2*) intelligentis *L* 25 Antitrinitarii *erg. L*

quod Scripturae sacrae verbis coactissima interpretatione vim inferre, et a veteris Ecclesiae traditis abire coguntur, induunt se in consequentias minime tolerandas. Christum enim esse adorandum negare ausi non sunt, excepto cum paucis Francisco Davide jam judaizante, quem ipse refutavit Socinus. Adorant ergo Ariani Creaturam primogenitam, Photiniani hominem nudum quem Dei nomen et honorem accepisse ajunt adoptione. Sed quanto satius est cum Catholicis nihil aliud divino honore afficere, quam unam illam substantiam omnipotentem et infinitam? Errant etiam gravissime qui personas Sacrosanctae Trinitatis tanquam individua ejusdem speciei et Essentiam communem tanquam universale concipiunt. Demonstratum enim supra est Deum numero unum esse, et sufficit ad difficultates dispellendas, ut similitudinem paulo ante allatam multiplicatarum quodammodo in una mente seipsam intelligente personarum ante oculos habeamus. Nec minus absurdum est Spiritum Sanctum considerare tantum ut attributum aliquod Dei, quomodo enim mittitur aut quomodo per ipsum aeque ac per Patrem et filium baptizare jubemur. Denique cumulus absurditatis est pro Spiritu Sancto accipere choros angelorum ut fecit quidam NeoArianus. Itaque peccatum in angelos gravius erit quam in filium quem tamen jam summum Deum ostendimus, et Apostoli Hierosolymis congregati nolebant dicere, visum est choris angelorum et nobis Dei scilicet obliti, et cum Gabriel Angelus Mariae concepturae denuntiaret Spiritum Sanctum super ipsam esse venturam, et

1 verbis (*1*) ex coactissimis interpretationibus (*2*) coactissima interpretatione *L* 2 traditis (*1*) abeunt (*2*) abire coguntur *L* 2 in (*1*) periculosas sententias (*2*) consequentias *L* 2–5 tolerandas. (*1*) Adorant enim creaturam, quam | (*2*) Quidam Novi Ariani significari *erg.* | (*3*) Christum . . . nudum *L* 3 paucis (*1*) Blandrata (*2*) Francisco Davide *L* 5 f. Sed *erg.* quanto satius est (*1*) in humanita (*2*) in homine Christo (*3*) cum Catholicis *L* 7 infinitam (*1*) in eo habitantem (*2*) in Christo habitantem. (*a*) Unus Biand (*b*) Propemodum (*3*) ? Errant *L* 7 f. qui (*1*) Deum (*2*) personas (*a*) Trin (*b*) Sacrosanctae *L* 8 Trinitatis (*1*) ut (*2*) tanquam *L* 9 Deum | necessario *gestr.* | numero *L* 9 f. esse. (*1*) Errant enim qui quatu (*2*) et *L* 11 una *erg. L* 13 quomodo (*1*) igitur (*2*) multitudinem pro una persona (*3*) multitudinem personarum pro una Patri filioque in Baptismo adj (*4*) enim . . . quomodo *L* 14 jubemur. (*1*) Quum autem (*2*) Denique *L* 15 ut . . . NeoArianus *erg. L* 16 quem . . . ostendimus *erg. L* 17 Dei . . . obliti *erg. L* 18 Mariae (*1*) denuntiaret (*a*) ex Spiritu Sancto, (*aa*) concepturam | (*bb*) obumbrand (*b*) de Spiritus Sancti inumbratione concepturam *erg.* | se vel alios angelos intelligebat, itaque Chri (*2*) concepturae *L*

2–4 Vgl. F. SOCINUS, *De Jesu Christi invocatione disputatio, quam Faustus Socinus per scripta habuit cum Francisco Davidis anno 1578 et 1579.*, 2. Ausg. Krakau 1626; F. DAVID, *Defensio Francisci Davidis in negotio de non invocando Jesu Christo in precibus*, [Krakau] 1582; F. SOCINUS, *Disputatio de adoratione Christi, habita inter Faustum Socinum et Christianum Francken, necnon fragmenta responsionis fusioris, quam F. Socinus parabat, ad Francisci Davidis de Christo non invocando scriptum*, Krakau 1618.
17 visum . . . obliti: vgl. Apg. 15, 28. 18–S. 2294.3 Gabriel . . . esse: vgl. Luk. 1, 35 f.

virtutem altissimi eam inumbraturam, se vel alios angelos designabat, dicendumque erit Mariam virginem de Spiritu Sancto hoc est de angelis concepisse nec Christum filium Dei esse. Et male Petrus Ananiae dixit te Spiritui Sancto mentitum, non hominibus sed Deo mentitum esse: Denique quis non videt in formula baptismi patri et filio tertiam adjungi personam Spiritum Sanctum, non multitudinem Spirituum Sanctorum, qui profecto nunquam alibi nisi ut nuntii ac ministri mysterio salutis intervenere. Ex quo judicari potest quam misere titubent, qui a via catholica decedunt.

405. DE PERSONA CHRISTI
[1680 bis 1684 (?)]

Überlieferung:

L Konzept: LH I 3, 4 Bl. 3. 1 Bl. 2°, am unteren Rand unregelmäßig beschnitten. (Darauf auch N. 404.) 1 S. auf Bl. 3 r°.

E GRUA, *Textes*, 1948, S. 179 f. (Teildruck).

Dieses Stück befindet sich auf demselben Bogen wie N. 404 und dürfte, wie der unmittelbare Bezug »Paulo ante ostensum est . . .« nahelegt, kurze Zeit nach diesem entstanden sein.

De Persona Christi

In Christo una est persona, at duae naturae, divina et humana.

Paulo ante ostensum est Verbum seu Filium esse secundam personam divinitatis; idem filius est homo, qui dicitur Christus. Proinde persona Christi est ipsa illa secunda

1–6 angelos (*1*) intelligebat (*2*) designabat | (*a*) quibus nihil ineptius (*b*) dicendumque . . . intervenere. *erg.* | *L* 17 humana. (*1*) Filius (*2*) Cum (*a*) Filium (*aa*) esse (*bb*) Dei secundam esse pers (*b*) Verbum (*aa*) sec (*bb*) assumsisse carnem seu factum esse a (*3*) Paulo *L* 18 f. divinitatis; (*1*) per (*2*) idem filius (*a*) homo (*b*) una eademque ergo persona est. Itaque secunda persona divinitatis est homo, et dicitur Christus, (*aa*) idem autem (*bb*) et illa qui est Deus est etiam (*cc*) itaque una (*dd*) seu (*c*) est . . . Proinde *L*

3 f. Petrus . . . esse: vgl. Apg. 5, 3–5.

persona divinitatis, quae in tempore carnem assumsit. Una igitur persona est quae et homo est et Deus, naturae autem duae, divina aeterna, humana assumta, quae subsistit personalitate seu subsistentia verbi ut brachium subsistentia corporis. Et ut in Trinitate tres sunt personae, una natura, ita in incarnatione tres sunt naturae (deitas, anima, caro) cum una persona. Ex quibus patet quam pulchre omnia consentiant in fide catholica, quae hinc de Trinitate illinc de incarnatione dicuntur, et quam sapienter conceptae sint formulae quibus Ecclesia utitur, neque video quomodo magis sobrie et ad scripturae mentem, ac fidei analogiam atque ὑποτύπωσιν τῶν ὑγιαινόντων λόγων, addo et exprimendi vim, loqui possimus, quam utendi naturae et personae vocibus, quemadmodum dictum est. Nam qui duas statuunt personas vel ex Christo facient Ens per aggregationem instar societatis, compositum ex homine aut Deo in homine habitante, ut daemon habitat in possessis, vel certe duos facient Christos seu filios, unum hominis alterum Dei, alterutrum negare debent Christum esse hominem, vel Christum esse Deum; qui vero statuunt unam naturam, rursus aut alterutrum negare aut dicere debent divinitatem esse humanitatem.

Pulcherrimum est Mysterium incarnationis.

Hoc mysterium a seculis absconditum ipsis Angelis admirabile visum esse innuit Apostolus. Certe in eo videtur contineri complementum operum Dei, ut creatura ad quantam maximam fieri potest attolleretur elevationem, et Deus se pro summa sua benignitate quantum possibile est demitteret et communicaret, et regnum quoddam institueret, ad creatarum Mentium captum accommodatum, suaeque justitiae pretiosissimo sacrificio satisfaceret. Porro quemadmodum Mysterium Trinitatis optime illustratur

1 assumsit. (*1*) Est autem sec (*2*) Incarnatio Mysterium a seculis absconditum et (*3*) Una igitur (*4*) Una (*a*) scilicet (*b*) igitur *L* 2 divina (*1*) et humana (*2*) aeterna, *L* 2–5 quae . . . persona. *erg. L* 4 personae, (*1*) una aeterna (*2*) pater fi (*3*) etiam (*4*) ita pers (*5*) una *L* 6 quae . . . dicuntur *erg. L* 7 quomodo (*1*) aptior (*2*) et Trinitas et incarnatio aptius exprimi possint quam adhibitis naturae et personae discriminibus. (*3*) magis *L* 8 mentem, (*1*) addo et usum in (*2*) ac *L* 9 vim (*1*) di (*2*) loqui *L* 10–13 personas, (*1*) nega (*2*) | vel . . . Dei *erg.* | alterutrum *L* 11 societatis (*1*) quale est in eo qui a daemone possessus est (*2*) quod a (*3*) aut certe (*4*) compositum *L* 13 debent (*1*) aut Christum esse hominem aut Christum esse Deum (*2*) Christum esse hominem, | quod faciunt Enthusiastici quidam *erg. u. gestr.* | vel *L* 14 vero *erg. L* 14 rursus . . . aut *erg. L* 15 f. humanitatem. | (*1*) Veram autem humanitatem anima et corpore constantem a Christo esse assumtam, non est cur nunc *erg.* | (*2*) Pulcherrimum *L* 19 fieri potest *erg. L* 19 f. sua *erg. L* 21 f. suaeque . . . satisfaceret *erg. L*

8 ὑποτύπωσιν . . . λόγων: 2. Tim. 1, 13.

similitudine Mentis in se reflexae, ita Mysterium incarnationis optime illustratur Unione Mentis et corporis, quod etiam agnovere Sancti Patres Justinus Martyr, Athanasius, Augustinus. Manent enim duae naturae et fit una persona, fortasse etiam non inepte dici potest corpus sustineri subsistentia animae, aut materiam subsistentia formae, ita ut non alia sit subsistentia compositi quam quae formae, a quo nec Scholastici quidam abhorrere videntur. Et eadem videtur dicenda persona hominis et animae separatae.

Attributa et operationes unius Naturae non sunt tribuendae alteri naturae.

Ita dicendum est Divinitatem non esse passam contra Theopaschitas, humanitatem non esse omnipraesentem contra Ubiquitarios, unam non esse operationem seu volitionem Divinitatis et humanitatis, contra Monothelitas. Alioqui quid refert naturas distinguere et certe quae uni naturae propria sunt alteri tribuere contradictorium videtur. Sed Deum natum esse, virginem deiparam esse, hominem ubique esse dici potest quemadmodum dici potest poetam curare morbos, si idem et medicus sit. Modo intelligatur sano sensu, eum scilicet qui est homo, licet non qua homo, sed qua Deus, esse ubique, eum qui est Deus esse natum ex virgine, sed non qua est Deus. Id ipsum enim Divinam vel humanam naturam appellamus in Christo, secundum quod Christo Divina vel humana attributa ascribuntur. Non ergo in communi[cati]one idiomatum, sed in una subsistentia unio naturarum consistit. Itaque Verbum suum subsistentiam tribuit humanitati, non essentiam, neque essentiales proprietates, quippe quae et reliquis divinitatis personis sunt communes. Et certe si Hypostatica unio consisteret in communicatione attributorum etiam pater filio hypostatice unitus esset, cui sua attributa communicavit.

Naturae Christi Humanae omnes perfectiones tribuendae videntur quarum creatura sit capax, exceptis illis quae cum officio redemtoris pugnabant.

2–6 | Justinus . . . Augustinus *erg.* | Manent . . . separatae *erg.* | *L* 3 et *erg. L* 4 corpus (*1*) animae ma (*2*) et generaliter materiam formae subsistentia (*3*) sustineri *L* 4 formae, (*1*) adeo (*2*) ita *L* 5 subsistentia (*1*) in compositis (*2*) compositi *L* 7 unius (*1*) Cre (*2*) Naturae *L* 9 f. Theopaschitas, (*1*) nec (*2*) humanitatem | non *erg.* | *L* 10 Ubiquitarios, (*1*) nec (*2*) unam | non *erg.* | *L* 13 Deum (*1*) passum (*2*) natum ex virgine, (*3*) natum *L* 14 | quemadmodum (*1*) de Apothecar (*2*) dici . . . sit *erg.* | *L* 17 vel humanam *erg. L* 18 vel humana *erg. L* 19 subsistentia (*1*) incarnat (*2*) unio *L* 19 Itaque (*1*) et (*2*) Verbum *L* 24 perfectiones (*1*) habuit (*2*) tribuendae videntur *L* 25 quarum (*1*) natura (*2*) creatura *L*

Itaque anima ejus inde ab ortu omni sapientia et gratia plena erat, nec probandi sunt Agnoitae qui putabant Christum aliqua ignoravisse. Noluit tamen eas perfectiones in terris plene ostendere, sed fratribus debuit assimilari per omnia excepto peccato ut ait *Epistola ad Hebraeos.* Quin et passionis tempore humano more vota facere voluit quae sciebat non implenda, ut animi sui dolorem et naturae humanae a morte abhorrentis propensionem testaretur, adjecta tamen resignatione in voluntatem patris. Itaque animo et corpore passus est, ut peccata hominum expiaret. De caetero non est necesse, ut Christus actu cogitaret omnia quae Divinitas animae ejus infuderat. Unde inter Scholae quoque doctores Bonaventura et Gabriel dicunt omnia scivisse scientia habituali, sed non scientia actuali. Itaque scientia actuali proficere potuit humano more, nec elicuit actus scientiae supernaturalis nisi cum opus erat, et sic dici potest Diem judicii ignorasse, quod scilicet hunc actum tunc cum Apostoli quaererent minime elicere vellet, quae explicatio ni fallor commodior est quam effugium dicentium negasse se scire scilicet ut Apostolis diceret. Quo ad reservationes mentales excusandas aliqui abuti possent.

3 terris (*1*) apparerent (*2*) plene *L* 4 *Hebraeos.* (*1*) Itaque (*2*) Quin *L* 5 f. et . . . morte (*1*) propensionem (*2*) abhorrentis propensionem *erg.* *L* 7 necesse, (*1*) ut (*2*) nec fortasse p (*3*) ut omnia Christus quae divina infusione (*4*) ut *L* 8 quae (*1*) Deus (*2*) | Divinitas *erg.* | *L* 11 erat, (*1*) itaque (*2*) et sic *L* 14 Quo | exemplo *gestr.* | (*1*) ad aequivocationes excusandas (*2*) ad *L*

4 Vgl. Hebr. 2, 17 u. 4, 15. 9 Vgl. anders bei BONAVENTURA, *Breviloquium*, IV, 6, 1. 9 f. Vgl. GABRIEL BIEL, *Epitome et collectorium ex Occamo super quatuor libros sententiarum*, Tübingen 1512, dist. 14, qu. un. l. 3. 11 Diem . . . ignorasse: vgl. Matth. 24, 36.

406. ANNOTATIUNCULAE PRAEPARATORIAE AD OPUSCULA APOLOGETICA [1685 (?)]

Überlieferung: *L* Konzept: LH I 3, 7h Bl. 2. 1 Zettel (18,5 × 7 cm). 1 S.

Die Stückgruppe N. 406 bis 415 beschäftigt sich mit dem Problem, eine metaphysisch fundierte katholische Position in die kontroverstheologischen Diskussionen einzubringen. Der Entstehungszeitraum dürfte, wie es die in diesen Stücken belegten Wasserzeichen bestätigen, vor dem *Examen religionis christianae* (N. 420) liegen und in der Hauptsache wohl in das Jahr 1685 fallen. (Die Datierung der Stücke IV, 3 N. 16–19, in denen Leibniz sich ausführlich dieser Aufgabe widmet, ist aufgrund der häufig und sicher belegten Wasserzeichen auf das Jahr 1685 zu korrigieren; vgl. dazu die Corrigenda in IV, 4.) Dieses kurze Stück, dessen Papier kein Wasserzeichen trägt, besteht zum Großteil aus Belegen, die sich wörtlich in der *Apologia fidei catholicae ex recta ratione* (IV, 3 N. 17) sowie *De schismate* (IV, 3 N. 18) wiederfinden. Es dürfte dementsprechend als Vorstufe zu diesen zu werten und wohl ebenfalls 1685 entstanden sein. Angefügt hat Leibniz den Titel einer kurz nach dem 28. September 1682 erschienenen Flugschrift, die jedoch in keinem erkennbaren Zusammenhang zum Text steht und einen abweichenden Schriftduktus zeigt.

Augustini lib. 4. *De Trinitate: contra rationem nemo sobrius, contra scripturam nemo christianus, contra Ecclesiam nemo pacificus senserit.*

Apologia fidei Catholicae ex recta ratione.

Nulla esset obligatio credendi nisi Deus ipse per rationem in nobis loquens notas suppeditasset quibus verbum Dei a verbo impostoris discerneretur. Christus ipse *nisi me audissent peccatum non haberent.*

Ipsi Theologi protestantium coacti sunt Theoriam suam a praxi sejungere et eo ipso testimonium contra se perhibent, neque enim aliis concedunt libertatem quam sibi sumserunt. Anabaptistae autem et Tremuli aliique id genus homines cum theoriam protestantium circa disciplinam ad praxin transtulissent illam horrendam confusionem introduxerunt in qua cuivis quicquid in mentem venit tanquam dictatum divini spiritus dicere et facere fas habetur. Antitrinitarii autem et similes cum eandem Theoriam ad praxin transtulissent circa doctrinam jam pene ad nihilum apud eos redacta sunt Christianae fidei mysteria.

18 f. notas suppeditasset quibus *erg. L* 20 f. *haberent*. (*1*) Principia (*2*) Ipsi *L*

15 f. *contra . . . senserit*: AUGUSTINUS, *De Trinitate libri XV*, IV, 6 (PL 42, Sp. 895). 17 Vgl. IV, 3 N. 17. 18 f. Vgl. IV, 3 S. 255. 19 f. *nisi . . . haberent*: vgl. Joh. 15, 22. 21–26 Vgl. IV, 3 S. 245 f.

Eines friedfertigen patrioten einfältige gedancken uber die friedfertigkeit so die franzosen in ihrem bekandten project und in der declaration von 28 September jungst zu Frankfurt an tag gegeben 1682. 4°, 1 boge wohlgeschrieben.

407.DE MOLIENDA APOLOGIA CATHOLICAE VERITATIS [1685 (?)]

Überlieferung: *L* Konzept: LH I 12, 2 Bl. 124–125. 1 Bog. 4°. 3 ½ Sp. Die linke Hälfte von Bl. 125 weitgehend herausgeschnitten.

Die rhetorisch stark ausgearbeitete Vorrede zur Verteidigung der Dogmen der katholischen Kirche hat keine weitere inhaltliche Ausführung des Themas erfahren, läßt von ihrer Gestaltung aber auf eine breitere Publikumswirkung schließen. Auf der Rückseite des Bogens hat Leibniz noch einmal den Stückanfang niedergeschrieben, diesen aber zum größten Teil wieder aus dem Blatt herausgeschnitten. Der Bogen trägt kein Wasserzeichen. Zur Datierung vgl. N. 406.

Quicunque in religionis negotio non ad veritatem sed victoriam contendunt,conviciisque et malis artibus certant, mihi veterum gladiatoribus similes videntur, ut enim inter illos etiam liberi homines vulgi studio et insanientis theatri plausu ducebantur, ut vitam exponerent, et crudelissimis vulneribus conficerentur. Ita saepe videmus ac dolemus viros doctrina et eloquentia egregios, sed suae alienaeque salutis prodigos ita agere, ut applausum magis quam veritatem quaesivisse videantur magno cum detrimento

14 certant, | non sine detrimento animarum, et aeternae salutis periculo; *gestr.* | mihi *L* 15 videntur, (*1*) inter quos (*2*) ut . . . illos *L* 15–17 homines (*1*) parvo aere et insanientis populi (*2*) vulgi . . . theatri *L* 16 et (*1*) sese (*2*) crudelissimis *L* 16 conficerentur. (*1*) Nihil enim christiano indignius neque pernitiosius esse potest, quam nulla suae alienaeve salutis cura, cujus interest unam quaeri veritatem, id agere tantum ut (*a*) conceptas sententias (*b*) hausta semel praejudicia tueantur, ac suis vicisse, aliis non ineleganter scripsisse videantur. Cum ergo (*2*) Quid (*3*) Quandoquid (*4*) Ita (*a*) dolendum est multos saepe viros egregios, non (*b*) saepe . . . viros *L* 17 egregios, (*1*) exigua (*2*) | sed *erg.* | *L* 18 videantur (*1*) . Scio (*a*) illos (*b*) id saepe fieri animo non malo et plerisque (*2*) magno *L*

1–3 Nicht nachgewiesene Flugschrift.

animarum. Scio id saepe fieri animo non malo, et plerisque affectum tuendi praejudicii pro studio veritatis imponere. Vereor tamen ut aliquando excusationem recepturus sit supremus judex cum ex praepostero illo zelo atque inanis gloriae studio tot animarum Christi sanguine redemtarum pernicies, tantaque orbis Christiani mala consequantur.

Cum igitur christiana caritas has a me pagellas expressisset, ut scrupulos quosdam tollerem, qui multos bonos ac prudentes, addo et ingenio ac doctrina praestantes, viros adhuc a Catholica unitate distinent, primum volui nomen meum latere, ne qua gloriolae contentiosa cupiditas etiam invito interveniret, deinde ab omnibus criminationibus aut recriminationibus abstinui, quibus etiam cum verae sunt, tamen nocetur ve⟨ritati⟩, ut enim liquores agitati claritatem, ita mens ira atque odio turbida lucem veritatis non admittit. Nec rationes attuli, quae mihi parum solidae, aut commodis exceptionibus elidendae videntur, etiamsi speciem magnam habeant, plurimumque ad persuadendum possint; quoniam hanc opellam non vulgi, quod specie capitur, sed eorum causa suscepi, qui altiore studio rerum interiora indagant, quibus eo magis satisfacere studendum, quanto magis operae pretium est, etiam ad autoritatem propagationemque veritatis, ut insignia ingenia Ecclesiae Christi lucreamur.

Atque hoc consilium est opellae hujus, causa autem haec fuit. Ex quo sincera ac lucida fidei catholicae expositione ab ipso sapientissimo ac sanctissimo Pontifice approbata, Protestantes liquidius agnoscere potuerunt, quam innocua, ac tuta sint Dogmata, quae Ecclesia pro suis agnoscit, multi sane prudentes ac moderati fatentur, non esse cur damnentur qui sic doceant, aut cur ab eorum communione secedatur; negabant tamen sese Ecclesiae posse accedere, quae exigat, ut omnia ista non tantum non damnentur, sed

2 pro (*1*) zelo (*2*) | studio *erg.* | *L* 5 f. ut (*1*) non scrupulis quibusdam occurrerem (*2*) scrupulos quosdam tollerem *L* 6 addo et ingenio | ac doctrina *erg.* | praestantes *erg.* *L* 8 etiam invito *erg.* *L* 10 claritatem (*1*) amittunt (*2*) perdunt (*3*) ita *L* 11 admittit. (*1*) Absti (*2*) Nec *L* 11 aut (*1*) replicat | (*2*) aptis (*3*) commodis *erg.* | *L* 12 videntur, (*1*) etiam cum (*2*) etiamsi *L* 13 quod (*1*) ex (*2*) specie capitur *erg.* *L* 13 f. suscepi, (*1*) quibus (*2*) qui *L* 16 ingenia (*1*) lucreamur. (*2*) Ecclesiae *L* 17 hujus, (*1*) occasio (*2*) causa *L* 17 f. quo (*1*) praeclara (*2*) sincera ac lucida *L* 18 f. expositione (*1*) ipsius (*a*) Pontificis maximi (*b*) gravi (*c*) sapientissimi profecto ac sanctissimi Pontificis | (*2*) ab . . . Pontifice *erg.* | approbata, (*a*) constitit (*b*) constare (*aa*) potuit Protestantibus (*bb*) coepit quam innocua sint dogmata, quae Ecclesia pro suis agnoscit, et quam neque fundam (*c*) ipsi (*d*) Protestantes (*aa*) agnoscere (*bb*) liquidius *L* 20 moderati (*1*) non (*a*) dissimularent (*b*) dissimularunt (*2*) | fatentur *erg.* | *L* 21 f. secedatur; (*1*) objecere nondum tamen a seipsis (*2*) negabant | tamen *erg.* | sese (*a*) posse (*b*) ideo (*c*) Ecclesiae Romanae posse accedere, (*aa*) quantum exigat illa, (*bb*) quae *L*

17–19 Vgl. J. B. BOSSUET, *Exposition de la doctrine de l'église catholique sur les matieres de controverse*, Paris 1671.

et vera credantur, sibi autem tum ex sanae rationis demonstrationibus certissimis, tum ex scriptura sacra et primitivae Ecclesiae autoritate planissime quorundam falsitatem esse persuasam, non pauci etiam liberis ingeniis servitutem imponi queruntur, ut praeter animi sensa, historiarum veritatem et ⟨philosophiae⟩ praeclara inventa cogantur. Ut alios scrupulos nunc taceam, de quibus in progressu dicetur. Quae cum a nonnullis doctis viris falso quidem sincere tamen dici multumque in animis quorundam posse, compertum haberem, Apologiam aliquam Catholicae veritatis moliendam putavi, qua ostenderem, quantum paucis licet, sententias Ecclesiae non tantum tutas, sed etiam mire rationabiles esse, neque aut fidei historiarum, aut verae philosophiae, multo minus scripturae sacrae, ac traditioni veterum adversari. Nunquam autem Ecclesiae propositum esse, ut veritatem ullam autoritate sua opprimat; itaque si quid in his quae salva salute in alterutram partem statui possunt, ex documentis antiquitatum, aut rationum demonstrationibus compertum alicui videatur, metuere non debere ut secus aliquid praeter animi sententiam affirmare, cogatur. Denique eam esse caritatem in proposito Ecclesiae, eam in dogmatis ejus salutaris fidei veritatem, ut nulla ratio a communione ejus, et professione fidei catholicae excusare posse videatur.

4 f. alios | eorum *erg. u. gestr.* | scrupulos *L* 5–7 nonnullis (*1*) sincere dici mihi compertum esset, qui praeceptorum suorum sive (*2*) doctis . . . haberem *L* 7 f. ostenderem, (*1*) non sententias ejus (*2*) quantum . . . Ecclesiae *L* 9 esse, (*1*) nunquam autem ipsi propositum esse suffocare veritatem, (*a*) sed (*b*) et (*c*) si quid (*d*) quemadmodum in rebus ad salutem pertinentibus certam fidem exigit quae (*aa*) solent (*bb*) contra afferri solent (*2*) neque *L* 9 philosophiae (*1*) declarari, (*2*) multo *L* 11 salva (*1*) veritate (*2*) salute *L* 13 videatur, (*1*) non esse cur metuat, ut (*a*) a nemine exigi (*b*) nihil ab eo exigere Ecclesiam, quod salva co (*2*) metuere *L* 13 ut (*1*) profess (*2*) vel (*3*) | secus *erg.* | *L* 13 f. affirmare, (*1*) cogatur pr⟨–⟩ (*2*) aut (*3*) vel a sincera fidei professione abstinere (*4*) cogatur. *L* 14 in proposito *erg. L* 14 f. ejus (*1*) veritatem, ut (*2*) salutaris *L* 15 nulla | unquam *gestr.* | ratio *L*

408. RATIONALE FIDEI CATHOLICAE CONTRA OMNIS GENERIS SECTAS [1685 (?)]

Überlieferung:

L Konzept: LH I 20 Bl. 168–169. 1 Bog. 2°. 2 1/3 S.

E GRUA, *Textes*, 1948, S. 24–26.

Dieses und das folgende Stück stehen in engem inhaltlichen Zusammenhang und dürften nahezu zeitgleich entstanden sein. N. 408 bildet dabei die rhetorisch ausformulierte und mit einer gezielten Leseransprache versehene Einleitung zu einer Verteidigung der Lehrsätze der katholischen Kirche. Leibniz hat hier sein Vorhaben nicht weiter ausgeführt; er bricht unvermittelt in einem Satz ab. Das Stück weist kein Wasserzeichen auf. Zur Datierung vgl. N. 406.

Rationale fidei Catholicae contra omnis generis sectas

Video passim summos viros praedicare felicitatem nostrorum temporum, in quibus renasci videtur et in majus proficere quicquid egregium habuit antiquitas; nec tantum historiae ac meliorum literarum lux pura effulsit, sed et scientiarum omnium arcana magis magisque patent. Neque ego non agnosco Divinae benignitatis magnitudinem sed quoties ingratitudinem nostram et animorum levitatem considero, saepe vereor, ne tantis beneficiis abutendo gravissima nobis judicia accersamus. Cum enim maximus ille sit usus Historiae ut Divinam gubernationem illustret, et veritatem religionis nostrae firmissimis testimoniis muniat potissimusque sit scopus verae philosophiae, ut nos ad perfectissimae substantiae cognitionem perducat, video multos quo magis doctrina pollent, eo minus habere pietatis; et alios, quo magis scientia clarent, eo minus fidei tribuere. Eruditi subinde ex multiplici lectione sua ea tantum corradunt, quae ad elevandam sacrorum nostrorum autoritatem facere videntur, ostendunt nobis loca scripturae sacrae

11 sectas (*1*) Tametsi specimen operis dare aggredior, quod (*2*) Cum saepe videam homines (*3*) Cum in ea tempora inciderimus, (*a*) ubi (*b*) quibus (*4*) Video *L* 12 passim (*1*) egregios (*2*) | summos *erg.* | *L* 12 temporum, (*1*) ubi (*2*) in *L* 15 ego (*1*) diffiteor (*2*) non agnosco (*a*) Divinorum beneficiorum magnitudinem, sed quoties abusum eorum considero, et cohorresco totus, et saepe timeo, ne tanto graviora nobis (*b*) Divinae *L* 16 quoties (*1*) cogito (*2*) ingratitudinem *L* 16 f. ne (*1*) tantis beneficiis paria (*2*) | abutendo *erg.* | tantis beneficiis (*3*) tantis beneficiis | abutendo gravissima *erg.* | *L* 17 enim (*1*) max (*2*) ideo potissimum (*3*) renata lite Deus (*4*) maximus *L* 18 Divinam (*1*) providentiam (*2*) | gubernationem *erg.* | *L* 19 f. potissimusque . . . ut (*1*) perf (*2*) nos . . . perducat, *erg.* *L* 22 tribuere. (*1*) Illi (*a*) perpetuo no (*b*) excerpunt nobis (*2*) Eruditi subinde *L* 23 elevandam (*1*) auto (*2*) sacrorum *L* 23 nobis (*1*) sa (*2*) difficultate (*3*) loca *L* 24 scripturae (*1*) diffici (*2*) sacrae *L*

difficilia, sanctorum patrum naevos, conciliorum tumultus, devotorum seculorum ignorantiam, pias cleri fraudes, per cujus actus aliquando ipsam religionem petunt. Sed iidem dissimulant admirabilem in scriptis nostris sacris cum simplicitate majestatem, sanctissima praecepta, divinam in convertendis gentibus providentiam, et in media barbarie salvam semper rei catholicae summam. Ab altera parte philosophi quidam celebres causarum finalium et divini consilii considerationem e naturae inquisitione tollunt, omnia mechanica quadam necessitate materiae fieri contendunt, et pro Deo relinquunt nobis vim quandam immensam intellectus et voluntatis expertem ac producentem quicquid potest, quem quidem Deum credas an rejicias nihil interest ad humanam vitam regendam. Iidem vero non considerant satis totam naturam machinam quidem esse, sed incomparabili artificio, ubique indicem sapientissimi autoris, parumque meminerunt. Naturae studium non tantum ad sublevationem vitae corporeae sed et potissimum ad agnoscendum amandumque Creatorem dirigi debere. Et fieri posse, ut nunquam reperiamus veram rerum structuram, sed non fieri posse ut ignoremus earum usum atque effectum. Et licet temerarium sit omnes Dei fines animo complecti velle, pium tamen et necessarium esse eos agnoscere qui tanta ejus benignitate ad nos porriguntur.

Itaque saepe mecum doleo, quoties video homines a Deo abduci, illis ipsis studiis, quibus nihil mihi videtur ad veram pietatem accendendam efficacius: jam ubi ad mysteria fidei ventum est, quam multi contrahunt vultum? et alii quidem subdole protestantur credere se quod receptum est licet ipsi paulo ante satis ostenderint nihil sibi videri absurdius, alii praesertim in regionibus, ubi laxior disciplina est, palam irrident aut oppugnant. Atque hi quidem in medio Ecclesiae Catholicae sinu velut ludendi animum

2 ignorantiam, (*1*) denique dum (*a*) Ponti (*b*) Clerum (*2*) pias *L* 4 praecepta, (*1*) integrans sic (*2*) divinam *L* 4 convertendis (*1*) barbaris (*2*) gentibus *L* 5 summam. (*1*) Philosophi ab altera parte insinuare videntur (*2*) Ab *L* 5 f. quidam (*1*) egregii (*2*) | celebres *erg.* | *L* 6 finalium (*1*) considerationem (*2*) et *L* 6 considerationem (*1*) tollere in (*2*) e *L* 7 f. et (*1*) Dei (*2*) pro Deo (*a*) nobis (*b*) relinquunt *L* 8 intellectus . . . ac *erg. L* 9 potest (*1*) qualis Deus (*2*) quem *L* 9 credas (*1*) et (*2*) an *L* 10 regendam (*1*) Sed (*2*) Iidem | vero *erg.* | non *L* 11 esse, (*1*) sed (*2*) at quae (*3*) at (*4*) sed *L* 11 indicem (*1*) sui autoris (*2*) sapientissimi *L* 12 Naturae (*1*) cognitionem (*2*) | studium *erg.* | *L* 12 corporeae *erg. L* 12 f. et (*1*) ad cognitio (*2*) potissimum ad (*a*) perfectionem animi quae maxime col (*b*) agnoscendum | amandumque *erg.* | (*aa*) Creato (*bb*) Creatorem *L* 14 reperiamus (*1*) causas rerum (*a*) inf (*b*) efficientes proximas, ver (*2*) veram (*3*) inferiora (*4*) veram (*a*) mundi (*b*) | rerum *erg.* | *L* 14 ignoremus (*1*) rerum ejus usum et (*2*) earum *L* 15 licet (*1*) absurd (*2*) temerarium *L* 15 f. velle *erg. L* 16 esse (*1*) ut (*a*) eis (*b*) eos agnoscemus, qu (*2*) eos *L* 16 ejus *erg. L* 18 abduci, (*1*) qui (*2*) illis ipsis (*a*) vinculis, qui (*b*) studiis *L* 20 vultum? (*1*) alii protestantur se (*2*) et *L* 21 se (*1*) non r (*2*) utcunque credit Ecclesia, (*3*) quod receptum est *L* 22 alii (*1*) auda (*2*) in (*3*) praesertim *L* 22 palam (*1*) testantur (*2*) irrident *L* 23 sinu (*1*) et velut animi gratia (*2*) et (*3*) levitatem quandam et (*4*) velut *L*

praeferentes; sed serio illi ac data opera, quos sive nascendi infelicitas, sive propria levitas sectae implicuit. Videas eos passim insultare Catholicis, tanquam absurdissima quaeque devorare assuetis, et sibi de luce, de recta ratione, de discusso tenebrarum regno applaudere.

Der in Kleindruck folgende Text wurde von Leibniz anschließend ersetzt:

Ego qui et melioribus literis, et philosophiae repurgatae magno studio nec sine aliquo successu incubui, non aliam ob rationem magis mihi de divina benignitate gratulor neque alios majores laborum meorum fructus cepi, quam quod omnibus rationibus subductis in fide Catholica sum confirmatus. Cum enim videam tot praeclara ingenia futuri anxia haerere, nec habere quod de Deo aut de anima dicant vel non dicant, et nunc in credendo nunc in non credendo sibi vim facere; nonne Deo gratias agam, quod tantam animi tempestatem in me jucundissima quiete composuit. Quod mentem futurae vitae spe constabilita supra res mortalium fluxas erexit, quod mihi ostendit admirabilem consensum et pulchritudinem divinae suae philosophiae, ac gratiae cum natura conspirantis harmoniam. Quanquam enim non minus persuasus sim ex domesticis fidei principiis, nullo rationum respectu, magna tamen incredibilis illius voluptatis quam nunc subinde percipio, parte carerem, si fidei rationisque consensus mihi detraheretur. Fecit hic animi mei status, ut saepe eosdem sensus optarem diffundere posse in caeteros mortales. Sed veritus sum, primo ne professio ista superbiae tribueretur. Itaque praemonendum censeo [*bricht ab*]

Ego qui melioribus literis et philosophiae repurgatae magno studio incubui non aliam ob rationem magis mihi de divina benignitate gratulor, nec alios majores laborum meorum fructus cepi quam quod omnibus rationibus subductis in fide catholica confirmatus sum, deprehendique omnes ejus partes et mire inter se consentire et ex recta ratione

1 sed (*1*) di (*2*) quid jam (*3*) quid jam illi (*4*) serio . . . opera *L* 1 sive (*1*) infelic (*2*) nascendi *L* 6 et (*1*) literarum studiis olim et (*2*) melioribus *L* 6 studio (*1*) incubui, non alio (*2*) nec *L* 7 f. mihi (*1*) sum gratulatus (*2*) de . . . fructus (*a*) cepisse mihi videor (*b*) cepi *L* 8 Catholica | magis *gestr.* | sum *L* 8 confirmatus (*1*) , quid enim jucundius est, quam in hac vita jam tum animo praecipere gaudia aeternitatis, (*2*) quid autem ad Deum amandum efficacius est, quam (*a*) et (*b*) Agnito (*c*) agnito consensu (*aa*) admirabili verae Th (*bb*) omnium Theologiae verae partium tum inter se, tum vero cum meliore philosophia (*3*) . Cum *L* 9 anima | nostra *gestr.* | dicant (*1*) aut (*2*) vel *L* 9 et (*1*) nunc sibi in credendo vim facere, nunc (*2*) nunc *L* 10 animi (*1*) pess (*2*) tempestatem *L* 11 composuit (*1*) , ex quo et animum (*2*) . Quod mentem *L* 12 admirabilem (*1*) pulchritudinem (*2*) consensum *L* 12 pulchritudinem (*1*) revelationum suarum (*2*) divinae *L* 13 conspirantis (*1*) Et fateor quanquam enim (*2*) harmoniam. *L* 13 persuasus (*1*) esse possem (*2*) sim ex (*a*) sole (*b*) domesticis *L* 14 nunc *erg.* *L* 16 mortales. (*1*) Non (*2*) Sed velim ut (*3*) Sed (*4*) Aut potius optabam ut ex magnis nostri seculi viris, (*a*) quos non dubitabam (*b*) inter quos esse non dubito quibus major. (*5*) Sed diu ⟨retinuere⟩ me primum (*6*) Sed *L* 18 studio (*1*) nec sin (*2*) incubui *L* 19 gratulor (*1*) quam quid (*2*) nec *L* 20 f. subductis (*1*) deprehendi (*2*) in . . . deprehendique *L* 21 omnes (*1*) fidei catholicae (*2*) ejus *L*

egregie illustrari. Et cum dubitare non possim eadem et multo praeclariora innotuisse Viris compluribus doctrina et pietate magnis, saepe optavi ut prodiret aliquis Apologista divinae veritatis, qui pulchritudine ejus feliciter expressa animos hominum sancto ardore accenderet. Atque utinam S. Augustinus in nostra tempora incidisset, aut nostri seculi profectus anticipare potuisset: vel potius utinam viri insignes eodem spiritu animati tantum opus aggrederentur. Nunc quid me imparem licet partem exiguam et magis facilem attingere coegerit dicam. Intercessit mihi notitia cum hominibus summi ingenii, sed quorum juventus periculosissimis dogmatibus imbuta erat, hi, cum me viderent liberioribus eorum sermonibus parum annuere, primum simplicitatem meam miserabantur postea cum deprehenderent me quoque philosophiam illam novam non ignorare, et praestitisse aliquid in sublimioribus doctrinis quibus se seculum nostrum effert, coepere mirari cur inventa fruge glandibus vescerer, ipsi enim credebant philosophiae luce hausta, nemo sanae mentis amplius fidem adhibere posse dogmatibus quorum absurditatem, ut ipsi ajebant, Romana vel potius christiana Ecclesia mysterii appellatione velaret. Et cum ego contra tenderem acrius, simulationis me suspectum habebant, quae accusatio gravior multo quam ignorantiae merito mihi videbatur. Itaque tum ut sinceritatem meam vindicarem, tum ut amicorum saluti succurrerem coepi tentare delineationem quandam Rationalis fidei Catholicae. Lecta est opella, quid dicam? Tetigit animos, nihil tale expectantes, fecit ut vererentur aliqui ne vera dicerem. Fuit qui daret manus, qui se mihi postea salutem debere fateretur. Idem urgebat acriter ut publicarem, sperans apud multos posse aliquid, quod apud se valuisset. Ego contra disputabam periculosum [*bricht ab*]

1 possim (*1*) quod a me mito (*2*) eadem *L* 1 f. innotuisse (*1*) tot magnis ingeniis nostris (*2*) Viris *L* 4 f. seculi (*1*) lux (*2*) feli (*3*) profectus *L* 6 me | (*1*) plane (*2*) imparem (*a*) plane (*b*) licet *erg.* | *L* 7 facilem (*1*) tanto consilio (*2*) attingere *L* 7 dicam. (*1*) Fuit mihi notitia cum hominibus (*a*) erud (*b*) ingenio et (*c*) juvenibus (*2*) Intercessit *L* 7 cum (*1*) summis qui (*2*) hominibus *L* 8 sed (*1*) quos vitae (*a*) educa (*b*) liber (*2*) qui in juventute (*3*) quorum juventus (*a*) in (*b*) periculosissimis *L* 9 annuere (*1*) . Mira (*2*) id primum ignorantiae meae tribuebant, (*a*) qui non satis in novae philosophiae (*aa*) ab (*bb*) mysteria (*b*) cum vero viderent (*3*) , primum *L* 10 postea (*1*) de (*2*) cum *L* 10 deprehederent (*1*) non minus (*2*) me *L* 10 quoque (*1*) et (*2*) in mysteria a (*3*) philosophiam *L* 11 f. sublimioribus (*1*) illis (*2*) doctrinis | quibus . . . effert *erg.* | *L* 12 f. credebant (*1*) verae (*2*) philosophiae *L* 13 nemo (*1*) amplius (*2*) sanae *L* 13 adhibere (*1*) dogma (*2*) posse *L* 14 vel . . . christiana *erg.* *L* 15 acrius, (*1*) et a (*2*) simulationis *L* 15 f. me (*1*) insimulabant (*2*) suspectum habebant *L* 17 ut (*1*) animos eorum (*2*) non a Catholica tantum, sed et proponendum ab omni religione (*3*) ut animis eorum in (*4*) ut amic (*5*) amicorum *L* 18 Catholicae (*1*) , ubi (*2*) quo fructu inter amicos (*3*) lecta *L* 19 animos, (*1*) fecit ut vererentur | aliqui *erg.* | ne vera dicerem. Sed dissimulavere vulnus (*2*) nihil *L* 19 expectantes, (*1*) sed dissimulavere vulnus (*2*) fecit *L* 20 qui (*1*) longius pos (*2*) daret *L* 20 postea *erg.* *L* 21 sperans (*1*) posse aliquid, quod (*2*) apud *L*

409. RATIONALE FIDEI CATHOLICAE
[1685 (?)]

Diese Abhandlung führt die in N. 408 eingeleitete Thematik in zwei Fassungen weiter. Deren erste (N. 409_1) hat Leibniz anfangs am Rand durch die Angabe von Autoren zum Thema ergänzt und im Vergleich zu N. 409_2 breit ausgeführt. N. 409_2 greift Elemente der vorangehenden Fassung wieder auf und ist neben dem Konzept noch in einer verbesserten Reinschrift überliefert. Keine der drei Handschriften trägt ein Wasserzeichen, doch lassen thematische Parallelen auf den gleichen Entstehungszeitraum schließen, wie er für IV, 3 N. 16 bis N. 19 anzusetzen ist. Die Reinschrift schickte Leibniz am 8. Februar 1697 mit der Bitte um eine Stellungnahme an Johann Andreas Schmidt, wobei er sie als »Schedam ante complures annos a me scriptam« bezeichnet (I, 13 N. 327, S. 536).

409_1. ERSTE FASSUNG

Überlieferung: *L* Konzept: LH I 3, 7c Bl. 1–2. 1 Bog. 2°. 4 S. (Am Ende geringer Textverlust.)

Nachweise werden, sofern sie sich wiederholen würden, erst zur zweiten Fassung gegeben.

Rationale Fidei Catholicae,

in quo brevi specimine ostenditur, dogmata catholica

magis rationi consentire, quam sectarum quarumcunque.[1]

De Deo Uno

Deum Ecclesia Catholica docet esse Substantiam perfectissimam.

---

[1] *Am Rande*: Conferendi autores Haeresiologiarum S. Augustinus, S. Epiphanius, Alphonsus a Castro, Schlusselburgius, ut ostendatur dogmata haereticorum parum esse rationi consentanea.

18 *Am Rande*: vid. Poemander *gestr. L* 18 Substantiam (*1*) in quam (*2*) perfectissimam. *L*

Eadem fuit sententia Philosophorum qui ob sublimes cogitationes celebrantur, Pythagoricorum scilicet et Platonicorum.[2]

Perfectissimum intelligitur, cui omnes insunt Perfectiones, et quod nullam involvit imperfectionem.

Perfectio autem est omnis conceptus pure positivus qui nihil negationis involvit, ideo absolutus quoque est seu nihil involvit limitationis, omnis enim limitatio est negatio quaedam ulteriorum in eodem genere. Ita esse, agere, vivere, scire, posse, sunt perfectiones, seu conceptus qui de Deo possunt praedicari, sua natura enim non involvunt limitem, quemadmodum faciunt destrui, pati, figuram habere quae in naturam divinam non cadunt. Possunt tamen perfectiones illae limitem quem non involvunt, recipere cum scilicet tribuuntur creaturis, omni enim creaturae aliqua inest perfectio pro modulo suo, sed mista imperfectioni sive limitationi. At in Deo absolutissime intelliguntur, ita ut essentia ejus sit maxime independens, actio ejus ita universalis ut omnia ab ipso dependeant, vita ejus est aeternitas, cognitio ejus omniscientia, vis ejus omnipotentia.

Hinc sequitur Deum non esse corporeum, est enim corporis natura limitata, cum figura circumscriptum intelligatur. Itaque exploduntur ineptiae gentium, quae solem et astra adoravere, et solem quidem pro summo Deo passim habitum, eoque redire mysticam gentilium Theologiam ostendit Macrobius, qui error confirmatus est ab ignorantia

---

[2] *Am Rande*: vid. Poemander, aliique veteres (in quos Ficinus et Patritius), Plotinus, Dionys[ius] Areop[agita], Augubin[us] *perenn. philos.*, Morn[aeus] *de ver. relig. Christ.*

3 Perfectissimum | autem *gestr.* | intelligitur *L* 5 nihil | limitationis sive *gestr.* | negationis *L* 5 f. involvit, (*1*) adeoque (*2*) | ideo *erg.* | *L* 7 Ita (*1*) agere, scire, posse, (*2*) esse, agere, | vivere, *erg.* | scire posse, *L* 8 praedicari, (*1*) et (*a*) quidem sine omni limite (*b*) praedicatu (*2*) | et *str. Hrsg.* | sua *L* 9 quemadmodum (*1*) figuram habere, (*2*) pati, fig (*3*) | faciunt *erg.* | *L* 9 f. habere (*1*) . Pr (*2*) . Cum praedicantur autem de Deo modo absolutissimo, (*3*) | quae . . . cadunt *erg.* | *L* 10 tamen (*1*) limitem (*2*) perfectiones . . . involvunt, *L* 13 sit (*1*) per (*2*) ab (*3*) maxime *L* 14 dependeant, (*1*) scienti (*2*) cognit (*3*) vita *L* 14 omniscentia, (*1*) virtus (*2*) vis *L* 18 adoravere (*1*) . Qui errores (*2*) . Credebant scilicet illi corpora illa (*3*) , et *L* 18 f. eoque . . . Theologiam *erg. L* 19 error (*1*) natus (*2*) confirmatus *L*

---

21 HERMES TRISMEGISTOS, *Mercurii Trismegisti Pymander, de potestate et sapientia Dei; item Asclepius de voluntate Dei*, in M. FICINO, *Opera . . . omnia*, Bd 2, Basel 1561 u. 1576; F. PATRIZI, *Nova de universis philosophia . . . Deinde nova quadam . . . divinitas. Postremo methodo platonica rerum universitas, a conditore Deo deducitur. . . . Quibus . . . adjecta Zoroastis oracula CCCXX, ex Platonicis collecta. Hermetis Trismegisti libelli, et fragmenta, . . . Asclepii discipuli tres libelli, Mystica Aegyptiorum, a Platonica dictata, ab Aristotele excerpta, et perscripta philosophia. Platonicorum dialogorum novus . . . ordo scientificus. Capita demum multa in quibus Plato concors, Aristoteles vero catholicae fidei adversarius ostenditur,* Venedig 1593.
22 A. STEUCHUS EUGUBINUS, *De perenni philosophia libri X,* Lyon 1540. 22 PH. MORNAEUS, *De veritate religionis christianae*, Leiden 1587; 2. Ausg. Herborn 1600.

veri systematis Mundi, nam qui Mundum totum instar pilae considerat aliquot sphaeras in se includentis, cujus extima superficies astrigera est instar crystallini orbis aureis clavis distincti, facilius sibi persuadebit solem cujus pulchritudo et potentia maxime apparet esse vel Deum vel corpus Dei aut saltem sedem nisi malit cum Aristotele Deum extimae sphaerae alligare. At qui novit stellas fixas esse totidem soles, neque ullum esse in Mundo corpus primarium, agnoscet Deum esse intelligentiam ut cum Martiano Capella loquar, ultramundanam, cujus sedes ubique est limes nusquam.

Sed quemadmodum corporis attributa Deo insunt eminenter tantum, etsi enim in loco non sit tamen praesens est, et liceat motu careat, tamen movet; ita Mentis attributa Deo insunt formaliter ut ita dicam ita ut Deus recte dici possit Mens. Sciendum enim est alias notiones pati infinitum, alias non pati, quod exemplo ex Geometria petito illustrabo.

Linea recta, vel Hyperbolica aut parabolica finem longitudinis non involvunt, et produci possunt utcunque, at circumferentiae circuli vel Ellipsis determinatae sunt lineae, ut qui in ipsis motum continuatum concipere velit, priora vestigia relegere cogatur. Unde etiam circumferentia circuli non potest augeri, sed assumendus est circulus novus priore major, at eadem linea recta semper augeri potest. Eodem modo dicendum est Corporis naturam, eo ipso quia figuram habet, infiniti esse incapacem, at Mentis natura per se nullos involvit limites.

Si quis vero dicat ipsummet Universum esse corpus infinitum sciendum est, si nullus poneretur corporum finis, ipsum Universum infinitum non fore Ens unum aut totum, quemadmodum nec Numerus infinitus unum totum est, quod jam alii ostenderunt. Infinitum scilicet actu per modum unius totius non habet locum in iis quae formantur per compositionem ex partibus, ut corpus ex membris, et in quibus finitum infinito simplicius conciperetur, sed in illis tantum quae per se sunt, et eo ipso infinita sunt, quia absolute

1 f. aliquot . . . includentis *erg. L* 2 extima (*1*) sphaera stellis qua (*2*) superficies astrigera *L* 2 crystallini (*1*) aureis clavis (*a*) distincta (*b*) distincti (*2*) | orbis *erg.* | *L* 3 distincti, (*1*) facile (*2*) facilius *L* 4 vel (*1*) saltem sedem Dei (*a*) at qui (*b*) aut (*c*) vel (*2*) corpus . . . sedem *L* 5 ullum (*1*) cognitum (*2*) esse *L* 6 intelligentiam *erg. L* 8 Sed (*1*) quemadmodum (*2*) cum (*3*) quemadmodum corporis (*a*) perfectiones (*b*) attributa *L* 13 at (*1*) circulus (*2*) circumferentiae circuli *L* 14 motum (*1*) infinitum sibi (*2*) continuatum *L* 15 f. priore major, *erg.* at | eadem *erg.* | *L* 17 per se *erg. L* 19 f. est, (*1*) ipsum non esse (*2*) etiamsi (*3*) si nullus (*a*) ponatur (*b*) poneretur . . . finis, (*aa*) tamen (*bb*) ipsum . . . fore *L* 21 infinitus (*1*) quod ja (*2*) qui contradi (*3*) unum *L* 22 per modum unius (*1*) conceptum (*2*) totius *erg. L* 23 f. ex | ⟨sui mem⟩ *erg. u. gestr.* | partibus, | ut . . . membris, *erg.* et . . . conciperetur, *erg.* | ut *erg. u. gestr.* | sed *L*

7 MARTIANUS CAPELLA, *De nuptiis Philologiae et Mercurii libri IX*, IX, § 910. 21 alii: In N. 293 verweist Leibniz, wie früher schon, auf Galilei.

concipiuntur, et in quibus infinitum ipsum prius natura sive conceptu est, quam finitum, quod scilicet accedente quodam limitante conceptu ex infinito resultat. Mentem autem nihil prohibet infinitam concipi eam scilicet quae cogitationes suas aliunde non accipit, nam et in nobis aeternae veritates non a sensu et experientia discuntur, sed fluunt ex ipsa natura mentis, quod sua quoque reminiscentia voluit Plato; et unaquaeque Mens eo est perfectior, quo minus per experientiam discere opus habet. Mens igitur perfectissima concipit omnia a priori et ex se ipsa ad modum aeternarum veritatum.

Est ergo in Deo omniscientia qua actu cogitat, quicquid possibile aut actuale est, et quicquid praeteritum aut futurum est. Et quidem possibilitatem rerum sive essentiam novit ex consideratione sui intellectus, qui omnium rerum ideas seu essentias eminenter expressas, continet; at actualitatem rerum novit ex consideratione suae voluntatis sive decretorum liberorum, quorum primarium est ut res producantur perfectissimo modo. Quemadmodum Geometra absolutus problema aliquod soluturus nulli quidem constructioni alligatus est, sed tamen pro sapientia sua eam, licet non necessario tamen certo eliget, quae est maxime simplex et universalis, nec magis hoc libertati divinae officit, quam quod peccare non potest. Quin imo Divinae Bonitatis et Justitiae cum his connexus videtur conceptus, usque adeo enim omnia bene a Deo instituta sunt, ut pro certo habendum sit, quanto quis futurus esset sapientior et in universi cognitione provectior eo magis agniturum esse, ne optari quidem posse meliora et neminem habere cur jure conqueratur. Quae notiones mihi certe etiam ad amorem Dei super omnia excitandum mirifice facere videntur; et quo quisque erit sapientior, et scientia rerum vera instructior eo divinus amor in eo erit ardentior, novis enim semper argumentis aletur. Qui vero non versatus est in specialibus rerum arcanis, modo hoc ipsum in genere teneat, omnia a Deo optime facta esse, eo ipso jam satis sapiens est, ad Deum super omnia amandum; caetera meliori vitae servaturus. Qui autem cum Momo putant aliqua in

3 eam . . . accipit *erg.* *L* 4 nam (*1*) notitia (*2*) | et iis nobis *erg.* | *L* 5 f. mentis, (*1*) unde (*2*) | quod . . . habet. *erg.* | Mens igitur *L* 7 ipsa (*1*) eo modo quo nos (*2*) ad *L* 7 f. veritatum. (*1*) Unaquaeque (*2*) Est *L* 9 est. (*1*) Itaque (*2*) Novit etiam (*a*) cor (*b*) fu (*c*) quae futura essent aut fuissent, si quiddam aliud datum fieret aut factum fuisset. (*3*) Et quidem (*a*) actualitatem rerum novit ex cognitione suorum (*b*) possibilitatem *L* 11 consideratione (*1*) suorum decret (*2*) suae voluntatis *L* 12 decretorum (*1*) , quorum prima (*2*) liberorum, *L* 13 absolutus *erg.* *L* 13 aliquod (*1*) constructurus (*2*) soluturus *L* 14 eam (*1*) eli (*2*) certo eliget, (*3*) , licet *L* 15 universalis (*1*) . Non ergo Deus a (*2*) . Nec (*3*) , nec *L* 16 quam (*1*) angelis (*2*) quod *L* 17 adeo (*1*) ut (*2*) enim *L* 19 esse, (*1*) omnia (*2*) ne (*a*) nobis quidem (*b*) optari *L* 20 jure (*1*) queratur (*2*) conqueratur. (*a*) Unde sequitur etiam quo quis erit sapientior eo majori ardore Deum su (*b*) Et vident (*c*) Quae *L* 21 f. sapientior, | et (*1*) in rerum cognitione provectior (*2*) scientia | vera *erg.* | instructior *erg.* | *L* 23 non (*1*) satis (*2*) versatus *L*

25 Momos, die personifizierte Tadelsucht.

Mundo reprehendi posse, sciant non rerum naturam, sed temeritatem suam esse accusandam, qui paucis perspectis de immenso judicare audent. Et certe ut in republica, ita in Mundo pessimum hominum genus est, malecontenti. Qui vero in mediis etiam miseriis Providentiae non servili tantum patiendi necessitate (qua et philosophi veteres utebantur nihil aliud monentes expetendum quam quod in potestate est), sed filiali fiducia divinae bonitatis, omnia in melius dirigentis acquiescere possunt, perseverando coronabuntur. Nam spes eorum in amore, id est divinae pulchritudinis contemplatione fundata est; et sciunt Deum amantibus omnia in melius cedere debere.

Porro Scientia et providentia divina tollunt quidem ex rebus incertitudinem, nam et futura vere futura seu a parte rerum certa sunt, sed non tollunt libertatem, quia enim ignoramus nos quid futurum sit, perinde eligimus quasi futurorum non esset certa veritas. Deus autem praescit quid simus electuri, quia praescit quis futurus sit Mentis nostrae status, seu quid quandoque bonum nobis sit appariturum. Eam autem Mentis nostrae a se condendae scit futuram esse naturam, ut bonum apparens majus, licet libere tamen certo sequamur. Errant enim et notiones omnes turbant, qui putant nos aliquando velle malum sive minus bonum, scientes tale esse, seu sub mali ratione et cum dicunt se libertatis suae exercendae gratia electuros quod deterius est, non animadvertunt, hanc ipsam libertatis exercendae libidinem apud ipsos habere rationem boni apparentis caeteris considerationibus praeponderantis. Neque unquam exemplum in contrarium afferent, rationem autem multo minus, nisi quod consequentiis absurdis manifestissimam per se veritatem obscurare conantur. Verentur enim ne invide sequatur fatalis eversio libertatis humanae peccatique autor Deus. Sed his viri et sanctitate et doctrina celebres Augustinus et

1 sed (*1*) ignorantiam (*2*) temeritatem *L* 2 accusandam (*1*) , qu (*2*) . Et certe quem | (*3*) , qui . . . audent. *erg.* | *L* 4 f. miseriis (*1*) divinae voluntati acquiescere possunt, spe (*2*) Providentiae acquiescunt (*3*) Providentiae non (*a*) patiendi necessitate tantum, sed (*aa*) et (*bb*) praesumta fid (*b*) servili . . . | (qua et philosophi | veteres *erg.* | utebantur (*aa*) stultum esse monentes, (*aaa*) quod (*bbb*) expetere quod non est in potestate (*bb*) nihil . . . est), *erg.* | *L* 5 sed (*1*) et praesumta fid (*2*) filiali *L* 7 divinae (*1*) boni (*2*) pulchritudinis *L* 8 est (*1*) . Et in hoc mihi potissimum (*2*) ; sciuntque ideo omnia in melius cedere Deum (*3*) ; et sciunt omnia (*4*) ; omnia autem in melius cedunt (*a*) Deum amanti (*b*) Dei amicis, neque oculis vidit vel auris audivit quae Deus amantibus sui praeparavit (*5*) ; et *L* 9 Scientia (*1*) divina (*2*) et *L* 10 vere futura seu *erg.* *L* 12 quia (*1*) praescit nos bonum apparens licet libere tamen certo sequi (*2*) ita nos condidit, ut (*3*) scit se nos ita conditurum, ut bonum apparens licet libere tamen certo sequamur (*a*) quid autem nobis quandocunque appariturum sit sese nihil aut etiam (*b*) neque locum habet indifferentia nisi in his quae perfecte aequalia sunt (*c*) et cum libertatis nostrae exercendae gratia dicimus etiam | nos *erg.* | quo deterius apparet eligere velle, (*4*) scit (*5*) praescit *L* 15 sequamur *erg.* *L* 15 nos (*1*) posse (*2*) aliquando *L* 17 non (*1*) considerant, (*2*) animadvertunt, *L* 20 nisi (*1*) a posterio (*2*) quod *L* 21 conantur. (*1*) Credunt (*2*) Verentur *L* 21 f. fatalis (*1*) omnium rerum necessitas (*2*) eversio libertatis humanae *L* 22 his (*1*) incomparabilibus (*2*) Sanctissimi et summi (*3*) viri *L*

Thomas Aquinus abunde satisfecere. Nam libertas pugnat cum necessitate, sed non pugnat cum certitudine, et quemadmodum certum est Deum semper eligere optimum, et Angelum in bono confirmatum duobus exhibitis contradictoriis quorum unum peccati immune esset aliud culpam involveret haud dubie prius esse electurum, salva semper libertate, quia utriusque electio per se est possibilis; ita non video cur nobis majorem quam Deo ipsi atque angelis felicibus libertatem optemus ut libere quidem certo tamen semper eligamus quod majus bonum apparet, eo solo inter nos et illos discrimine, quod a nobis errari potest, ab illis non potest.

Difficultas autem illa de autore peccati Deo, omnes omnium Hypotheses premit, quicunque Deum omniscium omniumque rerum autorem conservatoremque agnoscunt, cum et conservatio continua quaedam creatio sit. Soli vero Sociniani statim in limine elabuntur cum quibusdam Remonstrantibus qui eo metu ipsas divinas perfectiones tollere audent. Sed quanto divinus Apostolus ad illa ipsa potius Dei attributa, sapientiam et magnitudinem Dei provocavit, tanquam insinuaturus animis etiamsi ignorantia nostra caliget ad hunc solem, ex ipsa tamen Divinae perfectionis supereminentia praejudicandum esse, nihil nisi justissime atque ut ita dicam aequissime a Deo agi. Sed neque putandum est invictam esse objectionem. Equidem vidit Deus peccatum esse futurum, si Mundum ita crearet ut fecit; imo eam seriem rerum condidit, qua continebatur status mentis in Adamo, quo posito peccatum ille certo electurus erat haec a nemine negari possunt, nisi qui negat omnia a Deo certo sciri et dependere; an ergo Deus dicendus est, Autor peccati. Absit, nam non ideo minus homo libere elegit. At instabis, potuisse Deum immutata rerum serie hoc impedire, nec tamen voluisse. Fateor. Ergo imputanda erit

1 Nam (*1*) quod (*a*) n (*b*) cu (*2*) libertas (*a*) non p (*b*) pugnat *L* 2 est (*1*) salva libertate (*2*) Deum *L* 3 duobus (*1*) positis (*2*) exhibitis *L* 4 f. electurum, (*1*) sed (*2*) quanquam vel alterutrius electio per se esset (*3*) salva (*a*) libertate sua quia alterutrius electio per se est (*b*) semper . . . est *L* 6–8 ut . . . eo (*1*) discrim (*2*) solo . . . a (*a*) nobis errari (*b*) intellectus noster errare (*c*) nobis . . . non potest. *erg. L* 9 autore (*1*) rerum omnium (*2*) peccati *L* 9 omnes (*1*) Hypotheses (*2*) omnium *L* 10–12 agnoscunt (*1*) . Et (*2*) , nam et conservatio continua quaedam creatio est. Et soli Sociniani elabuntur, (*a*) quibus (*b*) et quidam Semisocinianis remonstrantes (*3*) , cum . . . | statim in (*a*) principio (*b*) limine *erg.* | . . . Remonstrantibus *L* 12 perfectiones (*1*) omni (*2*) tollere *L* 13 Sed (*1*) melius Apostolus (*2*) quanto *L* 13 f. ad (*1*) illas ipsas potius perfectiones (*2*) illa . . . magnitudinem *L* 14 animis (*1*) nostris (*2*) etiamsi (*a*) caecitas (*b*) ignorantia *L* 15 solem, | judicandum esse *gestr.* | ex *L* 15 perfectionis (*1*) magnitudine (*2*) supereminentia *L* 16 Deo (*1*) fieri. (*2*) factum esse. (*3*) agi. *L* 17 Deus (*1*) quid esset (*2*) peccatum *L* 18 ita *erg. L* 18 f. condidit, (*1*) ex qua secuturus erat (*2*) qua continebatur *L* 19 ille *erg. L* 19 haec | omnia *gestr.* | a *L* 20 possunt (*1*) . Sed non ideo minus (*2*) , nisi *L* 20 certo *erg. L* 22 hoc (*1*) imp (*2*) immutare (*3*) impedire, *L*

13 Wohl gemeint Paulus.

culpa aliqua? Minime, nisi ostendatur et debuisse. At inquies ergo peccatum voluit; respondemus: non voluit, sed permisit. Ergo, non satis odit. Respondeo odit, quemadmodum oportet Deum aliquid odisse, qui a nulla re laedi potest. Vetuit, edixit homini se puniturum; utramque ei proposuit viam vitae et mortis. Sed non ita peccatum odit, ut absolute vellet ipsum non extare in natura, alioqui profecto nec extitisset. Peccati tamen causa non sita est in Dei voluntate, sed in voluntate creaturae, quae per naturam rerum nisi experimento aut Dei gratia sustentetur prona est ad judicandum de non satis intellectis. At inquies cur non Deus gratiam suam omnibus ubique dedit; seu cur hanc potius rerum seriem elegit, in qua praesciebat, peccatum esse extiturum. Haec jam curiosior quaestio est, et cui a mortali distincte responderi non potest. Sufficiat nobis scire eam quam elegit eo ipso quia elegit, et optimam et justissimam esse, et si qua ratio quaerenda est cogitemus a sanctissimis etiam viris felix Adae peccatum esse nominatum, quod divinissimo incarnationis mysterio expiaretur. At damnati queri possent in se ut ita dicam sortem cecidisse. Verum iniqua est querela, quia eam instituere non poterant vivi, cum enim nescirent an electi essent, responderi enim ipsis poterant, salvos fore si vellent; neque aliquid unquam ullo jure in puniendis criminibus quam malam peccantium voluntatem undecunque natam, requiri. Et fortasse nec damnati ullo modo queri possunt, si verum est quod quidam putant eos sibi voluntario Dei justissimi judicis odio damnationem sponte perpetuare. Denique non minus ineptae sunt illae querelae praetextu praedestinationis, quam excusationes ignaviae (τοῦ ἀργοῦ λόγου) praetextu providentiae et fati, ut si quis nollet pedem movere argumento quod decreta sibi fato alimenta aut non aut etiam sint opera sua obtingere deberent. Quod non sequitur, neque enim absolute decretum ⟨ – – – ⟩ est quicquam, sed et causas praevisas; ita non decretum est, ut sis

1 aliqua (*1*) , nisi os (*2*) ? Minime, *L* 2 Ergo, (*1*) a nobis (*2*) non (*a*) satis odit. (*b*) noluit. (*c*) satis *L* 3 aliquid (*1*) aversari, (*2*) odisse, *L* 5–8 extitisset. (*1*) At cur inquies, (*2*) Peccati (*a*) ergo (*b*) tamen . . . . . in (*aa*) imperfectione (*bb*) voluntate creaturae, quae (*aaa*) quantacunque (*bbb*) nisi peculiari Dei gratia (*ccc*) | nisi *str. Hrsg.* | per . . . sustentetur (*aaaa*) ⟨prodi⟩ (*bbbb*) prona . . . gratiam (*aaaaa*) hanc (*bbbbb*) suam omnibus | ubique *erg.* | dedit; seu cur *L* 10 est (*1*) , cui (*2*) Ego (*3*) . At sic quaerenti, quid ad Te inquam, quid quereris, peccata, si aliam elegisset, si Adamus non peccasset, credo tu ne extiturus quidem oras. At mallem, ais non (*a*) ex (*b*) esse quam damnari. Recte postes si velis non damnari (*4*) , et *L* 11 scire . . . elegit *erg.* eo ipso *erg. L* 11 f. esse (*1*) . At insurgunt inferorum querelae, non potuisse se non peccare, peccatum autem non a voluntate Dei, sed ab imperfectione creaturae proficisci, (*a*) et (*b*) quanquam et sanctissimis viris (*2*) , et . . . viris *L* 13 f. ut ita dicam *erg. L* 15 enim *erg. L* 16 in (*1*) poe (*2*) puniendis (*a*) malis (*b*) criminibus *L* 19 f. praetextu praedestinationis *erg.* quam (*1*) eorum qui praetextu provi (*2*) excusationes *L* 20 (τοῦ ἀργοῦ λόγου) *erg. L* 21 ut *erg. L* 21 nollet (*1*) medicamenta sumere (*2*) pedem *L* 21 movere (*1*) ex praetextu quod (*2*) argumento *L* 22 sua *erg. L* 22 sequitur, (*1*) nam (*2*) neque *L*

egenus quicquid agas aut non agas, sed si certum est te cum tuo illo tam pulchro argumento fore egenum, etiam certum est te fore ignavum. Itaque ⟨actionem⟩ tuam vides non fato sed voluntariae ⟨ – – ⟩. Unde autem illa tibi voluntas, nihil ad praxin, eadem ad praedestinationis negotium merito accommodabuntur neque ad rem moralem aut quaestionem juris quia voluntas mala omni jure ad poenam sufficit, et qui hujus convictus est, non habet quod queratur.

409_2. ZWEITE FASSUNG

Überlieferung:

L Konzept: LH I 3, 7c Bl. 1a–2a. 1 Bog. 2°. 3 ½ S.

l verb. Reinschrift J. Chr. Böhmer: LH I 3, 7c Bl. 3–4. 1 Bog. 2°. 3 ¾ S. (Unsere Druckvorlage.)

Rationale fidei Catholicae

De Deo uno

1) Deus est Substantia perfectissima.

Cui scilicet attribui possunt omnes perfectiones et de qua negari debent omnes imperfectiones. Quaecunque enim perfectiones in aliis rebus intelliguntur formaliter, Deo attribuuntur eminenter, id scilicet cavendo ut ab omni imperfectione purgata concipiantur. Est autem perfectio nihil aliud quam attributum, quod nullam involvit limitationem, ut esse, agere, vivere, scire, posse: Quibus additur in Creaturis limitatio, unde resultat:

1 f. cum . . . argumento *erg. L* 2 Itaque (*1*) ege (*2*) ⟨actionem⟩ *L* 14–18 perfectissima (*1*) Haec est notio sive Definitio Dei recepta in Ecclesia Catholica (*2*) Omnes (*3*) Haec fuit sententia etiam veterum philosophorum (*4*) In hac Dei notione Catholici omnes consentiunt, (*a*) mon (*b*) quoties enim Deo aliquid attribuunt, (*aa*) admonent ab omni creaturar (*bb*) translatum a creaturis, admonent solicite (*5*) Cui . . . negari (*a*) possunt (*b*) debent . . . enim (*aa*) insunt (*bb*) perfectiones . . . eminenter (*aaa*) et quoties (*bbb*) id . . . omni (*aaaa*) lab (*bbbb*) imperfectione (*aaaaa*) purgatum intelligi debere (*bbbbb*) purgata concipiantur. *L*
19 agere, (*1*) vivere, (*2*) intelligere (*3*) vivere, | praesentem esse, *erg. u. gestr.* | scire, *L* 20–S. 2314.1 unde (*1*) orit (*2*) resultat: (*a*) oriri (*b*) genera (*c*) fieri . . . mori, | circumscriptum esse, *erg. u. gestr.* | discere, *L*

fieri, pati, mori, ignota discere, impediri. Itaque ista de Deo pronuntiari non possunt, priora possunt, modo absolutissime intelligantur, ita ut essentia ejus sit maxime ampla, et independens, actio ejus ita universalis ut omnia ab ipso dependeant; vita ejus aeternitas; cognitio ejus, omniscientia; vis ejus omnipotentia. Hanc Dei notionem et philosophis veteribus sublimitate cogitationum illustribus, et toti Ecclesiae Catholicae esse receptam constat, nec dissentiunt Protestantes. Soli Sociniani et quidam Remonstrantes (: quos inter notus est Conradus Vorstius illaudabili libro edito *de Deo* :) Deum quendam finibus circumscriptum sibi fingunt, multaque de eo pronuntiant, summo ejus numine indigna, quod scilicet immersi rerum finitarum considerationi, sublimes illos conceptus non caperent, atque ideo pro impossibilibus haberent. Sed sciendum est semper conceptum absolutum esse priorem et simpliciorem limitato, unde sequitur illis, qui mente a sensibus avocata aeternas veritates contemplantur, conceptum Dei manifestum esse, etsi non magis imaginatione et sensibus percipi possit, quam color audiri vel sonus gustari.

2) Deus existit.

1 ignota *erg. l* 1 Deo (*1*) intelligi (*2*) pronuntiari *L* 2 possunt, | explicationemque recipi *gestr.* | modo *L* 2 maxime (*1*) perfecta (*2*) absolu (*3*) ampla *L* 3 vita | ejus *erg.* | *l* 4 vis | ejus *erg.* | *l* 4 f. notionem | et (*1*) sublimioribus (*2*) philosophis . . . et *erg.* | (*a*) Cabalistis Judaeorum (*b*) Sephiroticis Judaeorum Auctoribus notam, et *erg. u. gestr.* | in tota Ecclesia Catholica esse *L* 5 et (*1*) in tota Ecclesia Catholica (*2*) toti . . . Catholicae *l* 6 constat, (*1*) eandem veteres quoque philosophi (*2*) nec (*a*) abu (*b*) dissentiunt Protestantes (*aa*) praeter solos Socinianos et quosdam Remonstrantes (*bb*) . Soli *L* 8 circumscriptum (*1*) nec omnia, (*2*) qui (*3*) et (*4*) qui nec sciat nec possit omnia, (*5*) m (*6*) sibi *L* 9 immersi (*1*) cogitation (*2*) rerum *L* 9 f. conceptus (*1*) haberent pro impossibilibus. (*2*) non . . . haberent. *erg. L* 11 absolutum (*1*) priorem esse limitato (*2*) esse priorem *L* 11 limitato, (*1*) et (*2*) his qui mentem (*3*) adeoque | et *erg.* | illi (*4*) unde sequitur illis *L* 12 contemplantur, (*1*) intellectu faciliorem (*2*) conceptum . . . manifestum *L* 14–S. 2315.19 Deus . . . definitionem *erg. L* 14 existit (*1*) Argumentum existentiae divinae simplicissimum primus attulit Anselmus *libro contra insipientem*. Nimirum Deus est quo majus seu perfectius cogitari non potest. Perfectius autem est, cujus (*a*) senten (*b*) existentia (*c*) essentia involvit existentiam, quam cujus essentia eam non involvit. Itaque ex essentia seu conceptu Dei necessario sequitur (*aa*) essentia (*bb*) existentia quicquid autem ex alicujus conceptu sequitur, id vere de eo potest praedicari; (*aaa*) itaque de (*bbb*) ut trilinearitas de triangulo; itaque de Deo potest praedicari (*aaaa*) essen (*bbbb*) existentia seu Deus existit. Hoc argumentum sophismatis suspectum est quia usque adeo de improviso concludit. Et D. Thomas aliquid in eo desiderat, quod tamen non satis recte intellexere interpretes. Notat enim | Aquinas *erg.* | hoc argumentum supponere Deum esse in rerum natura. Quod non ita intelligendum est ac si supponat Deum (*aaaaa*) esse (*bbbbb*) actu existere | quod est in conclusione *erg.* | , sed saltem supponit essentiam Dei in natura rerum locum habere ut essentiam rosae in hyeme; seu supponit Deum esse possibilem. Hoc est ergo privilegium Divinae Naturae, ut ex sola ejus possibilitate (*aaaaaa*) seu (*bbbbbb*) sequatur ejus (*cccccc*) seu essentia sequatur ejus existentia seu ut essentia ejus existentiam involvat, seu ut | Deus *erg.* | sit a se. Quod si itaque non prius demonstretur Deum esse possibilem, argumentum est imperfectum. Nos autem in praecedente satis explicuimus quod conceptus Dei sit possibilis. Habemus ergo eum existere (*2*) Demonstratur *L*

7 C. VON DEM VORST, *Tractatus theologicus de Deo, seu Disputationes decem de natura et attributis Dei*, Steinfurt 1610. 14 (Variante) ANSELM VON CANTERBURY, *Liber contra insipientem*, vgl. N. 129; THOMAS VON AQUIN, *Summa theologiae* I, 2, 1 u. *Summa contra gentiles*, I, 10–11.

Demonstratur tum a priori tum a posteriori. A priori quidem seu ex Dei essentia sive possibilitate: hoc est ex ipso conceptu Entis perfectissimi. Deus enim est qui nihil perfectionis non habet. Jam et existentia perfectio est, nam utique perfectius est Ens a se seu cujus essentia existentiam involvit, seu quod est Ens necessarium, quam quod est tantum contingens. Quodsi autem Dei conceptus seu essentia involvit existentiam, utique existentia de Deo poterit praedicari. Hoc argumentum primus attulit Anselmus Cantuariensis, *libro contra insipientem*. A posteriori probatur existentia Dei, ex rerum finitarum contingentium existentia, cujus ratio reddi non potest, nisi veniendo ad Ens necessarium, quod rationem existentiae habet in se ipso, et proinde nec limitem habet, quippe qui non nisi ab extrinseco sumi potest. Specialiter confirmatur Existentia Dei ex pulcherrima rerum omnium structura, et maxime ex natura mentis. Itaque male Socinus contra scripturam sacram et Ecclesiae Catholicae sententiam negavit, Deum naturali lumine ex creaturis deprehendi posse.

3) Deus est aeternus.

Sequitur ex eo quod essentia ejus involvit existentiam. Existentia ergo ejus necessaria est, quod autem necessarium est, id aeternum est.

4) Deus est unicus.

Nam si plures [sint], different; et quidem perfectionibus, quia aliud nihil in Deo intelligitur, ergo unusquisque eorum aliqua caret perfectione contra Dei definitionem.

1 a priori (*1*) ex ipso conceptu Entis (*a*) perfectissimi, tum quia id ⟨ – ⟩ (*b*) perfectissimi, (*2*) tum *L* 1 ex (*1*) ejus (*2*) Dei *L* 3 est, (*1*) et ⟨ – ⟩ (*a*) cum (*b*) cum Deus sit (*2*) Deus est quo majus seu perfectius nihil potest concipi (*3*) et (*4*) nam *L* 3 f. est (*1*) quod (*2*) cujus essentia necessaria est seu (*3*) Ens . . . essentia *L* 5 contingens. (*1*) Quod argumentum primus attulit Anselmus *libro contra insipientem*. (*2*) Quodsi *L* 5 autem (*1*) ejus (*2*) Dei *L* 7 Cantuariensis, *erg. L, l* 7 *insipientem* | (*1*) quo (*2*) eoque certo conficitur (*a*) existere Deum modo sit possibilis seu et (*b*) non posse intelligi Deum (*aa*) nisi (*bb*) non existere *erg. u. gestr.* | . A *L* 8 contingentium *erg. L* 9 necessarium, (*1*) cujus ratio reddi non potest (*2*) quod *L* 9 limitem (*1*) habere potest: alioqui eatenus ab alio penderet ratio limitationis quia omni (*2*) habet, *L* 15 existentiam (*1*) sive necessaria est. (*2*) . Existentia *L* 18 sunt *l ändert Hrsg. nach L* 18 different; (*1*) ergo (*2*) et quidem *L* 19 eorum *erg. L*

6 f. ANSELM VON CANTERBURY, a.a.O.

5) Deus est incorporeus.

Quia omne corpus limitem habet qui facit figuram. Itaque gravissime errarunt gentiles, qui solem atque astra adoravere. Et solem quidem pro summo Deo passim habitum, eoque redire mysticam veterum Theologiam ostendere conatur Macrobius; qui error confirmatus est ab ignorantia veri systematis mundi, nam qui mundum totum instar pilae considerat, aliquot sphaeras in se includentis, cujus extima superficies astrigera est, instar crystallini orbis aureis clavis distincti, facilius sibi persuadebit, solem cujus pulchritudo et potentia maxime apparet esse vel Deum vel corpus aut saltem sedem Dei; nisi quis cum Aristotele malit Deum extimae Sphaerae alligare. At qui novit stellas fixas esse quasi totidem soles neque ullum esse in mundo corpus primarium, facilius agnoscet Deum esse intelligentiam ultramundanam ut cum Martiano Capella loquar, cujus sedes ubique est, limes nusquam. Si quis autem statueret Deum esse corpus infinitum cujus membra sint alia omnia corpora, quo inclinare videntur qui cum Stoicis mundum vel naturam faciunt Deum, ille cogitare debet, licet concederetur majorem esse numerum corporum numero quovis assignabili, tamen non posse ex illis componi unum totum infinitum, quemadmodum ex unitatibus numerum quemvis excedentibus, non potest conflatus intelligi unus aliquis numerus infinitus, ut alias ostensum est. Itaque Deus semper erit aliquid extra supraque corporum aggregata.

6) Deus est mens eaque ab omni corpore separata.

Nimirum corporis attributa in Deo sunt eminenter tantum; etsi enim in loco Deus non sit, tamen praesens est, et licet motu careat, tamen movet. At mentis attributa Deo insunt formaliter, quia attributa mentis, ut scire, velle, posse, nullam involvunt imperfectionem. Mentem igitur nihil prohibet infinitam concipi, eam scilicet quae cogitationes suas aliunde non accipit, nam et in nobis aeternae veritates non sensu et experientia

2 corpus (*1*) est finitum (*2*) figuram habet, sive (*3*) term (*4*) limitem *L* 2 qui dicitur figura. Itaque *L* 7 solem *erg. L* 8 Deum (*1*) vel saltem corpus sive (*2*) aut (*3*) vel corpus (*a*) vel (*b*) aut *L* 9 quis *erg. l* 11 ultramundanam *erg. L* 11 loquar, | ultramundanam, *gestr.* | cujus *L* 12 autem (*1*) fingeret sibi Deum esse ignem vel aethera per omnia fusum, is non satis consideraret nullum esse in mundo corpus subtilissi (*2*) ipsum universum (*a*) fini (*b*) infinitum vellet esse Deum, (*3*) statueret *L* 12 infinitum (*1*) , ipsumque (*2*) cujus *L* 13 cum . . . vel *erg. L* 14 Deum, illi cogitare debent, licet *l* 16 quemadmodum | etiam *gestr. u. erg.* | ex *L* 16 excedentibus, | tamen *gestr.* | non *l* 19 eaque (*1*) a corpore (*a*) sejuncta *L* (*b*) distincta (*2*) ab . . . separata *l* 20 corporis (*1*) virtutes (*2*) | quidem *erg.* | attributa *L* 20 Deo | quidem *gestr.* | sunt *l* 22 attributa (*1*) Mentibus omnibus communia, (*2*) Mentis *L*

4–8 MACROBIUS, *Saturnalia*, I, 17. 9 ARISTOTELES, *De mundo*, 6, 397 b 25. 11 f. MARTIANUS CAPELLA, *De nuptiis Philologiae et Mercurii libri IX*, IX, § 910; vgl. VI, 3 S. 201.

discuntur, sed fluunt ex ipsa natura mentis, et conceptuum seu idearum, quod sua quoque reminiscentia voluit Plato. Et unaquaeque mens eo est perfectior, quo minus per experientiam discere opus habet. Mens igitur perfectissima concipiet omnia a priori et ex se ipsa, ad modum aeternarum veritatum. Deum porro non esse Mentem quae corpus aliquod informet ut nostra; nec Animam Mundi posse dici, constat ex eo quod autor est mundi, de quo post. Praeterea mundus aut est finitus aut infinitus. Si finitus, mens infinita non erit anima corporis finiti; sin mundus sit infinitus, non constituit unum aliquod totum infinitum, ut paulo ante monuimus, nec proinde haberi potest pro corpore animato.

7) Deus est omniscius.

Nam possibilitates sive essentias rerum novit ex consideratione intellectus sui, qui cum sit perfectissimus, omnia utique ideis suis exprimit, quae cogitari possunt. At contingentias sive actuales existentias rerum omnium praeter se novit, ex contemplatione suae voluntatis, sive decretorum liberorum, quorum primarium est ut ex pluribus possibilibus eligatur quod est perfectius sive melius.

Den in Kleindruck folgenden Text hat Leibniz, nachdem er den ersten Absatz durch den zweiten ersetzte, in L gestrichen:

Utrum autem sit melius non pendet a Dei voluntate quod dogma periculosum est, facit enim ut et justitia pendere dicatur ab arbitrio Dei ac proinde revera non sit futura attributum Dei, sed rerum tantum quas voluit Deus.

Quid autem sit bonum perfectum non pendet a Dei voluntate sed ideis quae sunt in ejus intellectu quemadmodum quid sit verum et falsum par aut impar commensurabile aut incommensurabile. Bonum autem et justum ducere non ex ipsis rerum notionibus sed ex mero arbitrio legislatoris, adeoque omne jus esse positivum, periculosa est sententia quae Deo laudem justi aufert; et quemadmodum Tyrannidis Concionator apud Platonem justum facit quod potenti placet. Cur enim ab eorum quae fecit pulchritudine, perfectione, justitia laudetur, si pulchra et justa appellanda sunt quia fecit, si nihil interesset quae faceret, et si contraria quoque his quae fecit et ea ipsa quae nunc turpia appellantur justa quoque fuissent appellanda modo fuissent producta.

1 et . . . idearum *erg. L* 4 Deum (*1*) autem (*2*) porro *L* 6 infinitus; (*1*) non (*2*) si finitus utique mens *L* 7 constituit (*1*) aliq (*2*) unum *L* 9 f. animato. (*1*) Deus est omniscius (*2*) Deus omnia creat et conservat seu continue producit (*3*) Deus *L* 11 Nam (*1*) essentias rerum possibiles | omnes *erg.* | exprimi necesse est ab ideis perfectissimi intellectus (*2*) possibilitates *L* 14 ex (*1*) duobus aeque possibilibus eli (*2*) pluribus *L* 22 quemadmodum quid sit (*1*) non magis quam (*2*) | verum et falsum *erg.* | sit *str. Hrsg.* | par . . . incommensurabile *erg. L* 23 justum (*1*) aliquid esse (*2*) ducere *L* 24 aufert; (*1*) nec alio (*2*) et (*a*) po (*b*) quemadmodum *L* 25 apud (*1*) potenti (*2*) Platonem *L* 25 quod (*1*) omni (*2*) potenti *L* 26 appellanda (*1*) fuissent (*2*) sunt quia fecit, (*a*) et eodem (*b*) si *L* 26 f. contraria (*1*) fecisset, quae nunc turpia appellantur ea quoque justa (*2*) quoque . . . justa quoque *L*

2 PLATON, *Menon*, 85b–86b. 25 PLATON, *De republica*, 338c–341a.

Unde patet quomodo Scientia Dei non inducat rebus necessitatem, diversus enim modus est quo scit necessaria, eo quo scit contingentia, etsi uterque sit certus et a priori. Necessariae enim veritates demonstrari possunt ex solis conceptibus sive essentiis possibilibus, contingentes vero certo cognoscuntur ex hypothesi liberorum Dei aut alterius Mentis arbitrium suum habentis decretorum. Neque enim ideo ambo opposita per se possibilia esse desinunt, etsi Deus ex bene placito suo eligat quod est melius; alia autem Mens quod melius apparet. Errant ergo non sine periculo mentium imbecilliorum, qui omnia putant fatali necessitate fieri, et credunt quod nec fuit, nec est, nec erit, esse impossibile, certum cum necessario confundentes. Errant ab altera parte qui putant Mentem ullam aliquid sine [*bricht ab*]

Superest tamen difficultas, quam quidam contra divinam omniscientiam movent, quomodo nempe Deus possit scire quae Mens alia secundum sui liberi arbitrii placitum electura est; eaque non parum illos turbat qui putant posse nos eligere sine ulla ratione, quae enim scientia esse potest rei plane indifferentis. Sed qui cum Aristotele et Thoma sentiunt voluntatem nunquam in aliquid ferri, nisi sub ratione boni majoris saltem apparentis, facile nodum expediunt; cum enim Deus res contingentes praevideat ex suis decretis liberis, ex ipsis etiam cognoscet, quis aliquando status mentis liberae de electione aliqua deliberantis sit futurus, seu quaenam argumenta in utramque partem ei sint obversatura. Scit ergo a qua parte oppositorum bonum vel malum appariturum sit majus, et proinde quid Mens licet libere, certo tamen, sit electura. Unde etiam facile patet, quomodo Deus sciat quid Mens aliqua libera esset electura, si in aliquem statum deveniret qui tamen reapse nunquam est futurus, neque enim Deus non videre potest in qua parte rationes sint futurae speciosiores vel affectus fortiores. Qui vero tam naturali explicatione ob quaedam scholae praejudicia uti non voluere, partim coacti sunt dubitare an Deus tale

1 non (*1*) pugnat rem (*2*) inducat *L* 1 necessitatem (*1*) duplex (*2*) diversus *L* 2 necessaria (*1*) et (*2*) ab *L* 3 ex (*1*) suis (*2*) solis *L* 3 vero (*1*) demonstrantur | seu certo cognoscuntur *erg.* | (*2*) certo cognoscuntur (*a*) sed (*b*) ex *L* 4 opposita per se *erg. L* 6 apparet. (*1*) Neque enim aliud est placere, quam bonum videri; neque voluntas in aliquid fertur, nisi sub ratione boni saltem apparentis. Explodendi ergo sunt, qui fatalem necessitatem inducunt. (*2*) Errant *L* 7 impossibile, | verum et *gestr.* | certum *L* 9 quam . . . movent *erg. L* 10 nempe *erg. L* 10 possit (*1*) alius (*2*) scire *L* 10 Mens (*1*) aliqua (*2*) alia *L* 11 est (*1*) . Verum ea posset (*2*) eaque *L* 11 putant (*1*) mentem (*2*) voluntatem (*3*) posse nos *L* 12 quae . . . indifferentis *erg. L* 12 f. cum (*1*) Divo Thoma (*2*) Aristotele et | Divo *gestr.* | Thoma | Aquinate *erg. u. gestr.* | sentiunt *L* 13 f. boni (*1*) saltem apparentis, et minus malum habere rationem boni vel, minus, bonum rationem mali, (*2*) majoris saltem apparentis *L* 14 Deus (*1*) caeteras (*2*) res *L* 15 etiam *erg. L* 15 f. liberae (*1*) sit futurus (*2*) de electione (*a*) deliberantis (*b*) aliqua . . . futurus *L* 16 argumenta (*1*) app (*2*) in *L* 16 f. partem (*1*) in ea (*2*) ei (*a*) appareant (*b*) sint *L* 18 Mens . . . tamen *erg. L* 19 quid (*1*) liberi (*2*) liberum (*3*) Mens *L* 19 si (*1*) qua ipsi quaestio proponeretur, (*a*) etsi id nunquam sit futurum (*b*) etsi (*2*) in *L* 20 reapse *erg. l* 20 f. in (*1*) quem (*2*) qua parte rationes (*a*) speciosiores (*b*) sint futurae speciosiores (*aa*) nam alii nonnulli (*bb*) nulli qui modo (*cc*) vel . . . vero *L* 22 non (*1*) sunt ausi (*2*) voluere, partim *L*

quid possit scire, quod tamen Deo indignum, ipsique scripturae sacrae contrarium est, partim vero hujus difficultatis causa comminiscuntur quandam Dei scientiam quae cum perfectione divina parum consistit; neque enim putandum est aliquid a Deo sciri per modum perceptionis sive speciei, (quemadmodum a nobis) ita ut rationem suae scientiae non possit videre a priori ex ipsius rei natura subjectique cum praedicato connexione, hoc est ex ideis sui intellectus. Licet enim Deus non ratiocinetur, tamen semper videt et in se deprehendit rationes, alioqui aliquid ab eo independens daretur.

8) Deus est omnipotens et creator conservatorque omnium rerum.

Omnia originem habent a Deo, essentiae rerum ab ejus intellectu, existentiae ab ejus voluntate. Idque ex eo patet quod potentia seu virtus agendi est perfectio, tribuenda ergo Deo et quidem in gradu summo; non ita tamen ut contradictoria sive absurda possit, quemadmodum visum est quibusdam Enthusiastis. Porro Deus res creat, conservat, et cum illis in operando concurrit. Et conservatio quidem nihil aliud est quam continuata creatio, cum res semper in existendo absolute a Deo dependeant aeque in progressu ac initio; neque enim res respectu Dei produci dicenda est ex praecedente sed ex nihilo, cum nihil dici possit ex praecedenti restare quod non et ipsum denuo producatur. Itaque tantum abest ut Materia sit aeterna ut contra in momentaneo fluxu consistat, et licet semper aliquae fuisse ponerentur Creaturae, non tamen Mundus dici posset aeternus. In hac porro productione rerum continua consistit concursus Dei cum creaturis operantibus quia substantiam et vim operandi omniaque requisita continue eis tribuit Deus, etsi operatio ipsa non Dei sit sed creaturae.

1 scire, (*1*) quo nihil est (*2*) quod *L* 1 f. est (*1*) . Quid vero fingunt ⟨de⟩ (*2*) , partim vero *L* 2 comminiscuntur (*1*) scientiam quandam Dei plane singularem, (*a*) cujus tamen (*aa*) origi (*bb*) fontem explicare non possunt (*b*) quae tamen (*2*) quandam Dei scientiam (*a*) pro (*aa*) rebus omnino in utramque partem (*bb*) exitu omnino indifferentium eligendarum (*aaa*) rerum (*bbb*) deliberationum liberarum, sine ratione (*aaaa*) qui tamen casus aequalitatis dari non potest (*bbbb*) proinde electio dari non potest et scientia hujusmodi (*b*) quae | tamen *gestr.* | cum *L* 3 est (*1*) ullam veritatem (*2*) aliquid *L* 4 modum (*1*) visionis seu experientiae (*2*) perceptionis | sive speciei *erg.* | , seu ita *L* 4 f. scientiae (*1*) reddere non possit (*2*) a priori ex ipsius (*a*) rei po (*b*) propositionis (*c*) rei *L* 5 f. connexione (*1*) reddere (*2*) hoc *L* 6 intellectus videre non possit. (*1*) Nam ad rationem (*2*) Licet enim non ratiocinetur, (*a*) sed quod (*b*) tamen *L* 9 Omnia (*1*) penden (*2*) originem *L* 11 f. summo. (*1*) Omnia ergo in omnibus operatur. Omnia hoc est concursus Dei (*2*) Non . . . | sive absurda *erg.* | . . . Enthusiastis. *L* 13 concurrit. (*1*) Creatio ex nihilo est, nam (*2*) Et *L* 13 quidem *erg. L* 14 f. cum . . . Deo dependeat aeque . . . initio *erg.* nec | una *gestr.* | res *L* 15 sed ex nihilo *erg. L* 17 consistat | ut creaturae omnes *gestr.* | et *L* 18 tamen (*1*) ulla (*2*) aet (*3*) Mundus *L* 20 substantiam et *erg. L* 20 omniaque requisita *erg. L*

9) Deus est bonus seu justus.

Sequitur ex ejus sapientia, nihil aliud enim justitia est quam inclinatio animi constans sapiente digna, erga bona et mala aliorum. Itaque pro certo habendum est, qui possent intelligere arcanam totius providentiae oeconomiam, deprehensuros esse, neminem jure posse queri, nihilque melius posse optari; quod qui sciunt non possunt non amare Deum super omnia, etiamsi nondum ad distinctam consilii divini cognitionem visionemque beatificam sint admissi. Quid autem sit bonum, perfectum, justum, seu sapiente dignum non pendet a Dei voluntate, sed ab ejus essentia sive ab ideis quae sunt in ejus intellectu, quemadmodum quid sit possibile aut impossibile, par aut impar, commensurabile aut incommensurabile. Periculosissima enim sententia est eorum qui justum et bonum ducunt non ex ipsis rerum notionibus, sed ex mero arbitrio legislatoris, et omne jus faciunt positivum; quemadmodum Tyrannidis concionator apud Platonem qui justum definit quod potentiori placet. Quo pacto revera nulla esset in se notio justi, nec justitia esset aliquod Dei attributum, nec Deus a tyranno differret, nisi potentia. Et cur obsecro Deus ab eorum quae fecit pulchritudine et et perfectione aut decretorum suorum justitia laudaretur; quomodo ipse vidisset quae fecit bona esse; si nihil intererat quae faceret, si quaecunque fecisset, eo ipso futura erant, pulchra, bona justa, etiam illa quae nunc impia habentur. Denique quomodo sapienter et ut perfectissimam Mentem decet, egisse dicendus est, si in ea quae producit, incidit potius quasi sorte quadam fatali, quam certa eligendi ratione devenit.

10) Praescientia et providentia Dei non tollunt liberum arbitrium, nec Deus est causa peccati, nec miseria malorum ei imputanda est.

Tametsi ex praecedenti articulo concludatur neminem de Deo queri posse, utile tamen est occurri objectionibus quae passim et ab antiquo inter homines versantur et gravissimis haeresibus occasionem dederunt. Prima objectio est quod necessario peccemus et miseri simus si Deus id ab aeterno praescivit. Respondetur, quod Deus scit illud

2 f. quam (*1*) affectus sapientis erga alios pe (*2*) inclinatio . . . erga *L* 4 possent (*1*) intelligere (*2*) capere (*3*) intelligere *L* 5–7 qui (*1*) intelligunt (*2*) sciunt . . . divini consilii . . . admissi *erg.* *L* 8 ab (*1*) ideis quae (*2*) ejus *L* 15 obsecro *erg.* *L* 15 et *erg.* *l* 15 f. aut decretorum suorum *erg.* *l* 16 f. si . . . faceret *erg.* *L* 17 fecisset, (*1*) pulchra, bona, justa, (*2*) futura (*3*) eo *L* 18 f. quomodo (*1*) omni (*2*) summa ratione (*3*) sapienter . . . decet *L* 19 quae produxit *L* 20 quam (*1*) vera elegit ratione (*2*) certa . . . devenit *l* 22 causa (*1*) mali, nec quibusdam de eo | jure *erg.* | queri potest. Tametsi s (*2*) peccati, *L* 23 articulo | satis *gestr.* | concludatur *L* 24 et ab antiquo *erg.* *L*

12 f. PLATON, *De republica*, 338c–341a.

est certum, sed non est necessarium; scit enim quid libere sis electurus. Sed sequitur altera objectio gravior, a providentia seu praedeterminatione, quomodo enim libere me aliquid eligere dici potest, si in eligendo a Deo dependeo, si Mens mea ab ipso in alterutram partem inclinatur; sive si rerum a Deo conditarum series ita fert, ut menti meae deliberanti rationes falsae sed speciosae obversentur quibus ad eligendum impellatur. Respondendum est rationes falsas mentem ad eligendum inclinare quidem, sed non necessitare, ut cum schola loquar; nam qui bonae voluntatis esset semper crimen vitare posset; quod revera non nisi in mala voluntate consistit. Sed urgebis porro, mirum esse cur Deus uni tribuat bonam voluntatem, alium in eas occasiones conjicit, ex quibus oritur voluntas mala. Licet enim fatendum sit, ad poenam scelerati sufficere ejus malam voluntatem, undecunque orta sit; culpantur tamen parentes qui liberos male educarunt, aut Respublica quae cives suos corrumpi facit. Respondebimus quidem massam hominum in Adamo jam corruptam esse, et ideo gratias Deo potius agendas quod aliquos exemit, quam culpam impingendam quod caeteros reliquit. Sed replicabitur, massam initio potuisse non corrumpi ac proinde redire eandem difficultatem de ipsius Adami peccato; nec in nostro arbitrio esse ut in sublapsariis haereamus, sed necessario superlapsum esse ascendendum, nisi velimus dissimulare difficultatem. Et in universum potuisset Deus omne peccatum impedire si voluisset, quod quidem negari non potest. Sed quoniam peccatum permisit, pro certo habendum est, maximis sapientiae suae rationibus fuisse inductum. Imo statuendum est majorem esse rerum perfectionem permisso peccato quam excluso, etsi nobis qui arcana rerum perspicere non possumus, hoc non distincte appareat. Itaque Paulus ad abyssum sapientiae divinae provocavit. Et quidam pii acutique viri, felicem Adami culpam dixere qua mysterium incarnationis obtinuisset. Causa autem peccati non referenda est in Dei voluntatem quippe qua ipse semper tendit ad perfectissimum, nec quicquam omisit pro summa sua benignitate et in homines imprimis amore

1 enim (*1*) te libere electurum esse. (*2*) quid . . . electurus. *L* 3 aliquid *erg. l* 3 ipso | Deo *gestr.* | in *l* 6 rationes (*1*) mentem ad eli (*2*) falsas *L* 7 nam (*1*) si attentionem adhiberet semper (*a*) videre posset errorem (*b*) peccatum vitare posset. (*2*) si *L* (*3*) si (*4*) qui *l* 8 consistit. (*1*) | Et *erg.* | (*2*) Sed *L* 9 uni (*1*) tri (*2*) potius quam a (*3*) tribuit bonam *L* 10 mala. (*1*) Responderi potest (*2*) Respondendum est hanc quaestionem non esse curiosam, (*a*) nec ad eam (*b*) et cum de justitia quaeritur (*3*) Licet *L* 11 f. sit; (*1*) culpamus tamen parentes qui liberos male (*a*) educarin (*b*) educarunt, aut (*aa*) corrum (*bb*) Rempublicam (*2*) culpantur . . . Respublica *L* 12 corrumpi (*1*) patitur (*2*) facit. *l* 13 Adamo (*1*) corr (*2*) jam *L* 16 f. ; nec in nostra potestate esse ut (*1*) simus (*2*) in . . . difficultatem *erg. L* 18 peccatum (*1*) exterminare (*2*) impedire *L* 20 f. perfectionem (*1*) admisso (*2*) permisso *L* 22 distincte *erg. L* 23 mysterium (*1*) occasionis (*2*) incarnationis *L* 24 quippe *erg. L* 24 f. ipse semper *erg. l* 25–S. 2322.1 nec quicquam | pro . . . et maxime in homine amore exuberantissimo *erg.* | omisit, quod . . . ferret *erg. L*

exuberantissimo quod rerum perficiendarum conditio ferret; sed rejicienda est causa mali in non Ens seu privationem hoc est in naturalem rerum limitationem, sive imbecillitatem vel quod eodem redit in imperfectionem originalem ipso peccato originali anteriorem, idem pro tuenda Dei justitia supralapsariis orthodoxis, quod peccatum originale sublapsariis praestantem quae facit ut omnis mens creata prona sit ad judicandum ex paucis perspectis nisi vel experimento praecedentis erroris, vel divina gratia sustentetur. Haec autem limitatio et imperfectio pendet ex rerum ideis, seu essentiis non ex Dei voluntate, atque inde factum est ut quosdam Deus gratia juvaret, quosdam naturali imbecillitati relinqueret, suae gloriae hoc est majoris in universum boni causa aeterna, electione in Christo facta non mero arbitrio neque eligendorum dignitate sed respectu ad perfectionem totius majorem consequendam: quod summa illa perfectio nisi admissis subinde illis quae vel mala vel minus excellentia per se videri possent, non obtineretur; quemadmodum admissis interdum dissonantiis melior fit harmonia. Haec qui recte considerabit semper divinae voluntati acquiescet, adorabit potentiam creatoris, amabit bonitatem; sciens, haec animi sensa mentem penetrantia et ad optima quaeque fidei caritatisque munia impellentia a divino spiritu venire, atque adeo eos qui ita affecti sunt eo ipso in statu gratiae esse, et omnia in bonum cedere Deum amanti. Itaque vir pius alienus erit ab erroribus, qui plurimum dignitati divinae detrahunt, animosque hominum a pulcherrimae ac beneficentissimae substantiae amore avertunt, quales sunt errores Socinianorum et quorundam Remonstrantium qui Dei scientiam, et omnium rerum a Deo dependentiam diminuunt, ut justitiae ejus et humanae libertati consulant; tum aliorum qui contra ut magnitudinem Dei tueantur omnia ad voluntatem ipsius referunt omnemque justitiae praecepta notionem

2 rejicienda . . . hoc est *erg.* *L* 2–13 limitationem (*1*) , quae pendet ab ipsarummet ideis quo factum est, ut summa illa perfectio (*a*) universa (*b*) universi (*aa*) non nisi permisso peccato posset obtineri. Haec quemadmodum admissis interdum dissonantiis melior fit harmonia. (*bb*) in quo Deus se glorificare creaturas voluit, (*aaa*) hoc modo obtinere (*bbb*) non aliter obtineretur (*2*) sive . . . | vel quod . . . in *erg.* *l* imperfectionem *erg.* | . . . | (idem . . . quod (*a*) Sublapsariis (*b*) peccatum . . . ad (*aa*) agendum (*bb*) judicandum . . . limitatio | atque (*aaa*) imbecillitas (*bbb*) imperfectio *erg.* | . . . ex earum ideis, (*aaaa*) atque inde (*bbbb*) sive essentiis . . . relinqueret, (*1*) quod summa (*2*) | suae gloriae hoc est *erg.* majoris | scilicet *gestr.* | in . . . causa, (*a*) quod (*b*) Electione facta . . . arbitrio (*aa*) sed (*bb*) neque . . . subinde *erg.* | . . . harmonia. *L* 9 f. aeterna *erg.* *l* 10 in Christo *erg.* *l* 13 f. recte (*1*) percipiet, eo ipso dum adora (*2*) considerabit . . . acquiescet (*a*) non minus adorabit divinam justitiam (*b*) nec magis adorabit potentiam (*aa*) autori (*bb*) creatoris quam amabit *L* 15 f. haec . . . sensa, (*1*) ubi (*2*) mentem . . . quaeque impellentia . . . adeo *erg.* *L* 17 f. Itaque (*1*) alienus erit a sectis quae (*2*) vir . . . qui *L* 19 avertunt (*1*) . Ita Sociniani et quidam Remonstrantes divinam (*a*) po (*b*) scientiam et omnium (*aa*) in omnia operationem minuunt (*bb*) rerum *L* (*2*) , quales *l* 21 f. consulant (*1*) . Contra alii (*2*) ; tum . . . contra *l* 22 magnitudinem (*1*) ejus (*2*) ejus (*3*) Dei *L* 23 justitiae (*1*) notionem (*2*) naturam (*3*) notionem *L* 23–S. 2323.1 praecepta. . . servatu (*1*) statuunt, (*2*) peccataque . . . statuunt *erg.* , nec *L*

tollunt, praecepta Dei impossibilia servatu, peccataque necessaria statuentes, nec verentur Deum autorem scelerum facere, quasi ea non natura sed lege mala essent; aut quasi rerum omnium Dominus mero quodam arbitrio sine ullo ad antecedentes rerum conditiones praevisas, ipsiusque boni ac justi ideam respectu, de creaturis suis statuere posset. Ambobus a nobis non evitando difficultatem aut quaestionis statum mutando, ut saepe fit, sed sincera, et lucida explicatione satisfactum esse, fortasse aequi aestimatores judicabunt.

410. SPECIMEN DEMONSTRATIONUM CATHOLICARUM SEU APOLOGIA FIDEI EX RATIONE

[1685 (?)]

Überlieferung:

L Konzept: LH I 3, 7b Bl. 1–2. 1 Bog. 2°. 3 $^{2}/_{3}$ Sp.

E GRUA, *Textes*, 1948, S. 27–30.

Die Handschrift weist ein zwischen Juli 1683 und März 1686 häufig belegtes Wasserzeichen auf, das auch für das *Examen religionis christianae* (N. 420) nachweisbar ist, dürfte jedoch, wie starke inhaltliche Parallelen zu den in N. 406 genannten Schriften, besonders auch zu IV, 3 N. 17–19, zeigen, im gleichen Zeitraum und somit vor N. 420 entstanden sein.

Specimen Demonstrationum Catholicarum, seu Apologia fidei ex ratione

Tametsi fides Christiana non ratione privata, sed testimonio Ecclesiae Catholicae a miraculis et martyriis accepto, et traditione perpetua scriptisque in Ecclesia conservatis ad nos propagato nitatur, mirifice tamen animum hominis pii et arcana scientiarum

2 autorem (*1*) mali (*2*) peccati (*3*) eorum (*4*) malorum (*5*) scelerum *l* 2–5 quasi (*1*) nihil natura sed lege malum essent. (*2*) crimina non natura sed lege mala essent. (*3*) non . . . essent rerumque omnium Dominus absoluto quodam . . . antecedentes conditiones rerum | praevisas *erg.* | . . . posset *erg. L* 5 f. ut (*1*) plerumque (*2*) saepe *L* 6 aequi (*1*) lectores (*2*) aestimatores *L* 19 f. ratione (*1*) Re (*2*) Tametsi *L* 20 fides (*1*) nostra (*2*) | Christiana *erg.* | *L* 20 ratione (*1*) , sed testimonio (*2*) privata, *L* 21 scriptisque (*1*) Apo (*2*) in . . . conservatis *erg. L*

ingressi afficit consensus admirabilis religionis nostrae philosophiae verae, evidentissimo indicio eundem Deum et naturae rerum conditorem, et gratiae nobis per Christum factae autorem esse. Et cum in ea tempora inciderimus, quibus multi et ingenio suo, et praesenti luce scientiarum abutuntur, vel ad substantias incorporeas explodendas (qui certissimus est Atheismus), tollendam recta via providentiam vel saltem ad Christianam religionem labefactandam, dum Trinitatem personarum in uno Deo, incarnationem Verbi, aliaque mysteria, captum humanum excedentia pronuntiant impossibilia; vel denique ad Ecclesiam lacerandam, ut cum sacramentum corporis et sanguinis Christi impugnant, et de justificatione atque electione hominum totaque oeconomia salutis nostrae non ita sentiunt, quemadmodum Divina magnitudine et justitia dignum est; ideo piis et doctis danda opera est, ne quid Respublica Christiana, qua nulla unquam rationi congruentior fuit, perverso rationis usu detrimenti capiat. Et quidem optandum foret, ut homines potius in rebus ad vitam utilibus, ubi magnus satis industriae eorum locus relictus est, quam in rebus fidei, ubi simplicitas tutissima est, ingenium exercerent.

Quoniam tamen hodie declinare certamen non licet, et praeferoces adversarii humilitatem nostram vel irrident, vel hypocrisin interpretantur, sibique invicti videntur atque insultant cedentibus; magno animarum detrimento, et scandalo simpliciorum, necessitas cogit ut cominus congrediamur.

Itaque in Concilio Lateranensi ultimo graviter monentur philosophi Christiani ut veritatem fidei ex sana ratione illustrare studeant, argumentaque adversariorum solvere nitantur. Atque utinam viverent hodie Augustini atque Aquinates, in quibus sapientia pietati soliditas subtilitati par eluxit, quibus si adfuissent nostri seculi praesidia efficissent

2 rerum (*1*) autorem (*2*) conditorem, *L* 2 et (*1*) fidei (*2*) Ecclesiae (*3*) fundato (*4*) gratiae *L* 3 multi (*1*) homines (*2*) et *L* 4 et (*1*) luce s (*2*) praesenti *L* 4 abutuntur | ad tollendam providentiam *erg. u. gestr.* |, vel *L* 4 incorporeas (*1*) plane tollendas | (*a*) providentiamque (*b*) ad tollendam providentiam *erg.* | quasi omnia mechanice (*aa*) plus (*bb*) explicari possent, (*2*) | explodendas *erg.* | *L* 5 tollendam . . . providentiam *erg.* vel (*1*) ad Trinit (*2*) saltem *L* 6 labefactandam, (*1*) dum aeternitatem Mundi hujus et humani generis (*2*) dum *L* 8 f. cum (*1*) modum (*2*) justificationem et praedestinationem, (*3*) electionem, (*4*) Transsubstantiationem (*5*) sacramentum . . . Christi *L* 9 f. hominum . . . nostrae *erg. L* 11 est (*1*) eo magis nos qui Catholicae Veritati addicti sumus, intendere (*2*) ideo *L* 11 piis (*1*) hominibus (*2*) et doctis *L* 11 quid (*1*) Ecclesia (*2*) Respublica *L* 11 f. Christiana, (*1*) a philosophia nova detri (*2*) qua . . . detrimenti *L* 13 utilibus, (*1*) quam divinis rebus (*2*) ubi *L* 14 in (*1*) divinis rebus, ubi simplicissima (*2*) rebus *L* 19 necessitas . . . ut *erg. L* 20 ultimo *erg. L* 21 ratione (*1*) confirmare (*2*) | illustrare *erg.* | *L* 23–S. 2325.2 quibus si | (*1*) adessent (*2*) | adfuissent *erg.* | . . . admiraretur *erg.* | *L*

20–22 Vgl. Concilium Lateranense V, sess. VIII, 19. Dezember 1513 (MANSI XXXII, Sp. 842).

credo ut quanto quisque foret ingeniosior eo magis pulchritudinem Christianorum dogmatum admiraretur. Non ideo tamen nobis licet imparibus desperandum videbitur, ubi cogitaverimus causam Dei a nobis agi, et in adversariis plerumque plus audaciae quam scientiae esse. Quid autem me potissimum impulerit, ut munus occuparem, quod aliis in tanta insignium virorum copia rectius demanderetur, dicendum est. Equidem diu multumque deliberavi antequam hoc opus aggrederer, cujus difficultatem non ignoro, sed vicere nutantem crebri congressus cum hominibus ingeniosis at licentia corruptis, quos in itineribus aulisque offendi. Ex his non pauci gustum aliquem matheseos habebant et blanditiis novae cujusdam philosophiae inescati, quae ipsis de gravissimis quaestionibus utcunque loquendi facilitatem quandam praebere videbatur, contemnebant primo simplicitatem meam; at ubi me videbant nec nova illa dogmata ignorare, et ubi ferri possent etiam laudare praeterea in Geometriae interiora altius paulo quam fieri solet penetrasse, admirari coepere serio atque incusare, quod mihi inventa fruge glandibus vesci liberet. Ita enim statuebant, tollendas esse causas finales, tanquam non naturales sed morales, et a nobis naturam ex nostro ingenio aestimantibus fictas, omnia possibilia necessario quodam ordine ex sinu materiae educi, itaque inane esse, quod de providentiae consilio ac delectu nobis fingamus. Deum aut nullum esse, aut nihil aliud esse quam vim illam quae omnia possibilia ordine necessario producit, ordinem autem illum in legibus mathematicis consistere. Mentes nostras vel corporeas esse, vel extingui cum corporibus, aut saltem omnium oblivisci, et ut nonnullis eorum placet in mundi animam reverti. Ego contra contendebam, etiam causas finales referri posse ad efficientes, cum scilicet agens est intelligens, tunc enim a finis cognitione movetur; et causas etiam morales esse naturales, sumi enim a natura mentis. Itaque si omnia a mente gubernentur, non necessariam et caecam, sed liberam et consilii plenam rerum omnium productionem ac conservationem fore. Unde jam pietatis ac justitiae elementa proficisci.

Nec me leges Mathematicas in physicis rejicere, et libenter fateri corporum actiones in se invicem, pro magnitudine et figura variari, at ipsam substantiam corporis, et quod in corporibus agit et patitur, id vero alias longe quam magnitudinis et figurae notiones

3 agi, (*1*) (etiam infantium linguas in suas laudes animat) (*2*) et *L* 4 f. Quid . . . est *erg. L* 6 multumque *erg. L* 6 aggrederer, (*1*) tametsi enim in divinis humanisque studiis aliquam exercitationem haberem, sciebam tamen quantae profund (*2*) cujus *L* 8 f. et (*1*) facilitate ex nova (*2*) blanditiis novae *L* 10 quandam (*1*) dare credebatur (*2*) praebere videbatur, *L* 12 possent (*1*) contemnere et (*2*) etiam laudare praeterea *L* 12 altius . . . solet *erg. L* 13 atque incusare, *erg. L* 14 esse (*1*) natura (*2*) causas *L* 15 f. possibilia (*1*) ord (*2*) necessario *L* 22 enim (*1*) in illis (*2*) a finis cognitione *L* 26 rejicere, (*1*) sed tamen ita statuere (*2*) et *L* 26 fateri (*1*) constitutis jam corporibus (*2*) corporum *L*

involvere, redeundumque nobis ad veteres, qui formas quasdam substantiales statuerunt. Haec illi primo irridere, tanquam quae a se non satis clare distincteque perciperentur; paulatim vero commoveri, et in suspicionem quandam adduci, tandem nonnulli manus dare, cum deprehendissent veram corporis notionem antea plane a se ignoratam esse, neque enim in extensione, sed agendi patiendique, hoc est movendi resistendique vi consistere, quanquam illam vim sua natura indefinitam magnitudo et figura moderarentur coercerent. Ostendebam enim illis ipsas Mechanicae leges non ex Geometricis sed Metaphysicis principiis fluere, et nisi a mente gubernarentur omnia, longe alia fore quam quae experimur. Neque corpus aliquod unum per se intelligi posse, imo nihil aliquod fore quam aggregatum punctorum, quod impossibile est nisi contineretur forma quadam substantiali, quae quiddam Animae analogum est, primus scilicet actus seu vis agendi voluntate creatoris insita cuicunque corpori, cujus exercitium ab aliorum corporum obstaculis limitatur, quale quid ἐντελέχεια Aristotelis significavit magis quam expressit.

Cogitationem autem sive vim agendi ad se ipsum monebam solis inter has formas sive Animas, mentibus datam esse. Ex quo non tantum perpetua subsistentia, qualis revera est omnium substantiarum (quae non pereunt sed immutantur), sed et perpetua sui cognitio, in qua consistit immortalitas et vera vita consequatur. Porro Materiam ostendebam non magis in extensione consistere, quam vim in actione, ut ergo vis est illud ex quo sequitur actio nisi quid impediat, ita, Materia est vis patiendi seu resistendi in quocunque corpore, ex qua sequitur extensio certa corporis, nisi Autor rerum secus velit. Unde nobis defendendi Sacramenti Eucharistici aperta est via.

Scio haec omnia perabsurda visum iri, his qui nunc novis in philosophia sectis nomen dedere, erunt et forte qui quae sequentur, nec lectu digna arbitrabuntur. Sed sciant illi, me quoque olim eodem fere modo affectum fuisse, cum juvenem pellacium novitatum blanditiae inescassent nec obiter in illis versatum fuisse, sed plerisque etiam defensioni atque illustrationi idoneum visum, sed cum progrediente meditatione, defaecatoque jam animo, severius omnia atque altius agitare coepi, primum suspecta mihi dogmata illa, tandemque falsitatis comperta fuere, affulgente subito nova luce. Atque idem mihi contigit, quod in sylva diu vagato qui de improviso in campum apertum emergit, ac praeter omnem spem in eum locum reversum sese agnoscit, ex quo primum digressus in sylvam se immerserat.

1 veteres (*1*) contendebam (*2*) , qui *L* 5 neque (*1*) corporis naturam in eo consistere, quod in (*2*) enim *L* 6 illam (*1*) et magnitudo ejus et figura moderarentur et (*2*) vim . . . moderarentur *L* 9 per se *erg. L* 9 f. imo . . . est *erg. L* 11–13 , primus . . . | voluntate creatoris *erg.* | . . . expressit *erg. L* 13 obstaculis *erg. L* 16 omnium (*1*) formarum, (*2*) | substantiarum *erg.* | *L* 16 sed (*1*) miscentur (*2*) | immutantur *erg.* | *L* 17 et vera vita *erg. L* 20 nisi (*1*) ma (*2*) superiora causa (*3*) Autor *L* 31 digressus *erg. L*

Intellexi scilicet non evertendas sed explicandas atque stabiliendas veterum sententias esse, non aliam ob causam hodie explosas et contemtas quam quod vis ac potestas earum ignoraretur. Neque vero ante sanatus sum, quam cum aliud veritatis criterion quaesivi, quam quod hodie passim jactant: quicquid clare distincteque percipitur id verum esse.

Intellexi scilicet, proclive esse in abusum, nec valere nisi notae clari distinctique afferantur. Unusquisque enim quae fortiter sibi impressit, clarissime ac distinctissime a se intelligi putat, qui si ad testimonium spiritus internum provocat, jam cessat omnis cum eo disputatio, manetque in animo error insanabilis. Opus est ergo non privatis cuique, sed publicis veri notis, non magis in religione, quam in philosophia. Paucae notiones nobis distincte obversantur, quae clare percipimus ea plerumque confusa sunt. Hoc tamen nihil impedit quin multae nobis veritates in confusis experientia, in distinctis (saltem quatenus distincta sunt) demonstratione innotescant. Et plerumque ex paucis illis distinctis ad confusa quoque evolvenda nobis aditum praebuit providentiae benignitas, modo vera Analysi quam ego inter tot Analyticae jactatores adhuc ignorari arbitror uteremur.

411.DE SALUTE ANIMAE CURANDA
[Februar bis Oktober 1685 (?)]

Überlieferung:

L Konzept: LH I 6, 17 Bl. 1–2. 1 Bog. 4°. 3 Sp.
A Abschrift Joh. Heinrich Jung: LH I 6, 17 Bl. 3–4. 1 Bog. 2°. 4 Sp.
E GRUA, *Textes*, 1948, S. 5–7.

Diese sorgfältig rhetorisch ausgearbeiteten Ausführungen wurden aufgrund des häufig belegten Wasserzeichens datiert.

1 f. veterum (*1*) dogm (*2*) sententias *L* 2 hodie *erg. L* 2 et contemtas *erg. L* 6 valere | ad usum *gestr.* | nisi *L* 6 clari | ac *str. Hrsg.* | distinctique *L* 8–10 qui . . . philosophia *erg. L* 11 distincte (*1*) cognoscentur (*2*) obversantur *L* 11 f. tamen (*1*) non obstante (*2*) nihil impedit quin *L*

Cum adeo brevis ac misera haec vita sit, anima autem immortalis, monstri simile est perinde homines vivere, ac si vita in terris aeterna, futura autem nulla esset. Scimus esse omnipotentem omniaque cognoscentem Deum, apud quem etiam de verbo otioso reddenda ratio erit, et tamen ita rem gerimus ac si effugere eum aut circumvenire possemus. Et cum scena sit terra, in qua quisque personam sibi impositam agit, alibi vero majora sint quibus destinamur, nos tamen verso studio inania tanquam maxime seria tractamus, cogitatio autem de bonis illis malisque aeternis pene ad scenicam repraesentationem rediit, nec animos tangit, aut in vitae ratione instituenda vel commutanda quicquam potest. Quemadmodum enim homines a comoedia aut fabula audita lectave venientes statim quicquid hoc est, animo ejiciunt, nec magis ejus in re domestica rationem habent, quam si audivissent nunquam; ita plerique mortales, et maxime illi, qui sibi prae caeteris sapere videntur atque eminere, lectis Dei gravissimis admonitionibus, audita concione vehementi ac fulminea peractis Ecclesiae solennibus, aut recitatis domi precum formulis, mox statim horum omnium obliti pristinum vitae tenorem servant, veluti si a ludicro aliquo spectaculo ad vera negotia rediissent.

Quam ego caecitatem hominum nostri seculi in cultissimis Europae regionibus admirans, multo majorem profecto prudentiam in illis seculis ac gentibus agnosco, quibus barbariem imputamus. Legimus excessu quodam pietatis olim principes de throno descendisse, aulicos atque in deliciis nutritos in deserta abiisse aut sese in carceres voluntarios abdidisse, ut unam salutis curam haberent, et Japonenses scimus, perinde ac veteres martyres, cum hausta semel Christi fide, intelligerent aeternos tandem cruciatus vel aeterna gaudia quemque manere, gessisse sese, non tanquam haec lecta aut narrata essent, quae parum afficere solent, sed tanquam hinc coelum apertum illinc horrenda inferni praecipitia his oculis viderent. Quod profecto sapere est; nos vero aut occulte infideles sumus, aut si credimus stultissimi, qui tantas spes tanta pericula quae certissima esse scimus, tam parvi facimus, tantum quia nihil habent, quod sensus corporeos afficiat, imaginationemque nostram percellat. Cum tamen hoc ipsum sapientis sit ratione potius

1 adeo *erg. L* 1 ac misera *erg. L* 2 f. esse (*1*) aetern (*2*) omnipotentem *L* 8 rediit, (*1*) nam pleri (*2*) nec *L* 8 aut (*1*) ad (*2*) in *L* 9 enim (*1*) a spectaculi (*2*) homines *L* 11 f. et . . . eminere *erg.* (*1*) post solennia Ecclesiae (*2*) peracta solennia (*3*) auditos gravissimas Dei aut (*4*) peractis Ecclesiae (*5*) peractis solennibus (*6*) auditis (*7*) lectis *L* 16 hominum (*1*) nostri tempo (*2*) admirans (*3*) nostri *L* 18 Legimus (*1*) fu (*2*) | excessu quodam pietatis *erg.* | olim (*a*) Reges et (*b*) | multos *erg.* | principes (*aa*) et (*bb*) de throno descendisse ut Deo viverent (*c*) principes *L* 20 abdidisse | quanquam nihil horum necesse erat *erg. u. gestr.* | ut *L* 20–22 Japonenses (*1*) hausta semel Christi fide, intelligentes aeternos (*a*) illic | (*b*) aliquando *erg.* | cruciatus, aeterna gaudia manere, gessere (*2*) scimus . . . gessisse *L* 27 sapientis (*1*) non corp (*2*) sit *L*

quam sensu duci. Scilicet quia nondum audimus mugientem sub pedibus terram, nec coelestia illa signa videmus, quae rerum commutationem praecedent, securi in diem vivimus: at barbari quorum fides efficax fuit, surgent contra nos in illa suprema die, nostramque nobis pudendam ac pene incredibilem negligentiam exprobrabunt.

Porro prima nobis esse debet salutis nostrae cura, proxima alienae, nam quisquis Christianus est, imo quisquis immortalem in nobis Spiritum Rectoremque universi Deum credit, eum sibi persuadere oportet, unam animam, etiam quae praepostere judicantibus vilissima videtur, omnibus mundi bonis pretiosiorem esse. Itaque magni apud Deum fiunt eorum labores, qui pietatem solidam, qui veram fidem, qui caritatem catholicae unitatis, quam latissime diffundere suum esse studium volunt. His quanquam ipsa tam praeclari conatus conscientia magnum satis operae pretium est, immensa tamen praemia statuit justissimus remunerator, nam qui haustum frigidae aestuanti datum in rationes retulit, quid illum huic ut ita dicam spirituali Eleemosynae destinasse censemus, ubi sitientes ex fonte vivo potantur, ubi nudi veste nuptiali induuntur. Neque dubium est beatas illas animas, quae in hac mundi faece, ubi usque adeo refrixit caritas, nascentis Ecclesiae ardorem resuscitarunt, et apud gentes feras ac remotas sese martyrio exposuerunt, ut illos ipsos servarent, a quibus tam crudeliter laniabantur, dulcissimis cogitationibus dolorem delevisse.

4 f. exprobrabunt. (*1*) Quisquis (*2*) | Porro *erg.* | prima . . . quisquis *L* 6 quisquis (*1*) immortalem animam (*2*) immortalem in nobis (*a*) mentem (*b*) Spiritum Rectoremque (*aa*) omni ⟨ad⟩ (*bb*) universi *L* 7 credit, (*1*) is sibi persuadere debet (*2*) eum . . . oportet (*a*) salutem non dicam suae, sed etiam cujuscunque, etiam ut hominibus praepostere judicantibus videtur (*b*) unius animam | (*c*) unam animam *erg.* | *L* 9 solidam, (*1*) qui veram fidem, (*2*) sed maxime (*3*) qui *L* 12 frigidae (*1*) sitienti (*2*) aestuanti *L* 16 ardorem | in se *gestr.* | resuscitarunt *L* 16 apud (*1*) bar (*2*) gentes *L* 18 dolorem (*1*) obluctar (*2*) delevisse. *L*

1 mugientem . . . terram: vgl. VERGIL, *Aeneis*, IV, 490–491.

412. DE ECCLESIA CATHOLICA
[Februar bis Oktober 1685 (?)]

Überlieferung: *L* Konzept: LH I 3, 8b Bl. 67–68. 1 Bog. 4°. 3 Sp. u. 2 Zeilen. Der Anfang des Konzeptes fehlt.

Die Datierung erfolgt aufgrund des häufig für diesen Zeitraum belegten Wasserzeichens.

[*Anfang fehlt*] aliquid et pietatis habet, verba Servatoris sine tremore legere attente legere non poterit, quibus Ecclesiae jurisdictionem stabilivit, dicens Matth. XVIII *quaecunque alligaveritis super terram erunt ligata et in coelis et quaecunque solveritis super terram erunt soluta et in coelo.* Et Joh. XX. *accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittentur eis, et quorum retinueritis retenta sunt*; quae potestas certe tanto Regum potestate major est, quanto major est de salute aeterna, quam de capite et fortunis judicare. Consentiunt autem omnes, hoc non tantum Apostolis, sed et Apostolorum successoribus dictum esse: itaque aut inania sunt verba Domini, aut summi res periculi est justa Ecclesiae Sententia percelli.

Nec illud minus excitare omnes debet ad quaerendam veram Ecclesiam, quod illi in rebus salutis infallibilitas sive indefectibilitas promissa et rectoribus ejus in omnibus rebus ad animarum aedificationem pertinentibus magna certe autoritas tributa est. Christus Matthaei XVIII Ecclesiam audiri jubet addens: *quod si Ecclesiam non audierit, sit tibi velut Ethnicus et publicanus.* Et spiritum suum promittit, spiritum veritatis, qui, inquit *docebit vos omnem veritatem.* Johann. XVI. Quod ne quis de Apostolis solis accipiat, vetant novissima illa atque efficacissima discessuri ex conspectu mortalium jamque in coelum ascensuri Domini verba Matth. ult.: *et ego vobiscum sum usque ad seculi consummationem.* Quemadmodum jam dudum dixerat Matth. XVI. portas inferorum contra Ecclesiam suam non praevalituras. Et Paulus Ecclesiam Dei vocat *columnam et*

6 verba (*1*) Sa (*2*) Servatoris *L* 7 quibus (*1*) Apostoles (*2*) Ecclesiae *L* 7–9 Matth. . . . *sanctum*, *erg. L* 10 f. potestas (*1*) profecto (*2*) | certe *erg.* | *L* 16 f. infallibilitas (*1*) promissa (*2*) sive indefectibilitas (*a*) promissa est | (*b*) promissa et | rectoribus ejus *erg.* | . . . autoritas (*aa*) promissa est (*bb*) quae (*cc*) data est (*dd*) tributa est. *erg.* | *L* 19 Et (*1*) discessurus ex conspectu mortalium (*2*) Apostolis (*3*) spiritum *L* 23 Quemadmodum (*1*) ante (*2*) jam *L*

8 f. *quaecunque* . . . *coelo*: Matth. 18, 18. 9 f. *accipite* . . . *sunt*: Joh. 20, 22 f. 18 f. *quod* . . . *publicanus*: Matth. 18, 17. 20 *docebit* . . . *veritatem*: Joh. 16, 13. 22 f. *et* . . . *consummationem*: Matth. 28, 20. 24 portas . . . praevalituras: vgl. Matth. 16, 18.

firmamentum veritatis. 1. Tim. III. Fateor protrita esse haec loca, minusque eos tangere, qui cavillis assueti, contra vim eorum occalluerunt, sed qui sepositis praejudiciis defaecata mente in timore Domini apertissimorum verborum manifestos sensus expendent, fortasse agnoscent aut frustranea esse Christi promissa, aut extare adhuc Ecclesiam illam θεοδίδακτον, inferorum victricem, non ignotam et latentem, sed quam audire judicem liceat. Nec videtur eludi posse locus Pauli ad Ephes. IV *et ipse dedit quosdam quidem Apostolos alios prophetas, alios Evangelistas, alios pastores et doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerii in aedificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem fidei et agnitionis filii Dei, in virum perfectum et mensuram aetatis plenitudinis Christi.* Et si quis audiat quae Sancti Patres inde a primis temporibus in scripturae verba commentantur, et alioqui locis innumeris asserunt negari sine impudentia non poterit creditum illis esse Unam Ecclesiam Catholicam continuata inde ab Apostolis Hierarchia non minus quam vera fide conspicuam semper duraturam.

Jam vero si qua est hodie Ecclesia Catholica visibilis ab Apostolis continua successione derivata, ea profecto erit, quae cum Romana communicat. Quam enim aliam nominabimus, cum protestantes constet novos esse et ab hac avulsos, Graecam Ecclesiam a Romana nulla fere re magni momenti differre, quam quod agnitam ab ipsis majoribus suis Episcoporum principis in gubernanda universa Ecclesia potestatem extenuat orientales autem caeteros in illis potissimum discedere in quibus et a protestantibus damnantur.

Sane cum omnia Christi verba efficacia sint, et sensus plena quisquis sine praeoccupatione leget illud: *tu es Petrus et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, et portae inferorum non praevalebunt adversus eam et dabo tibi claves regni coelorum, et quodcunque ligaveris super terram erit ligatum in coelis et quodcunque solveris super*

2 sepositis (*1*) praejudic⟨at-⟩ (*2*) praejudiciis *L* 5 illam (*1*) αὐτοδ (*2*) θεοδίδακτον *L* 12 f. Ecclesiam (*1*) visibilem (*2*) Catholicam continuata (*a*) ab Epistolis A (*b*) inde *L* 14 semper (*1*) futuram (*2*) duraturam *L* 15 f. est (*1*) talis | hodie *erg.* | Ecclesia | Catholica *erg.* | , certa illa est quae cum Romana communicat (*2*) hodie Ecclesia (*a*) Catholica (*aa*) cujus (*bb*) inde (*b*) | Catholica visibilis *erg.* | ab Apostolis | continua successione *erg.* | derivata (*aa*) est (*bb*) , ea *L* 18 fere *erg. L* 19 suis (*1*) princi (*2*) Episcoporum principis (*a*) potestatem (*b*) in . . . potestatem *L* 21 f. damnantur (*1*) Certum est Sanctos Patres credidisse Romanam Ecclesiam fundatam fuisse a Petro, ei (*2*) Petri prima (*3*) | Sane *erg.* | Cum *L* 22 f. et sensus plena *erg.* (*1*) et (*2*) quisquis (*a*) leget illud *Pasce oves meas*, ipsi plus (*b*) sine praeoccupatione *L* 23 *petram* (*1*) *fundabo* (*2*) *aedificabo L* 24–S. 2332.1 *et dabo . . . coelis erg. L*

1 *columnam . . . veritatis*: 1. Tim. 3, 15. 6–10 *et . . . Christi*: Ephes. 4, 11–14. 23–S. 2332.1 *tu . . . coelis*: Matth. 16, 18 f.

terram erit solutum et in coelis: itemque illud *Pasce oves meas*, aliquoties diversis verbis non sine mysterio repetitum, et notabit Petrum solere praeponi caeteris, quanquam tempore primus non esset, et saepe ad ipsum dirigi Christi verba, et pro caeteris ipsum respondere, maxime cum celebrem illam confessionem edit, et Christum in ejus naviculam intrare cum piscatorem hominum facit, Christum pro se et Petro tributum solvere, cum caeteri generali appellatione comprehenduntur, non raro ipsum solum nominari, primo Petro dominum pedes lavisse, primo post resurrectionem suam apparuisse; post ascensionem Domini, Petrum velut collegisse familiam, denique ubique Petrum os Apostolorum et principem apparuisse. Haec inquam omnia qui expendet et inter se conjunget fatebitur tam multa in unum Petrum non casu sed divino consilio collata esse. Quod si jam animadvertat Sanctos Patres inde a primis temporibus primatum Petri tanquam rem indubitatam et haud dubie ab Apostolis traditam agnovisse, credo manifestae veritati non [resistet, jam] Petri praerogativam ad Romanam Ecclesiam pertinere.

413. SENTENTIA DE NATURA AC POTESTATE ECCLESIAE CATHOLICAE
[Februar bis Oktober 1685 (?)]

Überlieferung:
L Konzept: LH I 3, 7d Bl. 1–2. 1 Bog. 2°. 4 Sp.
E GRUA, *Textes*, 1948, S. 165–167 (Teildruck).

Aufgrund des Wasserzeichens des inhaltlich verwandten Stückes N. 412 weisen wir N. 413 der Zeit von Februar bis Oktober 1685 zu, können dabei aber nicht ausschließen, daß das Stück bereits früher entstanden ist.

2 non sine mysterio *erg.* repetitum, (*1*) et: *pro te oravi ne deficiat fides tua* (*2*) et (*a*) Petrum semper (*b*) Et ipsum (*c*) notabit Petrum *L* 2 praeponi (*1*) Apostolis (*2*) caeteris *L* 3 et (*1*) plerumque (*2*) | saepe *erg.* | *L* 3 dirigi (*1*) maxime (*2*) Christi *L* 4 respondere (*1*) et autoritat (*2*) maxime . . . et *L* 11 Patres (*1*) jam inde (*a*) ab Orig (*b*) a Cypriani et Origenis | temporibus *versehentlich nicht gestr.* | (*2*) quousque (*3*) pone (*4*) inde . . . temporibus *L* 13 resistet Jam *L ändert Hrsg.*

1 *Pasce oves meas*: Joh. 21, 17. 2 (Variante) *pro . . . tua*: Luk. 22, 32. 4 f. in ejus naviculam intrare: vgl. Luk. 5, 3. 5 piscatorem hominum facit: vgl. Luk. 5, 10. 6 tributum solvere: vgl. Matth. 17, 24 f. 7 pedes lavisse: vgl. Joh. 13, 6–8. 9 os Apostolorum: vgl. Apg. 2, 14.

Die von Leibniz nachträglich in eckigen Klammern am Rande hinzugefügten Inhaltsangaben der Abschnitte erscheinen eingerückt.

Autor putat omni studio id sibi agendum esse ut sit in communione Romanae Ecclesiae.

Quamquam in ea dudum sententia fuerim unumquemque pium dare operam debere, ut sit in communione Ecclesiae visibilis cujus Hierarchia inde ab Apostolicis temporibus non interrupta ad nos pervenit;et nihil videam in Concilii Tridentini decretis circa fidem, aut in professione fidei a Pio V. praescripta, cui non ex animo subscribere possim, si quemadmodum mihi et verba admittere, et sententia videtur postulare, intelligantur:

Sed tutissimum tamen existimat prius discere an dogmata ejus recte intellexerit, nihilque amplectatur, quod non aut verum aut saltem in ea tolerabile videatur.

quia tamen inter eos natus educatusque sum, qui in Romana communione non sunt, tantique momenti mutatio maxima circumspectione indiget; et praeterea dogmata quaedam (certa, ut mihi videtur, demonstratione persuasus) habeo, quae a communibus opinionibus aliquando dissidentia; mihi licet a fiducia mei, omnium quibus innotui consensu alienissimo inter crebras meditationes amor veritatis expressit; ideo sincerius pariter ac tutius existimavi candida professione, hoc quicquid est quod nunc occurrit exponere, ut a fide dignis discam an probari, vel saltem tolerari possit; quam semel receptus periculum incurrere censurae, qua offendantur infirmi, ego vero pro pace animi, qua nunc conscius optimae voluntatis gaudeo, perplexitatem inveniam.

5 ea (*1*) semper (*2*) dudum *L* 6 communione (*1*) Catholicae (*2*) Ecclesiae *L* 8 in *erg. L* 10 tamen (*1*) exponat sententias suas prius candide exponere, ut discat an in Romana Ecclesia tolerari possint (*2*) existimat | hac expositione judiciis summissa *erg. u. gestr.* | prius . . . an (*a*) sententiae quaedam suae possint videri in Romana Ecclesia tolerabiles (*b*) dogmata (*aa*) ejus (*bb*) Ecclesiae recte, vel saltem (*aaa*) tolerabiliter (*bbb*) ita intellexerit, (*cc*) ejus *L* 14 f. praeterea (*1*) sententias quasdam habeo, certa, ut mihi videtur, demonstratione persuasus | (*2*) dogmata . . . habeo, *erg.* quae veritatis magno *erg. u. gestr.* | quae *L* 16 f. aliquando (*1*) dissident; et quas tamen dissimulare nolim (*2*) dissidentia; mihi (*a*) crebris meditationibus (*b*) | licet . . . omnium (*aa*) qui me norunt (*bb*) quibus alienissimo *erg.* | . . . expressit *L* 18 existimavi (*1*) proponere quicquid hoc est, quod nunc occurrit negotium (*2*) candida *L* 18 quod nunc occurrit *erg. L* 19 a (*1*) Theologis (*2*) Romanae Ecclesiae prudentia et autoritate praestantibus (*3*) fide *L* 19 an (*1*) sine censura ferri (*2*) probari, . . . tolerari *L* 20 censurae, (*1*) quae aliis scandalo sit, mihi perplexum animum reddat, (*2*) qua *L* 20 pro (*1*) tranquillitate (*2*) | pace *erg.* | *L* 21 qua . . . gaudeo, *erg. L*

Praesertim quoniam veritatem magno ardore quaerens visus est sibi in demonstrationes quasdam incidisse a quibusdam Scholasticae theologiae opinionibus dissidentes.

Sunt enim aliqua quae tam clare mentibus nostris obversantur, ut vix ulla humana autoritate deleri possint.

Et, si Sancti Patres olim rotunditatem terrae, quae ipsis perabsurda quin et analogiae fidei contraria videbatur, damnassent, an credibile est excellentem aliquem Astronomum, sola Ecclesiastica autoritate motum ex animo renuntiare unquam dogmati clare percepto, potuisse? Itaque si caetera Christianus et Catholicus hanc unam ob causam vel non receptus vel rejectus fuisset, ausim dicere tam eum in Ecclesia fuisse, quam qui errore vel malitia judicis excommunicatur. Idem ego de me sperare audeo si appareat per me non stare, quin externa quoque Ecclesiae communione fruar. Et nunc quidem exponam breviter, quae mea de natura ac potestate Ecclesiae Catholicae sententia sit, ut an vera, aut saltem tolerabilis sit, judicetur.

Specimen exponendae sententiae datur hic ab autore circa articulum de Ecclesia.

Primum ergo de Ecclesia Catholica visibili ita sentio, Deum a nobis exigere, ut erga omnes Christianos animum fraternum geramus, et publica communione, sive sacra synaxi fidei pariter et caritatis unionem testemur.

1 (*1*) Quoniam (*2*) Sententia (*3*) Ipsi meditans (*4*) Praesertim quoniam *L* 1 quaerens | sententias quasdam amplecti coactus, quae a nonnullis Scholasticorum sententiis (*1*) co (*2*) demonstratione *gestr.* | visus *L* 4 aliqua (*1*) tam certa (*2*) quae *L* 4 ut (*1*) nulla (*2*) vix ulla *L* 5 f. possint. (*1*) Nec (*a*) ulla censura efficiet, ut Astronomus aliquis de Copernici systemate persuasus, ex animo credere incipiat terram esse centrum motus (*b*) Astronomus aliquis | hodiernus qui *erg.* | Copernicei systematis demonstrationem habere sibi videtur sola censura Ecclesiastica de sententia dimovebitur solem et fixas circa terram quotidie moveri (*2*) Et, *L* 8 motum (*1*) acced (*2*) ex *L* 10 eum (*1*) futurum (*2*) in *L* 11 judicis (*1*) excommunicatus est. (*2*) excommunicatur. *L* 11 me (*1*) spero (*2*) sperare audeo *L* 12–14 Et . . . judicetur. *erg. L* 13 mea (*1*) sit de vol (*2*) de *L* 17 visibili *erg. L* 17 sentio, (*1*) Divinam providentiam instituisse ac conservasse Hierarchiam quandam, ut omnes fideles una quadam Republica Ecclesiastica contineantur. (*2*) Caritatem (*3*) Deum | a nobis *erg.* | *L* 18 et (*1*) quantum in nobis est (*2*) hoc (*3*) publica *L* 19 synaxi (*1*) testemur, nos cum ipsis (*2*) fidei *L* 19–S. 2335.3 testemur. (*1*) Deinde (*2*) Hierar (*3*) Deumque (*4*) Deum porro *L*

Hierarchia Ecclesiastica, et in ea discrimen Pontificis Maximi, Episcoporum et Presbyterorum est juris divini ordinarii.

Deum porro sibi semper conservare coetum quendam notis visibilibus designatum, quem ab omni errore damnabili spiritus sancti sui promisso in perpetuum auxilio immunem praestet.

In hoc coetu Divina providentia instituit Hierarchiam, sive Rempublicam Ecclesiasticam, cui omnes fideles obsequium debent. Constat illa Episcopis sive Ecclesiarum rectoribus conservaturque perpetua legitimorum pastorum successione. Et quia Episcopi semper convenire non possunt, et multitudo eorum autoritate aliqua contineri debet, caput aliquod necessarium fuit, cui Romani Imperii principis Urbis Episcopum a providentia destinatum fuisse, multis judiciis colligitur.

Hujus Reipublicae Sacrae vis consistit in potestate clavium, ut contumaces ligare, et poenitentes solvere possit, Deo judiciis eorum, cum justa sunt, autoritatem commodante. Autoritatem autem istam nemo habet, nisi qui in hac ipsa Republica ordinatur. Itaque Clericorum a Laicis, Episcoporum quoque et Presbyterorum discrimen juris divini esse arbitror, quemadmodum Episcoporum et Pontificis maximi. Sed haec omnia ordinario jure. Nam an Ecclesia casu aliquo erecta, ubi pastores aut saltem Episcopi non sunt, ideo Sacramentorum gratia carere debeat, definire non ausim. Obedientia quae Ecclesiasticae potestati debetur, duobus constat membris, uno ordinarii juris ut credamus vera esse quae credenda ab Ecclesia proponuntur, et facienda esse quae ab ea jubentur, altero extraordinarii, ut etiamsi injuriam nobis judicio eorum qui in Ecclesia autoritatem habent fieri, aut injusta a nobis exigi credamus, non ideo tamen Unionem abrumpamus, aut si sine nostra culpa abrupta sit, semper animum serium redintegrandi vinculi habeamus; et quicquid sine periculo salutis aeternae potest, indulgeamus.

2 f. ordinarii *erg. L* 3 visibilibus (*1*) distinctum (*2*) | designatum *erg.* | *L* 6 Hierarchiam | quandam *gestr.* | , sive *L* 7 debent. (*1*) Ea constat Sacr (*2*) Ejus forma (*3*) Ea perpetua Episcoporum (*4*) Constat *L* 9 semper (*1*) coire (*2*) convenire *L* 12 Hujus (*1*) potestas (*2*) Reipublicae *L* 13 f. commodante. (*1*) Itaque excommunicati non possunt frui sacramentorum gratia, (*2*) Si tamen (*3*) Autoritatem *L* 14 qui (*1*) ab Episcopis le (*2*) in *L* 14 f. Itaque . . . Laicis, *erg. L* 17 an (*1*) in su (*2*) potius carere (*3*) Ecclesia (*a*) aliqua (*b*) casu *L* 18 debeat, (*1*) asserere (*2*) | definire *erg.* | *L* 18 quae (*1*) Rectoribus Sacris debetur, (*a*) continet (*b*) duobus constat membris (*2*) Ecclesiasticae *L* 19 ordinarii juris *erg. L* 23 f. et (*1*) quantum a nobis (*2*) quicquid *L*

Ecclesia Catholica per Hierarchiam suam visibilis in rebus ad salutem necessariis habet infallibilitatem, in aliis praesumtionem seu maximam autoritatem.

Itaque infallibilitas Ecclesiae in iis quidem quae ad salutem necessaria sunt, pro certa habenda est, credendumque non permissurum esse Deum, ut dogma damnabile, credendum fidelibus ab Ecclesia caeteras Catholicae notas [habente] injungatur. In rebus tamen facti, ad quas pertinent sententiae et judicia de negotiis personisque singularibus, quae a Synodis aliisque judicibus Ecclesiasticis proficiscuntur; in rebus item juris et rationis, ubi salva salute errari potest, non video cur necesse sit infallibilitatem a Deo Ecclesiae datam esse. Agnosco tamen et in his rebus Ecclesiam habere veri praesumtionem et omnino autoritatem tantam quantam maximam homines habere possunt, nec temere ab ejus judiciis esse dissentiendum. Ego certe cogor ingenue fateri, me plerumque discussis omnibus opiniones generalissime receptas, et in Ecclesia stabilitas maxime tutas et veras reperisse et in religione pariter et philosophia vetustissimas et communissimas sententias optimas experiri. Rectiusque facturos novatores semper existimavi, si in veteribus et rite explicandis et irrefragibiliter demonstrandis, et per novorum inventorum superstructiones utiliter ornandis, ingenii vim ostendant; quam eversis receptis dogmatibus, quae tamen optimum sensum capiebant, paradoxa evanida introducendo lubricam et minime duraturam famam quaerant.

Ecclesiae plus quam principibus secularibus est obediendum, principibus vero non est resistendum.

Quod ad Concordiam Sacerdotii et imperii potestatisque Ecclesiasticae ac secularis limites attinet, ita statuo: Omnes quidem principes et potestates non minus Ecclesiae submissos esse, quam minimum quemque ex fidelibus, itaque et censuris Ecclesiasticis subjici, et excommunicari posse; ipsos autem principes ut caeteros Christianos et reverentiam et obedientiam Ecclesiae debere, quousque salva conscientia possunt. Prorsus quemadmodum juramentis obstringimur, ad omnia illa quae servari possunt, sine salutis aeternae dispendio.

6 habentes *L ändert Hrsg.* 7 pertinent (*1*) judic (*2*) sententiae *L* 7 de (*1*) rebus (*2*) negotiis *L* 11 f. et . . . possunt *erg. L* 12 ejus (*1*) sen (*2*) judiciis *L* 12–19 Ego . . . optimas (*1*) esse solere. (*2*) experiri . . . superstructiones (*a*) ordi (*b*) ornandis (*c*) utiliter . . . eversis (*aa*) communibus sententiis, quae verum re (*bb*) receptis . . . quaerant *erg. L* 23 statuo: (*1*) Ecclesiae magis deberi obedientiam, sed potestati seculari a nobis praestandam (*2*) Omnes *L* 24 et (*1*) excommunicari (*2*) censuris *L* 25 posse; (*1*) et (*2*) si solvi s (*3*) ipsos *L* 25 ut . . . Christianos *erg. L*

Caeteri autem fideles hanc unam tutissimam mea sententia regulam observabunt, et primae Ecclesiae praxi consentaneam, et ubi semel constituta est, nulli ambiguitati obnoxiam, quoties duae illae potestates colliduntur, Ecclesiae magis deberi obedientiam, sed potestati seculari a nobis praestandam patientiam. Nam in dubio pro omni quidem superiore, major tamen, pro Ecclesia jubente aut vetante, quam principe seculari praesumtio est, modo nullam vim jubeat Ecclesia, arma enim ejus sunt preces. Principes autem non tantum inviolabiles, sed et irresistibiles habendi sunt. Quemadmodum constat Christianos veteres paganis aut haereticis imperatoribus prava imperantibus non obtemperasse, saevientibus vero nec restitisse. Hoc discrimine observato, non est cur principes in imperio vereantur, admittere aliud imperium, alterius plane ordinis a suo, quod non vi humana sed sola Dei reverentia armatur. Caeterum si jura principis alicubi in Ecclesias sint collata, in iis exercendis communi aliorum principum jure fruentur, nec duo in eadem persona officia permiscebuntur.

Porro tantum abest, ut credam nimiam potestatem hodie a pontifice exerceri, ut contra arbitrer, e re Christiana fore, ut in rebus ad bonum publicum orbis Christiani pertinentibus plus ejus judicio tribuatur, quam vulgo fieri solet inter Catholicos. Nam licet Papa non deponat principes, nec subditos fidelitatis vinculo exolvat; tamen perniciosa in rem Christianam molientes efficaci autoritate absterrebit, pertinacibus interdicet sacris, et subditis injunget, ut vim potius a tali principe patiantur, quam prava molienti praecipientique ministrent. Haec ego licet sciam parum grata politicis, passimque irrisa esse, nunquam dissimulavi, eo sinceriore professione, quod ab homine politico et extra Romanam Ecclesiam posito et nullum cum aulae Romanae addictis hominibus

2 f. et ubi . . . obnoxiam, *erg. L* 3 colliduntur, (*1*) nempe (*2*) ut observent: (*3*) Ecclesiae *L* 4–6 Nam (*1*) et (*2*) in dubio | quidem *erg.* | major pro Ecclesia jubente aut vetante, praesumtio est, modo mihi nullam vim jubeat. Arma enim Ecclesiae sunt preces. | (*3*) in . . . jubeat | Ecclesia *erg.* | . . . preces. *erg.* | (*a*) Et (*b*) Principibus autem (*c*) Et principibus (*d*) Nunquam tamen (*e*) Principes *L* 7–9 Quemadmodum . . . restitisse *erg. L* 10 principes (*1*) imperium (*2*) in *L* 10 f. vereantur, (*1*) quod (*2*) cum nunquam (*a*) ad (*b*) vim (*c*) vi utatur (*d*) imperi (*3*) admittere (*a*) imperium alterius plane ordinis, | (*b*) aliud . . . a suo, *erg.* | (*aa*) quod nunquam (*bb*) quod non *L* 11 jura (*1*) principum (*2*) principis *L* 12 communi (*1*) tantum (*2*) aliorum *L* 12 fruentur (*1*) . D (*2*) , nec *L* 15 ad (*1*) salutem rei c (*2*) bonum *L* 16 inter Catholicos *erg. L* 17–19 licet (*1*) non putem, integrum esse Pontifici deponere principes, et subditos fidelitatis vinculo exolvere; puto tamen excommunicare principes (*a*) satis (*b*) sacris interdicere (*c*) perniciosos (*d*) perniciosa in rem Christianam molientes efficaci autoritate absterrere, pertinacibus sacris interdicere, subditisque injungere posse, | (*2*) Papa . . . injunget *erg.* | (*a*) ne (*b*) ut *L* 20–S. 2338.9 ministrent. (*1*) Inque eo puto (*2*) Puto Pontificis potius quam (*3*) Sed (*4*) ⟨Quae cum vid⟩ (*5*) Haec . . . derivat. *L* 21 passimque (*1*) explosa (*2*) irrisa *L* 21 esse, (*1*) dissimulare non possum, (*2*) nunquam dissimulavi *L* 21 quod (*1*) ⟨ – – ⟩ (*2*) ab *L* 22 politico et *erg. L* 22 posito (*1*) proficiscerentur (*a*) unde saepe (*b*) et saepe illis qui Pontificis reverentiam inanibus verbis ostentant, (*2*) et *L*

commercium habente proficiscerentur. Et certe nescio quo fato opiniones meae a privato statu rerum mearum et locorum ubi agendum mihi fuit praejudiciis ita saepe dissedere, ut nihil adulationi nihil hominum plausui datum agnoscere omnes cogerentur. Contradicendi autem studium, abesse inde appareret, quod tutissimae opiniones et moderatissimae et caritati Christianae magis consentientes semper a me defenderentur, contra eos qui in extrema declinant modumque ac finem alios saepe ignotos criminandi nullum faciunt, et pleraque sibi adversa in pessimam partem interpretantur, quale genus hominum ipsa audacia sua ubique regnat, et ultro in modestiores contradictionis invidiam derivat.

Cuicunque Deus tribuit Amorem sui super omnia ei etiam dat notitiam saluti sufficientem filii sui. Et qui hunc actum amoris exercet, non potest esse haereticus aut schismaticus formalis.

De salute eorum qui sunt extra Ecclesiam, ita statuendum videtur: Quicunque superveniente Spiritus Sancti gratia, vero Dei amore, super omnes creaturas incenditur, eum esse in statu salutis. Hanc gratiam autem non dari nisi per Messiam generis humani redemtorem. Itaque si verum est eam aliquando concessisse Deum his, qui forte nec de Judaeis eorumve Messia, nec de Christo secundum Carnem quicquam audivere, dicendum erit Deum occulta quadam ratione mentes eorum illuminasse, et notitiam illis aliquam fidei salvificae de filio suo, quanta ad salutem sufficiebat, inspirasse. Quoniam aeternum est justitiae Divinae axioma, facienti quod in se est (qualis est quisquis Deum super omnia amat), gratiam non denegari. Idem autem multo magis dicendum est de his qui baptisati sunt, et fidem Christianam profitentur, etsi communione externa Ecclesiae Catholicae, sive ob Schisma, sive ob haeresin sint exclusi. Nam qui Deum super omnia amat, ille in Schismate aut in haeresi forte esse potest, haereticus autem vel Schismaticus esse non potest. Verus scilicet, et ut scholae loquuntur, formalis.

1–3 certe (*1*) semper (*2*) | nescio quo fato *erg.* | opiniones meae (*a*) tales fuere, ut a privato statu rerum mearum (*aa*) comparatae (*bb*) compendiique quaesiti ita semper dissedere, ut nihil (*aaa*) gratiae (*bbb*) adulationi datum agnoscere omnes cogerentur (*b*) a . . . mearum (*aa*) locisque illis ubi (*bb*) et . . . cogerentur. *L* 5 et caritati . . . consentientes *erg.* *L* 6 in (*1*) aliis criminandis (*2*) extrema *L* 6 saepe ignotos *erg.* *L* 10 Cuicunque (*1*) Deus (*2*) Spiritus Sanctus tribuit Amorem Dei (*3*) Deus . . . sui *L* 10 etiam (*1*) occultam (*2*) dat *L* 13 videtur: (*1*) Amorem Dei super omnia (*2*) Quicunque *L* 14 gratia (*1*) verum Dei amorem, (*2*) vero Dei amore, *L* 15 eum (*1*) non posse non salvari. (*2*) esse . . . salutis. *L* 16 si (*1*) quando eam concessit Deus (*2*) verum . . . Deum *L* 22 etsi (*1*) Schisma (*2*) Schismatici vel haeretici materiales (*3*) Ecclesiae (*4*) sint exclusi (*5*) communione *L* 23 Catholicae (*1*) sint exclusi, sive quod Schisma, sive quod haeresis illis tribuatur (*2*) , sive . . . exclusi. *L* 24 amat, (*1*) eum impossibile est (*2*) ille (*a*) etsi in schismate aut in haeresi sit, verus tamen haereticus aut (*b*) in . . . vel *L*

Periculosissimum tamen saluti est, etiam citra culpam suam extra Ecclesiam Catholicam visibilem constitutum esse.

Nam quisquis ita erga Deum affectus erit, idem studio pacis et veritatis ardebit. Itaque unionem cum caeteris fidelibus tanquam ingens bonum affectabit; et jam tum proinde ipso voto suo in communione Ecclesiae interna erit; errores autem non pertinacia voluntatis sed judicio intellectus defendet; sententiam enim mutare non est arbitrii nostri cum omnis opinio vel a conscientia praesentium rationum vel a memoria praeteritarum oriatur. Praeteritarum scilicet cum nunc non satis in animo sunt praesentes, nec distincte percipiuntur, modo reminiscamur aliquando a nobis perceptas; praesentia autem et praeterita in arbitrio non sunt, sed futura tantum: rationes vero novas invenire prioribus validiores non semper in potestate est. Unde sapientissime dictum est Errantis poenam esse ut doceatur. Hinc Anathematismos quoque Conciliorum in solos pertinaces dirigi arbitror, ne Concilia Deo ipso, cujus vindicta est, Severiora credamus.

Haec autem tametsi vera, et inter Catholicos probata putem, nolim tamen Schismaticorum culpae palliandae servire. Itaque constanter pronuntio rem magni periculi esse etiam homini pio et sine culpa sua excluso, extra Ecclesiae Catholicae visibilis communionem vivere, tametsi enim nunc forte in statu salutis sis, dum sincero affectu Deum amas, si tamen remittas de diligentia nonnihil, quod etiam in bonis persaepe fit occasionesque aut vincendi tui erroris, aut procurandae unitatis negligas, jam in crimen incidisti, quod nisi nova contritione, id est poenitentia vero in Deum amore animata deleri non potest. Amoris autem hujus divini pretiosa valde, nec semper omnibus obvia ubique gratia est.

Unde sequitur eum etiam qui excusabiliter extra visibilem Ecclesiam est, pro ipso in multo majore quam alium solicitudine esse debere, cum etiam levi omissione periclitetur, prorsus quemadmodum Theologi quoque Catholici censent posse aliquem etiam sine

1 tamen *erg. L* 3 Nam (*1*) si omni conatu id aget, ut in Ecclesiam recipiatur, et quicquid in eam rem (*a*) sibi (*b*) possibile (*aa*) est facit, (*bb*) erit faciet, si ab omni pertinacia abest, (*aaa*) nec (*bbb*) errorem | autem *erg.* | non defendet pertinaciter, sed omnem diligentiam adhibet, quae (*2*) quisquis *L* 4 f. et . . . erit *erg. L* 6 f. nostri (*1*) sed pendet vel a conscient (*2*) cum *L* 8–11 oriatur | (*1*) forte nunc non (*a*) ⟨ – ⟩ (*b*) distincte perceptarum (*2*) Praeteritarum . . . modo (*a*) credamus (*b*) reminiscamur . . . tantum: (*aa*) quare novis opus est rationibus (*bb*) rationes (*aaa*) autem (*bbb*) vero . . . est *erg.* | *L* 12 solos *erg. L* 13 ne . . . credamus *erg. L* 14 f. tamen (*1*) quorundam extra Ecclesiam viventium (*2*) eorum qui in Schismate (*a*) vivunt (*b*) sunt ignaviae servire. (*3*) Schismaticorum culpae (*a*) excusandae (*b*) palliandae servire. *L* 16 etiam (*1*) in (*2*) homini pio et (*a*) injuria (*b*) sine . . . excluso, *erg. L* 17 forte (*1*) non ideo (*2*) in *L* 19 occasionesque . . . negligas *erg. L* 20 nova (*1*) poen (*2*) contritione, *L* 24 quam (*1*) | in *erg. u. gestr.* | Catholicum (*2*) alium *L*

sacerdote absolvi, per contritionem, et ubi copia sacerdotis facta est non ideo minus ad confessionem obstringi aut si negligat, novo crimine obligari. Unde nemo non tutius et ad pacem animi, maximum hujus vitae bonum efficacius putabit, simul et sacramento frui posse.

414. DE NON VIOLANDO PRINCIPIO CONTRADICTIONIS IN DIVINIS CONTRA HONORATUM FABRI

[Februar bis Oktober 1685 (?)]

Überlieferung: *L* Konzept: LH I 20 Bl. 229. 1 Zettel (9,5 × 11,5 cm). 2 S.

Die Datierung erfolgt aufgrund des häufig für diesen Zeitraum belegten Wasserzeichens.

Virtualitates vocant Metaphysici rationes quasdam diversas in objecto, quae revera realiter eaedem sunt inter se, in ordine tamen ad praedicata contradictoria perinde se habent, atque si realiter distinguerentur.Tales virtualitates esse volunt naturam divinam et personam verbi, quae licet sint idem quid realiter, in ordine tamen ad praedicata contradictoria perinde se habent, ac si distinguerentur realiter. Has nonnulli volunt reperiri et in rebus creatis. At P. Fabry in *Metaph.* lib. 1. prop. 31. nullam dari nec posse dari distinctionem virtualem in rebus creatis. Probatur, inquit, nam praedicata contradictoria eidem non insunt (per axioma). Ergo nec distinctio virtualis (per def.), loquor scilicet, inquit de distinctione virtuali majore, qua idem ad praedicata contradictoria perinde se habet, ac si distingueretur a semet ipso. Fateri cogimur multa esse in rebus divinis, quae omnem hominis superant captum quae tamen ob infusam nobis divinitus fidem credimus. Sed has tenebras nemo prudenter rebus creatis obducat. Inde nonnulla exempla virtualitatum in creatis proposita refutat et illis qui dicunt etiam praedicata quae

2 confessionem (*1*) obligari (*2*) obstringi *L* 3 simul et *erg. L* 10 Virtualitates (*1*) et di (*2*) vocant *L* 10 diversas *erg. L* 15 At (*1*) quidam (*2*) P. Fabry *L* 19 cogimur (*1*) ultra (*2*) multa *L*

15–S. 2341.16 H. Fabri, *Metaphysica demonstrativa sive scientia rationum universalium*, Lyon 1648.

in divinis distinctionem formalem supponunt non esse contradictoria formaliter, sed tantum per intellectum, id est secundum nostrum concipiendi modum; reponit P. Fabry esse omnino contradictoria formaliter quorum unum negat alterum, et nostrum concipiendi modum aut esse verum aut falsum. Si verus, habemus intentus, sin falsus praescribendus est ille modus, qui chimaeras inducit, neque enim res literaria figmentis et mendaciis indiget (+ multo minus Theologia +). Denique objicientibus eandem rationem probare distinctionem non esse ponendam in divinis, quae probat non esse in creatis admittendam, respondet, habemus ex fide multa inesse Deo quae nostrum superant captum. Dices, inquit, si admittantur in Deo praedicata contradictoria argumentis Atheorum responderi non posse, at respondet, ut valeat principium istud quo dicimus contradictoria non posse esse simul, nulla distinctio virtualis supponitur, quae tamen in Deo est propter infinitam perfectionis vim. Praeterea inquit, ubi semel demonstravero Atheo Deum existere, facile concedet inesse Deo quae hominis captum superant, et principia quibus utimur ad rem scientificam ex creatis esse eruta. Si rebus creatis inessent virtualitates concedit nullam fore humanam scientiam, omnia enim principia reduci ad principium contradictionis. Haec P. Fabry.

Videmus ex his quo usque praeconcepta opinio hominem ducere possit, habemus reum confitentem, fatetur in divinis locum non habere principium contradictionis, erutum scil. tantum ex creatis, secundum ipsum, cum tamen hoc principium locum debeat habere, ubicunque veritas et falsitas. Quid Athei quid Antitrinitarii gratius audiunt? Ergo nihil absurdi non asseri potest in divinis, neque ulla locum habebit refutatio aut ratiocinatio. Communiter dicitur nulla in divinis esse contra rationem, multa super eam. Hi vero Scholastici in inferioribus suis recessibus contrarium statuunt, et revera contra Lateranense concilium admittunt duplicem veritatem. An putat se demonstrare posse Atheis Deum existere, principio contradictionis negato? Prudentius ergo et sanius dicetur, neque in divinis neque in creatis admittendas esse propositiones contradictorias.

Et omnino ita explicandum est S. Trinitatis Mysterium ut effugiatur contradictio vera et propria, vel profecto ad Antitrinitarios erit transfugiendum. Quin et principium illud humanae argumentationis: *quae eadem sunt eidem tertio sunt eadem inter se* (cum in contradictionis principio fundetur); omnino dicendum est, ne in divinis quidem violari,

16 Haec (*1*) ⟨ – ⟩ (*2*) P. Fabry *L* 18 fatetur (*1*) se negare princi (*2*) in *L* 20 audiunt? (*1*) Communiter dici (*2*) Ergo *L* 29 *se* (*1*) ; omnino (*2*) (cum *L*

23 f. Vgl. Concilium Lateranense V, sess. VIII, 19. Dezember 1513, bulla *Apostolici regiminis* (MANSI XXXII, Sp. 842A-D).

alioqui omni sublata argumentatione, quidvis circa Deum impune asserere licebit, et neque syllogismi in Theologicis fieri debebunt, nec modi ac figurae locum habebunt. Itaque cavendum est ne talia asserendo haeresin confirmemus, et omnino ita explicare debemus Trinitatis mysterium, ut tales scopuli evitentur.

415. CONFERENTIA AD APOLOGIAM CATHOLICAE VERITATIS
[Herbst 1685 (?)]

Überlieferung: *L* Konzept: LH I 7, 6 Bl. 11–12. 1 Bog. 2°. 3 $^{1}/_{10}$ Sp.

Die sorgfältige rhetorische Ausarbeitung und die wohl fingierte Beschreibung der Reise – Leibniz war nachweislich im November 1676 und im November 1694 in Holland – lassen eine Veröffentlichungsabsicht vermuten. Das nur kurzzeitig belegte Wasserzeichen weist auf eine Entstehungszeit im Herbst 1685 hin.

Suscepto nuper animi gratia ad Batavos itinere veni in colloquium cum multis diversarum sectarum viris ingenio atque eruditione florentibus, sed plane infelicibus in negotio religionis. His cum satis familiariter et libere sententiam meam aperirem, et in omnibus aliis acutos, in eo solo hebetes esse deplorarem, quod unum necessarium est; illi contra sollicitudinem meam irridentes mirari se ajebant, quod ego quem viderent philosophiae solidioris (quo nomine Democriticam sive Mechanicam intelligunt) penitiora gustasse, et habere notitiam sacrae antiquitatis, adhaererem tamen sectae, qua ipsis nulla videretur absurdior, et a scriptura sacra ac primitiva Ecclesia alienior. Ego vero vicissim reponebam, quae tuendae Catholicae veritati apta judicabam, sed fortiter inprimis absurditatis calumniam repellebam, quod viderem non eruditos tantum, sed et alios ejus gentis paulo liberalioris ingenii homines, in tanta quidvis sentiendi libertate, consuetudinem contraxisse omnia rationis suae modulo metiendi. Et vel hanc ob causam Romanae

11 (*1*) Cum nuper animi gratia ad Batavos percurrissem, locutusque essem (*2*) Suscepto . . . itinere (*a*) viris (*b*) veni *L* 12 diversarum sectarum *erg. L* 12 eruditione | humana *gestr.* | florentibus *L* 17 et (*1*) in antiquitate esse versatum, aliquam (*2*) habere *L* 17 f. sectae, (*1*) quae ipsis omnium (*2*) quae se catholicam vocat, (*3*) qua ipsis (*a*) tamen omnium | (*b*) nulla *erg.* | videretur (*aa*) absurdissima (*bb*) absurdior, et a | scriptura sacra ac *erg.* | primitiva ecclesia (*aaa*) aliena. (*bbb*) alienor. *L* 22–S. 2343.1 causam (*1*) gravissime Catholicam disciplinam (*2*) Romanae Ecclesiae disciplinam (*a*) gravissime (*b*) acerrime *L*

Ecclesiae disciplinam acerrime odisse, quod sibi fingunt apud Catholicos gravem ingeniis servitutem imponi, ac libros literasque durissima inquisitione premi, ita ut homines prae caeteris sapientes necesse sit hypocritas fieri, reliquos vero praejudiciis occaecatos in quadam velut barbarie agere, quo nihil magis sit profectui studiorum, et humanae perfectioni contrarium.

Animadverti igitur inter istos, agentem operae pretium facere, si ostendat Catholicam Ecclesiam non tantum sanctitate, sed et sapientia florere, ipsaque dogmata ejus esse pulcherrima et maxime rationi consentanea; denique non minus apud Catholicos quam sectarios liberum esse veritatem rationibus, experimentis, literariis denique observationibus indagare, et inventam in publicum proferre. Id igitur ego tunc studiose faciebam, lateque demonstrabam, Catholicam doctrinam verae philosophiae, disciplinam autem prudentiae mirifice consentaneam esse. Deumque nisi maluisset angelum aliquem in terras vicarium mittere, manifestisque miraculis homines in officio continere (quod omnino oeconomiae atque instituto divinae sapientiae contrarium fuit), non potuisse melius consulere humano generi, quam fundata Ecclesiae universalis autoritate, quae in rebus salutis infallibilis esset, cui semper tuto unusquisque adhaereret, a cujus communione nullam ob causam esset discedendum; Schismate vero ostendebam nihil esse perniciosius nihil caritati a Christo morituro et carissimo ejus discipulo tantopere commendatae, magis adversum, neque intra sesqui seculi spatium aut famem aut pestem, aut alia mala publica magis orbi christiano nocuisse, bella autem hinc potissimum nata esse; et cum nihil sit apud Deum animabus sanguine filii ejus redemtis pretiosius, innumeras tamen animas occasione infelicium dissensionum aeterno exitio periisse; denique tranquillitatis portum, in qua omnes secure conquiescant non nisi in Ecclesia inveniri, atque huc redeundum esse omnibus salutem suam alienamque amantibus, cum nihil ab Ecclesia exigatur, quod non unusquisque salva conscientia praestare possit.

Haec multis objectionibus responsionibusque ultro citroque tunc a nobis sunt agitata, cum diversissimarum opinionum hominibus, quorum alii alia admittebant, ac saepe etiam

1 quod (*1*) imaginantur (*2*) sibi fingunt *L* 1 f. gravem *erg. L* 2 literasque (*1*) gravissima (*2*) durissima *L* 5 humanae | mentis *gestr.* | perfectioni *L* 7 sanctitate | et virtutibus *gestr.* | , sed *L* 11 demonstrabam, (*1*) quam (*a*) pulchra sit (*b*) egregia sit religio Christiana, quam (*2*) Catholicam *L* 12 autem (*1*) verae oeconomiae (*2*) prudentiae *L* 13 mittere, (*1*) et visibilibus miraculis (*2*) manifestisque miraculis (*a*) Ecclesiam (*b*) christianos (*c*) homines *L* 15 f. universalis *erg. L* 17 f. ostendebam *erg. L* 18 morituro *erg. L* 19 adversum, (*1*) unde (*2*) in (*3*) innumera (*4*) neque | intra (*a*) seculi (*b*) sesqui seculi spatium *erg.* | *L* 24–27 atque . . . possit *erg.* | Nec (*1*) defuit plane successus (*2*) zelo meo successum plane defuisse, effeci enim ut nonnulli nutarent nonnihil faterenturque, longe meliorem sese nunc quam antea de fide nostra habere opinionem. *gestr.* | Haec *L* 27 a (*1*) me (*2*) nobis *L* 28 f. ac *erg. L*

adversa fronte pugnantia objiciebant. Quae quidem omnia referre, et pro argumenti dignitate explicare magni voluminis res foret. Placuit tamen nonnulla hoc loco breviter complecti, quae maxime haesere memoriae, et ingerebantur crebrius et discussa non parum conferre videntur ad Catholicae Veritatis Apologiam ut appareat quam recta, quam pulchra quam sancta sint, quae docet Ecclesia. Idque jucundum omnibus fore arbitror qui eam amant, utile autem his quibus cum atheis, Deistis[,] libertinis, indifferentissimum foventibus, Antitrinitariis, aliisque sectariis, maxime vero cum protestantibus qui sibi falsa rationum specie, ac ficta catholicarum sententiarum absurditate blandiuntur, agendi occasio vel necessitas erit. Meo sane zelo non plane successum defuisse divina benignitate sum expertus.

Cum primum philosophia nova in Batavorum gente liberrima recepta fuit, inventi sunt, qui ea ad pessimas sententias tuendas abuterentur, quos inter eminuit quidam Benedictus Spinosa gente judaeus, sed Christianum professus, qui tamen aperte negare ausus est Christi resurrectionem, omniaque miracula. Totum universum concipit ut unam substantiam, quam vocat Deum, creaturas autem vult tantum esse Dei modos, quemadmodum figurae sunt modi extensionis; hinc mens humana ipsi nihil aliud est quam certus quidam cogitandi modus quatenus Deus determinatam hanc corporis humani figuram considerat, seu uno verbo animam Socratis esse ideam talis corporis seu figurae, quam habuit Socrates et immortalitas animae ipsi non in alia re consistit, quam in aeternitate hujus ideae. Deus apud ipsum proprie nec intellectum habet nec voluntatem, nec propter bonum pulchrumve aliumve finem operatur, sed ita ut producat omnia quae potest; quare non tantum mundus ipsi aeternus est et infinitus, sed et omnia possibilia in eo existunt, non minus ea, quae bona et justa videntur, quam absurda et injusta, quoniam scilicet Deo

6 cum | hominibus *gestr.* | atheis, | Deistis *erg.* | *L* 7 f. cum (*1*) acrioribus (*2*) acuti (*3*) protestantibus *L* 10 expertus. (*1*) Sciendum est autem ante omnia esse in Batavis, et periculosissimo contagio latius serpere genus quoddam hominum, qui religionem quandam plane philosophicam si ipsis credimus moliuntur (*2*) Cum *L* 12 abuterentur, (*1*) nec jam de (*a*) protestantium (*b*) Theologis loquor, quibus (*c*) Theologis Calvinianis loquor, quibus vel ideo placuit quod (*aa*) cum formis substantialibus accide (*bb*) corporis natura in extensione vel mole constituta formisque substantialibus et accidentibus realibus profligatis, etiam praesentia realis et transsubstantiatio sublatae viderentur, sed de his qui (*2*) quos *L* 14 miracula. (*1*) Deum fecit (*2*) Dei nomine accipit vim (*3*) Totum universum concipit ut unam substantiam (*4*) In toto mundo (*5*) Totum *L* 15 f. modos, (*1*) adeo ut figurae sunt modi substantiae corporeae, itaque (*2*) quemadmodum . . . extensionis; (*a*) hinc omnia (*b*) quod cum sit (*aa*) ineptissimum (*bb*) quis (*cc*) a ratione alienissimum, (*c*) hinc *L* 18 considerat, (*1*) qui destructo corpore non aliter manet (*2*) seu *L* 18 verbo (*1*) idea hujus corpori (*2*) hanc (*3*) animam *L* 21 aliumve finem *erg.* *L* 23 existunt, (*1*) et cur mala existant non aliam causam esse reddendam, quam (*2*) non minus ea, quae (*a*) nobis (*b*) secundum no (*c*) bona *L*

non defuit materia ad omnia rerum genera producenda. Haec igitur opinio omnem pietatem et religionem tollit, quamvis loquendi formulis utatur, quae videntur eam retinere. Mihi cum hujus hominis sectatoribus crebra fuit colloquendi occasio, quanquam nonnullos totam dogmatis pravitatem perspexisse non arbitrer. Putant autem illi etiam Cartesium pleraque sensisse quae Spinosa tantum apertius fuit elocutus; in quo eis assentiri non ausim, etsi nonnulla Cartesii loca suspecta esse agnoscam.

Porro non nisi unam esse substantiam, et omnia hujus substantiae esse modos, res est perabsurda, et primae omnium experientiarum adversa, nam id quod in se quisque agnoscit cum cogitat seipsum id omnes vocant substantiam; Spinosae vero definitio valde vitiosa est, substantiam enim definit, *quod in se est, et per se concipitur*, primum enim obscurissimum est illud in se esse; si intelligit, non esse in alio tanquam in subjecto utique ego ero substantia, quis enim dicet me esse in Deo tanquam in subjecto seu Deum esse me, sin aliud quid intelligebat debebat explicare, deinde non attingit quid de illis rebus dicendum sit, quae in se sunt, etsi non per se concipiantur quales quidem communiter censentur esse substantiae, aut ostendendum illi erat, nihil posse in se esse, quin per se concipiatur. Sed haec subtiliora, illud vero utilius in conferendo cum his hominibus expertus sum, ut ostendatur illis quam absurdum sit omnia possibilia existere, nihilque tam ineptum et injustum fingi posse, quin alicubi a Deo producatur. Ostendi potest enim contradictionem ut omnia aliquando existant quae contradictionem non implicant.

3 hominis (*1*) discipulis (*2*) sectatoribus *L* 3 f. quanquam (*1*) eos (*2*) nonnullos *L* 4 dogmatis | sui *gestr.* | pravitatem *L* 9 cum (*1*) cogitans seipsum dicit Ego (*2*) cogitat seipsum *L* 9 f. substantiam; (*1*) et cum Spinosa | quidem *erg.* | substantiam definit, id quod in se est et per se concipitur, (*2*) in Spinosae vero definitione (*a*) vis (*b*) vitium est, (*3*) Spinosae . . . est *L* 12 utique (*1*) homo (*2*) Titius erit substantia, quis (*3*) ego *L* 13 non (*1*) dicit (*2*) attingit *L*

10 *quod . . . concipitur*: B. DE SPINOZA, *Ethica*, pars I, def. 3 [Marg.].

416. DE TRINITATE
[Herbst 1685 (?)]

Überlieferung: *L* Konzept: LH I 20 Bl. 342. 1 Zettel (8,5 × 19,7 cm). 1 $^{1}/_{3}$ S.

Dieses Stück weist inhaltliche Nähe zum *Examen religionis christianae* auf, dürfte aber vor diesem, möglicherweise im Herbst 1685, entstanden sein.

Principium illud *quae sunt eadem uni tertio ea sunt eadem inter se*, si cum summo rigore sumatur identitas non minus in divinis quam naturalibus locum habet.Cum dicimus *pater est Deus*, et *filius est Deus*, et *Unus est Deus* tam pater quam filius utique idem esset pater et filius, nisi *Deus* in prioribus duabus propositionibus acciperetur pro persona divinitatis in ultima pro natura divina seu substantia singulari absoluta quam Deum dicimus. Hinc dicimus tres personas divinitatis non tamen tres Deos, eoque sensu discrimen aliquod facimus inter personam divinitatis et Deum, nam si inter duas voces discrimen est pluraliter enuntiatas, ita ut una alteri substitui non possit, erit et inter easdem discrimen aliquod in singulari cum pluralis sit repetitio singularis. Cum dicitur *idem ille qui est pater est etiam filius* sensus est in eadem Dei substantia absoluta esse duas relativas inter se numero differentes. Itaque locutiones illae recte explicandae sunt ne manifestam implicent contradictionem, utraque tamen propria est locutio cum nulla ratio sit cur unam alia magis propriam dicamus, nam in humanis talis loquendi modi exemplum non est, et inde ab usu de proprietate argumentemur. An dici potest: *pater est unicus ille Deus*? non puto, sed pater naturae divinae quae una numero est particeps.

6 f. summo *erg. L* 10 substantia (*1*) illa (*2*) singulari *L* 11 f. Deos, (*1*) utique (*2*) eoque sensu (*a*) distingui (*b*) discrimen *L* 16 se (*1*) diversas (*2*) numero *L*

417.DE DEO ET ECCLESIA
[Herbst 1685 bis Frühjahr 1686 (?)]

Überlieferung:
L Konzept: LH I 20 Bl. 227–228. 1 Bog. 4°. 4 Sp.
E GRUA, *Textes*, 1948, S. 171–174.

Dieses und das folgende Stück stehen durch teilweise wörtliche Übereinstimmung, Schriftduktus und die Verwendung desselben Papiers in engem Zusammenhang und waren ursprünglich durch Fadenheftung miteinander verbunden. Inhaltliche Parallelen zum *Examen religionis christianae* (N. 420) lassen auf eine diesem vorangehende Entstehungszeit zwischen Herbst 1685 und Frühjahr 1686 schließen.

Naturali lumine constat esse aliquam substantiam perfectissimam, quam Deum appellamus, atque hunc proinde esse unicum, esse necessarium sive aeternum, esse omnium quae in caeteris rebus sunt perfectionum autorem et conservatorem, quicquid autem imperfectionis est ubique a propria creaturarum limitatione proficisci. Consequens etiam est Deum esse Mentem Omnipotentem et Omnisciam, omniaque ab ipso optima ratione ordinari, ut non possit melius. Denique Deum maximam in universo Mentium rationem habere, quarum Societas Optimam sub hoc justissimo Monarcha Rempublicam componat; in qua omnia supra sapientissimorum vota esse manifestum esset nobis, si arcana providentiae nosceremus.

Ex his porro colligitur supremum amorem, et cultum ipsi vicissim a Mentibus deberi; omnesque summa ope niti debere, ut praesumtae ejus Voluntati satisfaciant, et

10 (*1*) Deus est substantia perfectissima, ac proinde (*2*) Naturali *L* 10 constat (*1*) Deum esse (*2*) esse aliquam *L* 10 f. perfectissimam, (*1*) quam Deum appellamus, unde consequens est Deum (*2*) Ac proinde (*3*) quam . . . proinde *L* 12 f. conservatorem, (*1*) qui (*2*) in quibus (*3*) quicquid autem (*a*) in (*aa*) rebus (*bb*) creaturis imperfectum (*aaa*) est (*bbb*) a propria ipsarum limitatione proficiscitur. Sec (*b*) imperfectionis . . . proficisci. *L* 14 f. Omnisciam, (*1*) et omnium rerum justi (*2*) omniaque ab ipso (*a*) optimari (*b*) optima ratione (*aa*) gubernari (*bb*) fier (*cc*) ordinari, *L* 15 melius. (*1*) Inprimis autem Regem ac Dominum esse Mentium caeterarum, (*a*) quae scilicet (*b*) (id est substantiarum quae ipsum pariter ac sese cognoscere possunt,) (*aa*) quarum in Universo potissimum a Deo habetur ratio, (*bb*) et q (*cc*) eas (*dd*) earumque potissimam in Universo a Deo rationem haberi, justis (*2*) Denique Deum (*a*) esse justissimum (*aa*) caeterarum Mentium Monarcham, easque justissima ratione gubernare, ut (*bb*) Monarcham totius Universarum Mentium Societatis, qu (*b*) maximam *L* 16 Societas (*1*) quandam (*2*) Optimam *L* 17 esse (*1*) constaret (*2*) manifestum esset *L* 18 arcana | divinae *gestr.* | providentiae *L* 19 porro (*1*) manifestum est summum (*2*) colligitur supremum *L* 19 ipsi (*1*) ab omnibus (*2*) vicissim a *L* 20 deberi; (*1*) quemad (*2*) omnesque (*a*) summa (*b*) omni (*c*) summa *L*

Spartam quisque suam, ac res cum quibus versatur ornet; quantum ex his quae ipsi nota sunt divinae voluntati consentaneum fore judicare potest. Quod si conatui successus desit, tanta tamen Dei bonitas est, ut sit optima sed seria sinceraque nostra voluntate atque erga se affectu contentus.

Quae cum talia sint, ut nihil videatur[1] facilius esse recte ratiocinanti quam Deum amare et colere, constat tamen experientia Genus humanum usque adeo a rationalis naturae perfectione descivisse ut nihil appareat difficilius atque rarius. Nec satis remedii attulit philosophia sive ratio arte culta, tum quod in rebus a sensu remotis difficilis demonstratio est, tum quod homines sine majore quadam vi atque impressione solis rationibus non satis moventur.

Itaque Bonitati Sapientiaeque divinae consentaneum fuit Religione Revelata emendari genus humanum, et ad meliora complectenda animos commoveri, tum ut disceremus quae ratio docere non potest, tum ut major autoritas rationibus adderetur.

Ea autem Religio divinitus missa, haud dubie Christiana est, quae tot tantasque habet veritatis notas, ut divinae providentiae in ea stabilienda consilium agnoscere cogamur, nisi Deum ipsum fingamus nos objectis tot argumentis (: quod absit :) decipere voluisse.

Extant autem Libri Sacri, quos pro parte saltem potiore (ut reliqua nunc seponam, quae vel minimam dubitationem habuere) genuinos esse, et primis religionis nostrae praedicatoribus Christi discipulis quibus ascribuntur tribui debere, tam certum est apud peritos, quam Ciceronis aut Virgilii esse potissima illa quae sub illorum nominibus leguntur.

---

[1] *Darüber*: credas

1 quibus (*1*) versandum ipsi est (*2*) versatur ornet; (*a*) attamen (*aa*) si conatui successu (*bb*) quantum ipse (*b*) quantum *L* 2 conatui *erg. L* 3 sit (*1*) summe (*2*) optima *L* 3 f. voluntate (*1*) contentus. (*2*) atque *L* 5 cum (*1*) ita (*2*) talia *L* 5 nihil (*1*) facilius recte ratiocinanti videatur (*2*) videatur facilius esse recte ratiocinanti *L* 6 amare et *erg. L* 6 tamen (*1*) gen (*2*) experientia *L* 7 ut (*1*) verissimi (*2*) nihil videatur difficilius. (*3*) nihil videatur (*4*) experiamur (*5*) ⟨pauci⟩ officio (*6*) nihil . . . rarius. *L* 7 f. remedii (*1*) Philosophiam, sive rationem studio excultam (*a*) as (*b*) attulisse (*aa*) , tum quod (*bb*) vid (*2*) attulit *L* 8 culta, (*1*) sive (*2*) tum quod (*a*) diff (*b*) in *L* 9 sine (*1*) superiore (*2*) majore *L* 11 f. Religione (*1*) animos commoveri ex omnibus autem (*2*) Revelata | emendari . . . complectenda *erg.* | *L* 13 ut (*1*) majus pondus (*a*) atque (*b*) co (*2*) major *L* 13 f. adderetur (*1*) Ex omn (*2*) Ea *L* 15 in (*1*) ejus stabi (*2*) ea *L* 16 fingamus (*1*) , quod (*2*) nos (*a*) , quod absit (*b*) objectis tot | speciosis *gestr.* | argumentis *L* 18 f. Libri | quidam *gestr.* | Sacri, (*1*) quos (*a*) ab illis qui primu (*b*) a primis Christi discipulis | (*2*) ex quibus (*a*) nonnullos saltem (*b*) partem (*3*) quos . . . saltem (*a*) certe (*b*) potiore . . . dubitationem (*aa*) habent) (*bb*) habuere) *erg.* | *L* 20 discipulis (*1*) tribui debere (*2*) quibus *L* 20 f. apud peritos, *erg. L* 22–S. 2349.1 leguntur | (*1*) caeter (*2*) reliqua canone Ecclesiae confirmantur, de cujus autoritate *erg. u. gestr.* | (*a*) . Verum (*b*) . Ex his autem libris indubi (*c*) . Sed *L*

Sed cum constet inde a quatuordecim pene seculis in Ecclesia Christiana invaluisse sententias, quae ex solis libris sacris perfecte satis et clare evinci non possunt, et, si falsae essent, periculosissimae profecto forent, alterutrum dicendum videtur, vel Christianam religionem, si falsa sunt ista dogmata mox ab initio fuisse horribiliter corruptam, et Divinam providentiam consilio suo excidisse, et praevalentibus inferorum portis irrita fuisse Christi promissa, de Ecclesia sua tutanda, atque in omnem veritatem divini spiritus ope ducenda; cum tamen etiam falsas religiones diutius puritatem servasse constet; quae sane nescio an non ipsam Christianam religionem evertant, et ad Deismum aliquem nudum, si non Atheismum, ducant; vel fatendum erit dogmatis illis tuendis Ecclesiae autoritatem sufficere, et Ecclesiae divinis promissis atque auxiliis munitae judicio circa veritates salutares tuto stari. Idque fidei simplicium, et caritatis quoque vinculo inter Christianos conservando, quod maxime Christus suis ante discessum commendavit aptissimum esse dubitari non potest.

Porro ut Schismata vitarentur Ecclesiam communi quadam gubernatione atque Hierarchia colligari non rationi tantum consentaneum est, sed et traditioni Ecclesiae ipsius, et verbis Christi in Scriptura, quibus illud *Dic Ecclesiae*, praecepit, et ligandi solvendique potestatem concessit; et praxi Apostolorum Hierosolymis primum Concilium habentium.

Cum vero concilia universalia semper haberi non possint, et tamen consentaneum sit aliquam etiam interconciliari tempore Gubernationis communis rationem superesse, neque unquam facile aliquo capite ac directore Rempublicam Christianam carere; nullum autem Collegium inde ab Apostolorum temporibus extiterit, cui tale quid tribui possit, nec quisquam hominum praeter unum Romanum Episcopum tantum sibi juris arrogaverit, Romanus vero principis olim toto orbe urbis Pastor, et vetustatis exempla atque autoritatem et possessionem longam habeat, et quod sane mirum est, quibusdam Scripturae dictis, non obscure adjuvetur, admittendum videtur tantum illi potestatis divinitus concessum esse quantum opus est ad Ecclesiam quam optime gubernandam.

2 satis (*1*) evinci (*2*) et *L* 4 , si . . . dogmata *erg.* (*1*) statim (*2*) mox *L* 5 excidisse, (*1*) et (*2*) irritaque (*3*) et *L* 6 f. veritatem (*1*) salutarem (*2*) divini *L* 7 religiones (*1*) purius (*2*) diutius *L* 9 f. vel (*1*) Dogma (*2*) fatendum erit (*a*) judicio (*b*) | dogmatis . . . et *erg.* | *L* 10 promissis (*1*) ⟨ – ⟩ (*2*) atque *L* 11 judicio (*1*) tut (*2*) circa *L* 11 f. quoque (*1*) Chri (*2*) vinculo *L* 16 verbis (*1*) Sacrae Scripturae, (*2*) Christi in Scriptura, (*a*) qui (*b*) quibus *L* 16 et (*1*) claves (*2*) ligandi *L* 17 f. Apostolorum (*1*) cum primum Hierosolymis (*2*) quando primum Concilium Hierosolymis habuere (*3*) Hierosolymis . . . habentium. *L* 19 universalia *erg.* *L* 19 f. possint, (*1*) utique necesse est (*2*) et . . . sit *L* 21 facile *erg.* *L* 22 temporibus (*1*) sibi talem potestatem ascripserit, (*2*) extiterit, . . . possit, *L* 23 quisquam (*1*) Pastorum (*2*) hominum *L* 24 principis (*1*) in ⟨or-⟩ (*2*) in prima Ecclesia per orbem Urbis, (*3*) olim . . . Pastor, *L* 25 atque (*1*) autoritates plurimas, et autoritat (*2*) autoritatem *L* 25 quod (*1*) magis est quibusda (*2*) sane *L* 26 adjuvetur (*1*) concedendum | (*2*) con (*3*) admittendum *erg.* | *L* 27–S. 2350.1 gubernandam. (*1*) Quivis (*2*) Quicunque *L*

Quicunque autem unitatem Ecclesiae sua culpa abrumpunt aut schisma fovent, eos gravissime peccare, et animam suam summo periculo exponere pro certo habendum est. Quanta enim sint schismatis mala funestissimis experimentis didicit orbis. Et qui non faciunt quantum in se est, ut ex schismate redeant in Catholicam unitatem, temere sese privant ordinariis quibusdam divinae gratiae auxiliis quae Sacramentis Ecclesiae ideo Deus astrinxit, ut fortiore vinculo animi fidelium connecterentur.

Nam ita in Ecclesia receptum et uti arbitror divinitus institutum est, ut nec Sacramentum corporis Domini cujus communicatione etiam Ecclesiae corpus sua membra agnoscit, confici, nec maxima clavium potestas exerceri possit nisi a pastore rite ordinato; ipsa autem ordinatio sit Episcoporum, qui successores Apostolorum habentur. Et licet aliquos necessitatis casus excipi posse daremus, quibus hujus potestatis pars vel communicaretur aliis, vel divina benignitate suppleretur, praesertim si quem Deus ita respexerit, ut vero divino amore incendatur; hoc tamen contemtui aliorum patrocinari non potest. Manifestum enim est qui Deum super omnia toto corde amat, praescripta ab ipso remedia nostrae infirmitatis spernere non posse.

Ecclesia quoque Canonem librorum sacrorum constituit, cui tuto fidi potest, etsi de nonnullis aliquando sit dubitatum. Neque vero Circulus committitur quasi Ecclesia per Scripturam probaretur, et rursus Scriptura per Ecclesiam. Nam potiorem partem sacrorum librorum constat eodem jure agnosci, quo alii veteres autores solent, etsi nullum Ecclesiae decretum accessisset, atque hi v i c i s s i m Ecclesiae autoritatem suis testimoniis juvare possunt. Ecclesiae autem Canon et reliqua sacra volumina totumque adeo Scripturae corpus innuit. Ecclesiae autem usque adeo in clara luce posita est autoritas, ut iis quae supra attulimus argumentis, etiam sine Scriptura, stabiliri posset.

1 aut schisma fovent *erg. L* 2 et (*1*) summo animam (*2*) animam suam summo *L* 2 exponere (*1*) dubitari non debet (*2*) pro *L* 3 qui (*1*) in schismate haerent, carent ordinariis (*a*) qu (*b*) di (*c*) auxiliis divi (*2*) ex (*3*) schismate cum possint, non (*4*) ex (*5*) non *L* 4 schismate (*1*) exeant (*2*) redeant *L* 4 f. unitatem, (*1*) carent (*2*) temere sese privant *L* 5 auxiliis (*1*) quas Ecclesiae (*2*) quae *L* 5 f. ideo *erg.* Deus | ideo *gestr.* | astrinxit, (*a*) quo (*b*) ut *L* 7 receptum (*1*) est (*2*) et *L* 8 f. cujus communicatione (*1*) et (*2*) etiam Ecclesiae corpus (*a*) colligatur, (*b*) sua membra agnoscit, *erg. L* 9 maxima *erg. L* 10 f. , qui . . . habentur *erg.* . (*1*) Quodsi in nonnullis (*2*) Et *L* 11 posse (*1*) demus (*2*) daremus, quibus (*a*) aliqua (*b*) hujus *L* 12 vel (*1*) divini (*2*) a Deo suppleretur hoc tamen illis (*3*) divina *L* 12 suppleretur, (*1*) hoc tamen illis patrocinari posset, (*2*) praesertim si (*a*) quis (*b*) quem *L* 14 Deum (*1*) vere amat, (*2*) super *L* 16 cui (*1*) toto (*2*) tuto *L* 17 nonnullis (*1*) olim (*2*) subinde sit dubita (*3*) aliquando (*a*) esset (*b*) sit *L* 22 adeo (*1*) eorum (*2*) Scripturae *L* 23 sine (*1*) scripto verbo (*2*) Scriptura, *L*

418. POSITIONES
[Herbst 1685 bis Frühjahr 1686 (?)]

Überlieferung:
L Konzept: LH I 20 Bl. 260–261. 1 Bog. 4°. 3 $^3/_4$ Sp.
E GRUA, *Textes*, 1948, S. 174–176.

Zur Datierung vgl. N. 417.

Positiones

Deus (id est substantia infinita, aeterna, omnipotens, omniscia, summe bona, unica) existit.

Omnis perfectio creaturarum est a Deo, omnis imperfectio a propria ipsarum limitatione.

Deus omnia tam bene agit, ut nihil melius vel optari a sapiente possit.

Omnis Mens (id est substantia quae sui conscia est, ac Deum cognoscere potest) immortalis est, et non modo non destruitur, sed nec unquam personam sibi impositam sive memoriam atque conscientiam sui prorsus amittit.

Deus nihil aliud ab hominibus postulat quam optimam voluntatem, sed seriam atque sincerum vel quod eodem redit, verum Dei amorem super omnia, ex quo caritas quoque erga alios consequitur.

Legibus optimae Reipublicae, cujus Monarcha Deus est, consentaneum est, ut nullum sit bonum factum sine praemio, nullum peccatum sine poena.

Experientia docuit tantam esse hominum corruptionem, ut sola ratio non satis apud eos possit, itaque peculiari gratia atque Revelatione divina opus fuit, tum ut religionis autoritate magis animi moverentur, tum ut divinam voluntatem circa emendationem nostram, et salutis oeconomiam disceremus.

12 bene (*1*) ordinat, (*2*) agit, *L* 13 Omnis (*1*) substant (*2*) Mens *L* 16 quam (*1*) amorem sui super omnia, atque adeo (*2*) optimam *L* 20 nullum (*1*) malum (*2*) maleficiu (*3*) peccatum *L*
20 f. poena | vel expiatione *gestr.* | . (*1*) Revelata religione (*2*) Revelatione opus fuit tum ut disceremus quae ratio docere non potest, tum ut homines quos solae rationes non satis tangunt, religione moverentur. Messi (*3*) Experientia docuit, (*a*) solam rationem, sine religione non satis apu homines posse, itaque tantum (*b*) tantam *L*
21 f. apud eos *erg.* *L* 22 gratia (*1*) Divina (*2*) atque *L* 24 salutis (*1*) rationem (*2*) oeconomiam *L*

Divina providentia passura non est, ut mendacium omnia induat insignia et ut ita dicam paludamenta Veritatis. Itaque cum Religio Christiana tot tantisque argumentis muniatur et sanctissimis praeceptis admirandam originem junxerit, quae divinum ubique digitum ostendit; aut veram esse, aut quod absit Deum errorem nobis procurasse, fatendum est.

Sunt aliqui Scripturae Sacrae libri, quos genuinos esse et a primis Christianae religionis doctoribus, quibus tribuuntur, scriptos tam certum est, quam genuina esse complura monumenta scriptorum veterum profanorum.

Consentaneum est et Providentiae consilio, et divinis promissis [quae] in libris sacris indubitatis extant ut portae inferorum non praevaleant contra Ecclesiam Dei; contra Christum semper illi usque ad consummationem seculi affuturum, contra divinum Spiritum, qui eam ducturus erat in omnem veritatem.

Maxime autem indignum instituta divinitus ac tot promissis auctorata religione foret, si vix natam jam inde a quatuordecim seculis, et amplius horribilis corruptela occupasset, cum videamus, falsas religiones diutius puritatem servasse.

Qui aliter sentiunt, cavere debent ne omnem religionem revelatam, imo et providentiam tollant, et non tantum ad Deismum, sed etiam Atheismum ducant.

Videmus autem esse Dogmata in Ecclesia a tot seculis recepta, praesertim circa Trinitatem et incarnationem, quae si falsa essent, periculosissima forent, nec tamen sufficienter ex sacris libris evinci possunt, neque alia fortius ratione confirmantur, quam quod Ecclesiae judicio probantur, atque adeo providentiae quae tantam corruptelam praevalere passura non erat.

Unde jam colligitur tantam Catholicae Ecclesiae autoritatem esse debere, ut judicio ejus circa Veritates Salutares tuto stari possit. Eaque compendiaria fidei totius ratio est.

Concilium legitimum et Oecumenicum Ecclesiae personam repraesentat, neque enim alia melius ratione judicium ejus cognosci potest.

Extra-Conciliari tempore aliqua opus est communi Ecclesiae gubernatione.

Nullum Collegium, nullusque homo sibi extra concilium gubernandae universalis Ecclesiae potestatem arrogavit praeter Episcopum veteris Romae, quae caput erat cultissimae partis orbis terrarum, et cujus imperio potior Christianorum pars suberat.

3 muniatur (*1*) aut vi (*2*) et *L* 6 esse (*1*) tam certum est quam constat genuina esse scri (*2*) et *L* 9 divinis *erg. L* 9 qui *L ändert Hrsg.* 10 f. Ecclesiam (*1*) ; us (*2*) ; et (*3*) ; div (*4*) Dei; contra (*a*) Christi opem qui semper se illi affore prom (*b*) Christum *L* 13 indignum (*1*) verae reli (*2*) divinae (*3*) instituta *L* 14 seculis, (*1*) horribi (*2*) et *L* 19 f. falsa (*1*) sunt, periculosissima sunt, nec tamen (*a*) satis (*b*) ex (*c*) per se (*d*) sufficienter ex sacris libris evincunt, (*2*) essent, . . . possunt, *L* 20 alia (*1*) melius (*2*) fortius *L* 25 Ecclesiae (*1*) autoritatem (*2*) personam repraesentat (*a*) . Interconciliari tempore (*b*) , neque *L* 29–S. 2353.1 , quae (*1*) fuit (*2*) caput . . . suberat *erg.* (*a*) Pontifex Romanus (*b*) Pontificis Roman (*c*) Universalis Eccle (*d*) Autoritas *L*

Autoritas Pontificis Romani in gubernanda Ecclesia universali vetustissimis exemplis atque testimoniis, longissima possessione, et quod mirum est memorabilibus quibusdam Scripturae Sacrae locis adjuvatur.

Itaque cum Gubernatio Ecclesiae alicui tribuenda sit, nec sit praeter Romanum Pontificem cui ascribatur consequens est huic esse tribuendam.

Tantum potestatis Pontifici Maximo divinitus concessum esse dicendum est, quantum opus est ad Ecclesiam bene regendam.

Divino jure (minimum ordinario), quaedam Sacramenta non nisi in Ecclesia, nec nisi a personis in Ecclesia rite ad eam rem ordinatis administrari possunt. Ita Sacramentum corporis Domini non nisi a presbytero conficitur, nec nisi presbyter in absolvendis poenitentibus clavium potestatem exercet, nec nisi Episcopus presbyterum ordinat. Atque haec ordinationis linea pro sigillo quodam atque autoramento Hierarchiae habenda est.

Schisma inter maxima est orbis et Ecclesiae mala, et qui ejus autor est summo se scelere obligat; qui vero in schismate haeret culpa sua gravissime peccat.

Quin et qui citra culpam in ipso vivit ut qui injuste excommunicatus est quibusdam Dei beneficiis non aeque ac illi fruitur, qui Ecclesiae communione actuali utuntur; et majore in periculo salutis versatur, eoque majore studio ac conatu opus habet, tum ut reconcilietur, tum si id obtinere non potest, ut exuberantia optimae voluntatis ac precibus ordinariorum auxiliorum supplementa a Deo per Christum obtineat.

Plane arbitror de Librorum Sacrorum Canone Ecclesiae Catholicae judicio standum esse; etiam circa illos quorum autoritas magis dubitationi obnoxia est; quales scimus esse de quibus veteres non satis constanter sunt locuti.

Nullus committitur Circulus quasi Scriptura probetur per Ecclesiam et Ecclesia per Scripturam. Nam potissima pars eorum quae Evangelistis et Apostolis tribuuntur indubitate genuina est, nec apud peritos opus habet ullo decreto; quin potius testimonia ejus

3 Sacrae (*1*) testim (*2*) locis *L* 5 cui (*1*) tribuatur (*2*) ascribatur *L* 5 f. tribuendam (*1*) , tantumque ipsi potestatis (*2*) . Tantum *L* 8 jure (*1*) (saltem (*2*) (minimum *L* 9 rite (*1*) constitutis (*2*) ad *L* 10 corporis (*1*) Dominici confici non potest, nisi a presbytero conficitur. Idem (*2*) Domini . . . conficitur, *L* 10 presbyter (*1*) clavium (*2*) Sacramentum (*3*) poenitentes (*4*) in *L* 11 f. nec (*1*) presbyter (*2*) nisi (*a*) ab Episcopo (*aa*) ordinatur presbyter (*bb*) presbyter ordinatur. (*b*) Episcopus . . . ordinat. *L* 14 inter (*1*) gravissima (*2*) maxima *L* 15 peccat (*1*) ; et magno animam periculo objicit (*2*) . Quin *L* 16 ut . . . est *erg.* (*1*) aliqui (*2*) quibusdam *L* 17 fruitur, qui (*1*) in Ecclesiae communione actuali vivunt; et ⟨ma⟩ (*2*) Ecclesiae . . . et *L* 18 versatur (*1*) . Unde certum fatendum est (*2*) . Adeoque (*3*) , eoque *L* 18 studio (*1*) in (*2*) ac (*a*) conatus (*b*) conatu *L* 19 reconcilietur, tum (*1*) ut sibi caveat (*2*) si *L* 19 f. voluntatis (*1*) defectum (*2*) ordinarii auxilii supple (*3*) | ac precibus *erg.* | ordinariorum *L* 22 illos (*1*) de quibus olim fuit dubita (*2*) quorum *L* 25 potissima (*1*) Voluminis Sacri pars tam manifeste (*2*) pars *L* 25 quae (*1*) Apostolis tribuu (*2*) Evangelistis *L*

Ecclesiae autoritatem firmant, quae tamen aliunde etiam ex ipso Providentiae consilio comprobatur. Reliqua autem parte quae Canone indiget, ad Ecclesiae autoritatem probandam nihil est opus.

419. PROPOSITIONES THEOLOGICAE
[Herbst 1685 bis Frühjahr 1686 (?)]

Überlieferung:
L Konzept: LH I 20 Bl. 270. 1/2 Bog. 2°. 1 S.
E GRUA, *Textes*, 1948, S. 171.

Inhaltliche Parallelen zum *Examen religionis christianae* (N. 420) lassen auf eine diesem vorangehende Entstehungszeit zwischen Herbst 1685 und Frühjahr 1686 schließen.

Cum versio vulgata Scripturae in Concilio Tridentino Authentica declaratur, hoc non ita intelligendum est quasi haec versio nunquam discedat ab originali, sed quia Ecclesia pro comperto habuit discrimen nullius quoad res fidei morumque esse momenti; ac proinde versionem hanc tuto adhiberi posse declaravit.

Dum Sancti invocantur, cavendum est ne majorem ipsis quam Deo misericordiam tribuamus. Est enim Misericordia, virtus quaedam; virtutes autem Deus in summo possidet gradu.

Sanctorum auxilium consistit in intercessione.

Ecclesia non definivit an purgatorii poena consistat in igne proprie dicto.

Utile est communionem sub utraque specie concedi populis inprimis qui ei assuevere.

Conjugium quoque Clericorum alicubi recte concedetur.

14 f. declaravit (*1*) Invocatio Sanctorum ita moderanda est, ut appareat (*2*) Dum *L* 17 f. gradu. | Omne *gestr.* | Sanctorum auxilium | maxime *gestr.* | consistit *L*

11 Concilium Tridentinum, sess. IV, 8. April 1546, decretum 2 (MANSI XXXIII, Sp. 22E–23A).

Liberum arbitrium non pugnat cum ea necessitate aliquid amplectendi quae oritur ex clara apparentia boni majoris, electio enim sua natura tendit ad optimum apparens: et objectum formale voluntatis est bonum apparens; minus autem bonum habet rationem mali.

Nemo sine vero Dei amore justificari potest.

Adoratio in Eucharistia non est terminanda in visibile et sensibile tanquam objectum latriae, sed in Deum praesentem.

420.EXAMEN RELIGIONIS CHRISTIANAE (SYSTEMA THEOLOGICUM)
[April bis Oktober 1686 (?)]

Überlieferung:

L Konzept: LH I 2, 1 Bl. 1–30. 15 Bog. 2°, geheftet. 57 Sp. (Unsere Druckvorlage.)

A[1] Abschrift Baring mit Korrekturen und Anmerkungen von Gruber: LH I 2, 2a Bl. 1–67. 34 Bog. 2°. 133 1/4 S.

A[2] Abschrift Raspe: LH I 2, 2b Bl. 1–138. 72 Bog. 4°. 275 3/4 S.

E[1] J. A. EMERY, *Exposition de la doctrine de Leibnitz sur la religion, ouvrage latin inédit, et traduite en françois. Avec un nouveau choix de pensées sur la religion et la morale extraites des ouvrages du même auteur*, Paris 1819, S. 1–353.

E[2] P. LACROIX, *Système de théologie ou exposition de la doctrine de Leibnitz sur la religion, publié pour la premìere fois d'après le texte original*, Paris 1845.

E[3] C. HAAS, *G. W. Leibniz, Theologisches System. Eine möglichst korrekte Ausgabe des lateinischen Textes und dessen Übertragung ins Deutsche; nach dem Manuskript der Staatsbibliothek in Hannover*, Tübingen 1860.

E[4] FOUCHER DE CAREIL, *Oeuvres* 1, 2. Aufl. 1867, S. 531–652 (nach *L*).

Kollation von *E*[2] mit *L* durch GROTEFEND, in *Göttingische gelehrte Anzeigen* vom 2. Mai 1846, H. 72.

Weitere Drucke und Übersetzungen: A. RÄSS u. N. WEIS, *Leibnitzens System der Theologie. Nach dem Manuskripte von Hannover (den lateinischen Text zur Seite) ins Deutsche übersetzt*, [Mainz 1820] (der lat. Text nach *E*[1]), 2. Aufl. Mainz 1820. 3. Aufl. 1825. – *Anon. Godgeleerd Stelsel* in: *De ware kerk in hare leer en instellingen*, Utrecht 1829 (nach Räß u. Weis). – *Anon.* A. DE BROGLIE, Löwen 1845 (mit dem lat. Text von *E*[2]) u. Paris 1846 (beigedruckt die Kollation von Grotefend); angehängt an M. EMERY, *Pensées de Leibnitz sur la religion et la morale*, Tours 1870, S. 231–372. (alle nach *E*[2]). – CH. W. RUSSELL, *A System of Theology*, London 1850 (nach *E*[2]). – G. P. MIGNE, *Demonstrations evangeliques*, 4, Paris 1857, Sp. 1029–1102 (nach *E*[1]).

4 f. mali. (*1*) Qui non est in statu a (*2*) Nemo *L*

Das *Examen religionis christianae*, das ursprünglich ohne Titel war, jedoch durch den späteren Abschreiber Johann Daniel Gruber als *Systema Theologicum* bezeichnet wurde, bildet die umfangreichste Schrift unseres Bandes, in der sich Leibniz mit der Frage der Wiedervereinigung der Kirchen beschäftigt. Vom Standpunkt eines Katholiken aus unternimmt er eine ausführliche Behandlung der katholischen Dogmen, vollendet seinen ursprünglichen Plan jedoch nicht, wie die dann unausgeführte Ankündigung »Sed de primatu et autoritate Romani Pontificis postea pluribus erit dicendum« zeigt, sondern bricht mitten in einem Satz ab. Inhaltliche Parallelen zu Aussagen in IV, 3 N. 16–19 und in unseren Stücken ab N. 400 finden sich an vielen Stellen des *Examen* und lassen dieses gleichsam als einen Höhepunkt der Reflexion erscheinen, doch scheint es in der Folgezeit keine Verwendung gefunden zu haben.

Das Konzept trägt zwei Wasserzeichen, die beide derselben Papiermühle zuzuordnen sind und deren Belegräume unmittelbar ineinander übergehen. Für das Papier von Bl. 1–4, das Leibniz ebenso in dem zwischen Januar und Februar 1686 entstandenen *Discours de Métaphysique* (N. 306) benutzt hat, ergibt sich dabei ein Belegraum bis einschließlich März 1686, für Bl. 5–29 anschließend ab April bis Oktober 1686. Dies und die inhaltliche Geschlossenheit des Stückes legen nahe, seine Entstehung in einen relativ kurzen Zeitraum, vielleicht noch in das Frühjahr 1686 und nur wenig später als die des *Discours de Métaphysique*, zu setzen.

Neben dem Konzept existieren zwei Abschriften, die eine nach 1729 durch Johann Daniel Gruber veranlaßt und durch den Hannoveraner Bibliotheksschreiber Daniel Eberhard Baring ausgeführt (A^1, mit zahlreichen Korrekturen und Bemerkungen von Gruber), die andere aus der Mitte des 18. Jhs. von Rudolph Erich Raspe (A^2). Als Hannover 1810 ein Teil des Königreiches Westfalen unter Jerôme Bonaparte wurde, forderte dieser für seinen Onkel, den Kardinal Joseph Fesch, das Konzept nach Paris an, wo der Abbé M. Émery, Superior von St. Sulpice, eine (mehr als fehlerhafte) Kopie der Handschrift als Druckvorlage anfertigen ließ und das *Examen* mit einer französischen Übersetzung 1819 publizierte (E^1). Dieser Druck diente im darauffolgenden Jahr R. Räss und N. Weis für eine Edition des lateinischen Textes mit deutscher Übersetzung. Nach dem Friedensschluß behielt Kardinal Fesch das Originalmanuskript widerrechtlich in seinem Besitz und vererbte es bei seinem Tod 1839 an seinen Neffen Joseph Bonaparte, der es in Rom in der französischen Nationalkirche aufbewahren ließ. Nach mehrfacher Aufforderung kam die Handschrift 1843 wieder nach Hannover, nicht ohne daß vorher der Text durch Pierre Paul Lacroix mit der Ausgabe von Émery verglichen wurde, als dessen Ergebnis er 1845 eine Edition mit französischer Übersetzung vorlegte (E^2). Die wieder in Hannover befindliche Handschrift kollationierte Carl Grotefend 1846 und verglich sie mit der Edition von Lacroix. Auf diese Kollationsergebnisse konnte Carl Haas im Jahre 1860 seine in der Textkonstitution entsprechend gesicherte Ausgabe mit deutscher Übersetzung stützen (E^3).

Die Handschrift liegt heute in gehefteter Form und in einen Pappdeckel eingebunden vor, dessen Aussenseite den Titel »Leibnitii Systema theologicum autographum« trägt. Das Vorsatzblatt verzeichnet »G. G. Leibnitii Systema theologicum ipsius auctoris manu scriptum constans XV. plagulis s. philuris. κτῆμα Bibliothecae Regio-Hanoveranae.« Diese Bindung dürfte erst zum Zwecke des Versandes nach Paris vorgenommen worden sein.

Bei der Bearbeitung dieser Schrift wurden Vorarbeiten von Lotte Knabe herangezogen.

Cum[1] diu multumque invocato divino auxilio sepositisque, quantum forte homini possibile est, partium studiis perinde ac si ex novo orbe neophytus nulli adhuc addictus

[1] *Auf der Rückseite des letzten* (*leeren*) *Blattes* (30 v°): Examen religionis Christianae

38 multumque (*1*) sepositis (*2*) invocato . . . sepositisque *L* 38 forte *erg. L* 39–S. 2357.1 perinde . . . venirem | invocatoque divino auxilio *gestr.* | *erg. L*

venirem controversias de religione versaverim; haec tandem mecum ipse statui, atque expensis omnibus sequenda putavi,quae et Scriptura sacra, et pia antiquitas, et ipsa recta ratio et rerum gestarum fides homini affectuum vacuo, commendare videntur.

Primum ita sentio esse substantiam perfectissimam eamque unicam, aeternam, ubique praesentem, omnisciam et omnipotentem quam Deum vocamus, a qua omnia alia pulcherrima ratione creata sunt, et perpetua quadam productione conservantur. Itaque minime ferri debet eorum doctrina, qui Deum corporeum, finitum, loco circumscriptum, futurorum contingentium absolutorum vel conditionatorum ignarum, sibi fingunt. Et proinde Antitrinitarios quosdam et his vicinos valde improbo, qui ne hoc quidem caput fidei intactum reliquere, et de Deo sentiunt indignius.

Haec porro intelligentia suprema alias mentes condidit a quibus glorificaretur, quas justissima ratione gubernat, ita ut qui totam divinae oeconomiae rationem intelligeret, perfectissimae reipublicae exemplar esset deprehensurus, in quo nihil desiderare sapiens aut voto supplere possit. Itaque fugiendi sunt qui Deum concipiunt tanquam vim quandam summam a qua cuncta quidem emanent, sed indiscriminat⟨im⟩, quadam existendi necessitate, sine delectu pulchri aut boni tanquam hae notiones vel arbitrariae essent vel non in natura sed humana tantum imaginatione consisterent.

Deus ergo non tantum est maximus autor rerum, sed et optimus princeps mentium, et Legislator quidem, sed qui nihil aliud a subditis istis suis exigit, quam animos sincere affectos, ac recta intentione praeditos, et de hac ipsa beneficentia et justissima gubernatione et pulchritudine ac bonitate Domini omnium amabilissimi persuasos et proinde non timentes tantum potentiam summi omniaque perspicientis Monarchae, sed et benevolentiae ejus confidentes, ac denique, quod cuncta complectitur, amore Dei super omnia accensos.

2 f. quae (*1*) ipsa recta ratio hominibus (*2*) et Scriptura . . . homini *L* 3 commendare (*1*) mihi visa est (*2*) videntur *L* 4 f. aeternam, ubique praesentem *erg. L* 5 quam Deum vocamus *erg. L* 5 f. omnia (*1*) cum | (*2*) alia pulcherrima *erg.* | ratione *erg. L* 6 quadam (*1*) emanatione (*2*) reproductione (*3*) productione *L* 6–10 Itaque . . . finitum, | loco circumscriptum *erg.* | (*1*) quorundam futurorum ut | (*2*) futurorum contingentium *erg.* | . . . indignius. *erg. L* 13 reipublicae (*1*) exe (*2*) absolutam pla (*3*) exemplar *L* 14–24 Itaque . . . consisterent *erg.* (*1*) Et vero nihil aliud a subditis istis suis exigit Deus, quam ut hoc ipsum agnoscant animumque sincere affectum ac recta intentione praeditum, et hanc ipsam Dei beneficentiam et justissimam gubernationem persuasos. Et proinde amore Dei accensos. (*2*) Deus . . . accensos. *L*

Qui enim haec sentiunt, penitusque animo infigunt, et vita exprimunt, hi nunquam obmurmurant divinae voluntati, scientes *omnia Deum amantibus in bonum cedere* debere, et quemadmodum praeteritis contenti sunt, ita circa futura agere ipsi conantur, quicquid praesumtae Dei voluntati congruere judicant. Ea autem praemiis poenisque propositis postulat, ut quisque Spartam suam ornet, ad instar primi hominis hortum in quo collocatus est, colat, et ad imitationem Divinae bonitatis, beneficentiam suam in res vicinas, maxime autem in obvium quemque hominem tanquam proximum suum, proportione justitiae servata diffundat quoniam inter creaturas quibuscum nobis agendum est, nulla homine praestantior est, et quam perfici Deo sit gratius.

Si mentes igitur universae hoc semper cogitarent actionibusque exequerentur, beatae sine controversia viverent; quod cum neque fieri semper neque factum esse constet, quaeritur unde peccatum et per peccatum miseria in mundum intraverit, nam Deus autor omnis boni utique causa peccati esse non potest. Considerandum est igitur in omnibus creaturis utcunque eminentibus esse quandam limitationem seu imperfectionem congenitam atque originalem, ante omne peccatum quae facit ut sint labiles. Atque ita intelligendum est quod Jobus significasse videtur, ne sanctissimos quidem Angelos labis hoc est imperfectionis expertes esse. Idque cum justitia originali et imagine Dei non puguat. In ⟨quantum enim⟩ creatura rationalis perfectione ornata est, hoc habet a Divina imagine, in quantum vero limitata est, et quibusdam perfectionibus caret, eatenus de privatione seu nihilo partem capit. Et huc redit S. Augustini sententia, quod causa mali non sit a Deo, sed a nihilo, hoc est non a positivo, sed a privativo, hoc est ab illa quam diximus limitatione creaturarum.

1 exprimunt, (*1*) hi etiam (*a*) faciun (*b*) facere conantur quicquid (*2*) hi de praeteritis quidem et praesentibus, bonis malisque a Deo immissis (*3*) hi *L* 5 quisque (*1*) hortum in qu (*2*) Spartam *L* 10 actionibusque (*1*) exprimerent, (*2*) | exequerentur *erg.* | *L* 12 peccatum | mors ac *gestr.* | miseria *L* 12 intraverit (*1*) . Nam si (*2*) . Videtur enim Deo aut voluntas (*3*) . Deus autor omnis boni non possit esse causa peccati. (*a*) Sciendum itaque est o (*b*) Cogitandum autem est i (*4*) , nam *L* 15 labiles (*1*) . Itaque Jobus recte notabit, ne (*2*) . Atque hoc sensu (*3*) et cum justitia originali (*4*) . Atque ita *L* 16 Jobus (*1*) dixit, (*2*) significasse *L* 16 ne (*1*) Angelos quidem labis expertes esse (*2*) sanctissimos *L* 16 f. labis (*1*) hujus (*2*) hoc est imperfectionis *L* 17–20 Idque . . . | rationalis *erg.* | . . . capit *erg.* *L* 21 privativo (*1*) sive (*2*) hoc est *L* 22–S. 2359.1 creaturarum. (*1*) Quanquam autem (*a*) possibile esset creare Mentes quae inter innumeras Mentes (*b*) possibiles quaedam essent (*2*) Quanquam autem possibile (*a*) esset Deo mentes creare, quae non (*aa*) ess (*bb*) p (*b*) fuerit . . . quae *L*

2 Röm. 8, 28. 16 Jobus significasse videtur: vgl. Hiob 4, 18 u. 15, 15. 20 S. Augustini sententia: vgl. AUGUSTINUS, *Enchiridion ad Laurentium sive de fide, spe et caritate liber unus*, cap. 11 u. 23; *De civitate Dei*, XIV, 13, 1, 23.

Quanquam autem possibile fuerit Deo eas solum mentes creare, quae etsi labi possent, tamen non essent lapsurae, attamen placuit imperscrutabili sapientiae ejus hunc quem experimur, producere ordinem rerum, in quo quaedam Mentes possibiles, certam quandam seriem actionum liberarum et divinorum auxiliorum itemque fidei, caritatis, beatitudinis aeternae, aut horum contrarii in notione sua possibili, seu existente de ipsis in Deo idea involventes, ex innumeris aliis aeque possibilibus selectae, ad existentiam admitterentur, seu crearentur, ut Adamus futurus exul, Petrus Apostolorum princeps, abnegator, confessor et martyr, Judas proditor, etc. Idque haud dubie quia Deus malum quod in nonnullis intercurrere praevidebat permittebatque, vertere noverat in bonum multo majus, quam quod futurum erat sine hoc malo, ita ut series ista denique in summa perfectior futura esset aliis omnibus. Ita lapsus Adami per incarnationem Verbi, proditio Judae per redemtionem generis humani immenso perfectionis lucro correcta est.

Cum ergo Angeli quidam per superbiam, ut videtur, et malo angelo deinde seductore, etiam homo primus per concupiscentiam, quorum illud diabolicum, hoc bestiale peccatum est, lapsus esset, peccatum originale genus humanum in primo parente invasit, id est contracta est pravitas quaedam, quae facit ut homines sint ad bene agendum segnes, ad male agendum promti, obnubilato intellectu, sensibus vero praevalentibus. Etsi autem anima pura a Deo emanet (neque enim tradux animarum intelligi potest), tamen vi unionis cum corpore ex parentum vitio prave constituto sive per connexionem cum externis peccatum originale seu dispositio ad peccandum in ea exoritur, quanquam nullum momentum intelligi possit quo pura erat a labe, et in corpus infecturum intrudenda. Atque ita facti sunt omnes filii irae, et conclusi sub peccato, et in exitium praecipites ituri, nisi magna Dei gratia subleventur.

2 tamen (*1*) sua (*2*) gratia divina sustentatae (*3*) non essent lapsurae, *L* 3 experimur, (*1*) creare (*2*) | producere *erg.* | *L* 4–6 et (*1*) Divinarum gratiarum in (*2*) divinorum auxiliorum (*a*) in notione sua involventes, (*b*) | itemque *erg.* | . . . caritatis, (*aa*) elec (*bb*) | beatitudinis aeternae *erg.* | . . . sua | possibili . . . idea *erg.* | involventes, *L* 7 f. futurus *erg.* exul, (*1*) Petrus Apostolus confesssor et martyr, (*2*) Petrus . . . etc. | futuru *erg. u. gestr.* | Idque *L* 8 Deus (*1*) noverat (*2*) malum *L* 9 permittebatque, *erg. L* 11 lapsus (*1*) Ada (*2*) angelorum et hominum (*3*) Adami *L* 12 humani (*1*) incomparab (*2*) immenso *L* 13–15 videtur, (*1*) et homo primus per concupiscentiam, seductore malo angelo (*2*) et . . . est *L* 15 peccatum (*1*) quoddam (*2*) originale *L* 16 est (*1*) labes (*2*) | pravitas *erg.* | *L* 18–22 Etsi . . . Deo (*1*) creetur, lumen purum (*2*) emanet, . . . tamen (*a*) a corpore prave (*b*) vi . . . prave (*aa*) disposito (*bb*) constituto | sive . . . externis *erg.* | . . . originale (*aaa*) in ea e (*bbb*) seu . . . labe, (*aaaa*) quasi in corpus inf (*bbbb*) et . . . intrudenda *erg. L* 22 f. peccato, (*1*) rei aeternae (*a*) mortis, (*aa*) vel (*bb*) imo semet (*cc*) ac semet (*b*) infelicitatis sive separationis a Deo et magna gratiae mensura indigentes, ut restitui possint (*2*) in quam (*a*) se (*b*) peccatores ipsimet (*aa*) dare (*bb*) dant praecipites, (*cc*) efficiunt atque ut ita dicam damnant semet ipsos, (*3*) et . . . ituri, *L*

Den Text in Kleindruck hat Leibniz durch die ihm folgenden Absätze ersetzt.

Non eo tamen extendenda est vis peccati originalis, ut parvuli damnentur, sub justo enim judice nemo nisi culpa sua miser esse potest quia etiam probabile videtur viris piis et doctis, Deum nemini eorum qui sincere veritatem quaerunt, necessarium saluti lumen intellectus denegare, etiamsi in iis locis semper vixissent, ad quae nulla tunc praedicatio aut fama Christi penetrasset.

Illud quoque durum est et Stoicorum sententiis affine, velle ut omnia etiam levissima peccata summum suppliciorum hoc est aeternam damnationem mereantur, sublato venialium et mortalium discrimine. Omnes porro homines in peccato nati quamdiu per gratiam Sancti Spiritus renati non sunt ubi ratione uti possunt, peccata actualia sine dubio committunt non tamen ideo putandum est omnes eorum actiones peccata esse et iram mereri, et si ipsos non renatos ira dignos esse negari non possit.

Non eo extendenda vis peccati originalis ut parvuli qui nullum actuale peccatum commisere damnentur, quemadmodum multi volunt, sub justo enim judice Deo sine culpa sua miser esse nemo potest.

Peccata actualia sunt duorum generum, alia venialia quae temporali castigatione expiari debent, alia vero mortalia, quae aeternum exitium merentur. Eaque divisio quemadmodum vetus est, ita Divinae justitiae prorsus consentanea videtur, neque illos laudare possum, qui Stoicorum ad instar peccata omnia pene aequalia, sive summo supplicio aeternae damnationis digna faciunt; prae caeteris autem ea videntur mortalia, quae malo animo et contra conscientiam expressam et virtutum principia menti insita admittuntur. Qui enim ex hac vita discedunt, male affecti erga Deum, hi cum nullis amplius externis sensibus revocentur, videntur prosequi coeptum iter eumque in quo deprehensi sunt animi statum servare, atque eo ipso a Deo separari, unde consequentia quadam in summam animi infelicitatem incidunt ac proinde ut ita dicam damnant semet ipsos.

Omnes autem homines in peccato nati, et nondum per Spiritus Sancti gratiam renati, aut certe nulla singulari Dei gratia retenti ubi ad usum rationis pervenere peccata mortalia committere solent, omnes enim a conscientia pravi rectique admonentur, et tamen subinde ab affectibus superantur; et proinde genus humanum periret, nisi Deus de

2 parvuli | sine baptismo extincti, *gestr.* | damnentur *L* 3 etiam (*1*) pro certo (*2*) certum non immerito (*3*) probabile *L* 5 nulla (*1*) unquam praedicatio Evangelii pervenisset (*2*) tunc . . . | Evangelii *erg. u. gestr.* | Christi penetrasset *L* 7 aeternam (*1*) mortem (*2*) damnationem *L* 12 quemadmodum (*1*) Protestantes (*2*) | multi *erg.* | *L* 13 f. potest. | Neque etiam putandum est omnes actiones non-renatorum esse peccata, et iram mereri etsi ipsos ira dignos esse dubium non sit *gestr.* | Peccata *L* 14 quae (*1*) poenis temporalibus (*2*) temporali *L* 17 pene *erg. L* 19 expressam . . . insita *erg. L* 20–24 Qui enim (*1*) malo animo in eo statu, (*2*) ex . . . sensibus (*a*) ab hoc statu avocentur (*b*) revocentur . . . semet ipsos. *erg. L* 26 ubi . . . pervenere *erg. L* 27 f. omnes . . . admonentur, (*1*) et licet ob barbariem de Deo (*2*) et . . . superantur *erg. L* 28 Deus (*1*) de redemtione ejus sive expiatione (*2*) qui non vult mortem peccatoris, sed omnes salvos fieri cupit, quantum per justitiae sapientiaeve suae rationes licet (*3*) de *L*

redemtione ejus sive expiatione dignum misericordia sua, dignum innarrabili sapientia consilium ab aeterno cepisset, quod suo tempore est executus.

Illud enim pro certo habendum est Deum nolle mortem peccatoris, omnesque salvos fieri cupere, non quidem absoluta illa inevitabili voluntate, sed certis legibus ordinata ac circumscripta, ac proinde juvare unumquemque, quantum per sapientiae et justitiae suae rationes licet.

Et quidem quae hactenus diximus fere omnia ipso ex rationis lumine manifesta sunt, at quae fuerit in restituendis hominibus divini consilii arcana oeconomia, a solo Deo revelante disci potuit.

Considerandum est itaque Deum non tantum esse substantiam primam omnium aliarum autorem et conservatorem, sed et esse Mentem perfectissimam, eaque ratione induere qualitatem moralem, et in quandam cum caeteris mentibus societatem venire, quibus omnibus tanquam Monarcha summus subditis in perfectissimam quandam Rempublicam collectis, quam civitatem Dei appellare possumus, praeest.

Itaque Deus non tantum agit generali illa atque occulta voluntate qua totam universi machinam certis regulis gubernat et cum quibuslibet mentium actionibus concurrit, sed et voluntatem suam particularem et apertam circa mentium actus gubernationemque civitatis suae tanquam legislator declarat, ac praemiis poenisque sancit, eumque in usum revelationes instituit.

Porro revelatio notis quibusdam insignita esse debet (quas vulgo motiva credibilitatis vocant) ex quibus constet id quod in ea continetur nobisque ostenditur Dei esse voluntatem non illusionem mali genii neque nostram sinistram interpretationem; si qua vero talibus notis destituitur revelatio huic impune non paretur, nisi quod interdum in dubio, cum mandatum ipsum neque cum ratione neque cum alia revelatione pugnat, et

4 f. cupere, (*1*) atque adjuvare quantum per justitiae atque sapientiae (*2*) non . . . sed (*a*) certa ratio (*b*) certis . . . justitiae *L* 7 omnia (*1*) ex recto (*2*) solo (*3*) ipso ex *L* 7 lumine (*1*) perspi (*2*) manifesta *L* 7 f. sunt, (*1*) nunc arcanam mortalibus divini consilii oeconomiam ipsa Dei revelatio (*2*) at *L* 10 substantiam (*1*) perfectissimam (*2*) primam *L* 13 f. in (*1*) perfectissima quadam Republica constitutis, (*2*) perfectissimam . . . collectis, *L* 15 agit (*1*) universali (*2*) | generali *erg.* | illa | atque occulta *erg.* | voluntate *L* 16 certis (*1*) legibus (*2*) | regulis *erg.* | gubernat | et cum quibuslibet (*a*) etiam pa (*b*) mentium actionibus concurrit *erg.* | *L* 17 et apertam *erg.* *L* 17 f. gubernationemque civitatis (*1*) Dei (*2*) suae *erg.* *L* 19–21 revelationes (*1*) hominibus (*2*) instituit (*a*) , easque (*aa*) nota (*bb*) notis quibusdam (*b*) q (*c*) . Porro (*aa*) revelationes notis quibusdam insignitae debent (*bb*) revelatio . . . debet | (quas . . . vocant) *erg.* | *L* 21 constet (*1*) Dei esse voluntatem non (*a*) ill (*b*) imagi (*2*) quod jubetur (*3*) id *L* 22 f. illusionem (*1*) neque (*a*) malam (*b*) sinistram interpretationem; (*2*) mali . . . interpretationem; (*a*) et qua (*b*) si qua vero *L* 24–S. 2362.1 pugnat, (*1*) verisi (*2*) et (*a*) argumentis (*b*) probabilibus *L*

probabilibus rationibus adjuvatur, melius est parere, quam sese peccandi periculo exponere. Sed hic cauto opus est, ne in superstitionem degeneret timor et quibusvis anilibus narrationibus adhibeatur fides. Divina enim sapientia dignum est quod nullus legislatorum prudentium negligit, ut scilicet jubentis voluntas sufficienter innotescat. Itaque sortibus, visionibus, somniis non facile, auguriis, ominibus, aliisque id genus nugis, quas inepte divinationes (quasi divini cujusdam consilii signa) appellamus, nullo modo fidendum est.

Proinde necesse est rectam rationem tanquam interpretem Dei naturalem judicare posse de autoritate aliorum Dei interpretum, antequam admittantur, ubi vero illi semel personae suae legitimae fidem ut ita dicam fecerunt, jam ratio ipsa obsequium fidei subire debet. Quod exemplo gubernatoris intelligi potest, qui nomine principis in provincia aut praesidio est, is successorem sibi datum non temere, nec nisi accurate inspectis mandati tabulis admittit, ne ea specie hostis irrepat, ubi vero semel voluntatem domini agnoverit, jam se ipsum universumque praesidium sine controversia submittet.

Interea praeter humanas fidei rationes seu motiva credibilitatis requiritur interna quaedam Spiritus Sancti operatio, quae ut fides divina appelletur efficit animumque in veritate firmat. Unde fit ut fides adesse possit, etiam cum de persuasionibus illis ab humana ratione petitis non cogitatur, aut fortasse nunquam est cogitatum. Neque enim semper, neque omnibus Analysis fidei necessaria est neque omnium conditio fert hujus examinis difficultatem. Necesse est tamen ex ipsa natura verae fidei, ut cum opus est institui possit analysis ab his qui in timore Dei veritatem attentius scrutantur. Alioqui nihil haberet Christiana religio quo a falsa in speciem adornata discerni posset.

Omnis nota divinae revelationis (praeter doctrinae ipsius excellentiam) huc redit, ut miraculo seu circumstantia quadam, eventuve aut consensu admirabili et inimitabili quem

1 adjuvatur, (*1*) tutius (*2*) | melius *erg.* | *L* 2 f. et . . . fides *erg. L* 4 prudentium *erg. L* 6 (quasi divini cujusdam (*1*) judicii (*2*) | consilii *erg.* | signa) *erg. L* 7 f. modo (*1*) habenda est fides (*2*) fidendum est. (*a*) Et omnino necesse est rectam rationem tanquam interpretem Dei naturalem de (*aa*) revelat (*bb*) aliis divinae voluntat (*b*) Itaque (*c*) | Proinde *erg.* | *L* 9 f. antequam (*1*) illi admittantur, personam suam (*2*) admittantur, . . . suae *L* 10 f. ipsa (*1*) sese submittere (*2*) obsequium fidei subire *L* 11 qui | qui *str. Hrsg.* | nomine *L* 13 f. semel (*1*) re cognita (*a*) verita (*b*) autoritatem ejus (*2*) voluntatem (*a*) mittentis (*b*) domini *L* 14 praesidium (*1*) administrationi ejus (*2*) sine *L* 15–22 Interea praeter | humanas . . . seu *erg.* | motiva credibilitatis (*1*) aliquas interna requiritur (*2*) requiritur . . . quae (*a*) efficit (*b*) ut . . . fit ut fides (*aa*) adsit, | (*bb*) adesse possit *erg.* | . . . cum de (*aaa*) motivis (*bbb*) | persuasionibus *erg.* | . . . necessaria est | neque | enim *gestr.* | omnium . . . examinis | diligentiam et *gestr.* | difficultatem *erg.* | . . . | attentius *erg.* | . . . falsa (*aaaa*) quavis (*bbbb*) | in speciem adornata *erg.* | discerni posset *erg. L* 23 (praeter . . . excellentiam) *erg. L* 23 f. ut (*1*) consensum quendam cum (*2*) miraculo . . . consensu *L*

casui ascribere non licet confirmetur. Id enim peculiare signum est providentiae nos admonentis. Quam in rem inprimis facit prophetia, futura enim accurate ac singulatim praedicere, supra vires est non humanas tantum sed et creatas omnes. Itaque tam prophetae, quam ei quem praedictum apparet, credendum est. Si quis etiam, alia miranda et supra fidem hominum posita efficiat, vim humana majorem ei assistere agnoscendum est.

Porro si miracula hujusmodi olim facta iis argumentis probentur, quibus alioqui veritas rerum gestarum legitime firmari solet, iis perinde ac hodie gestis fidendum est. Quam multa enim tanquam indubitata in humanis quoque admittimus, idque recte et prudenter, quae nec sensibus nostris exploravimus, nec demonstrativis rationibus firmare possumus? Et quemadmodum praeclare ostendit S. Augustinus in libro *de utilitate credendi*, pleraeque actiones nostrae fide nituntur, etiam in rebus vitae communis, neque ideo minus succedunt ac prudenter geruntur. Et omnino tenendum est providentiam universi gubernatricem non esse admissuram, ut mendacium omnia induat insignia, atque ut ita dicam paludamenta veritatis.

Non patitur praestituta nobis brevitas, ut religionis Christianae veritatem hoc loco comprobemus, praestitere id abunde insignes quidam viri, ut Origenes, Arnobius, Lactantius, Eusebius, Cyrillus, Theodoretus, D. Thomas *contra gentes*, tum recentiores, Steuchus, Mornaeus, Grotius, Huetius, quibus etsi adjicere multa possemus (innumeris enim modis ipsa sese confirmat veritas), minime tamen detrahimus.

1 f. licet | hoc imo est miraculo tanquam nota divinae *erg. u. gestr.* | confirmetur. (*1*) Ex his (*2*) Id . . . admonentis. *L* 3 Itaque (*1*) si quid praedicta (*2*) tam *L* 4 f. etiam, (*1*) hos (*2*) mortuos resuscitet, visum caecis, usum membrorum claudis aut paralyticis | sanitatem aegris *erg.* | restituat, idque crebro et subito, (*3*) alia miranda (*a*) opera patet (*b*) et . . . efficiat *L* 7 facta (*1*) dicuntur (*2*) iis *L* 8 legitime (*1*) probari (*2*) | firmari *erg.* | *L* 9–11 | Quam multa | enim *erg.* | . . . in | rebus *gestr.* | humanis . . . nec (*1*) indubitatis (*2*) demonstrativis . . . possumus? *erg.* | (*a*) Omnino enim (*b*) Et quemadmodum | enim *gestr.* | praeclare *L* 11 *de* (*1*) *autorita* (*2*) *utilitate* *L* 13 omnino (*1*) credendum (*2*) tenendum *L* 14 f. ut (*1*) veritas (*2*) iis notis vestiatur (*3*) mendacium (*a*) veritatis habitu (*b*) plure induat habitum veritatis (*c*) omnia . . . | atque . . . paludamenta *erg.* | veritatis. *L* 17–19 ut | Origines, *erg.* Minutius, *gestr.* | . . . | Eusebius *erg.* | . . . | Theodoretus . . . *gentes erg.* | (*1*) ut doctissimos scriptores recentiores nunc praeteream (*2*) tum . . . Huetius *erg.* *L* 19 f. (innumeris . . . veritas) *erg.* *L*

17 Vgl. ORIGENES, *Contra Celsum*. 17 f. Vgl. ARNOBIUS, *Adversus gentes*. 18 Vgl. LACTANTIUS, *De divinis institutionibus*. 18 Vgl. EUSEBIUS VON CAESAREA, *Evangelicae praeparationis libri XV*, hrsg. v. R. Estienne d. Ä., Paris 1544; lat. Übers. Paris 1628. 18 Vgl. CYRILL VON ALEXANDRIA, *Contra Julianum libri X*. 18 Vgl. THEODORETUS, *De Evangelicae veritatis ex graecorum atque gentium philosophia cognitione*, Antwerpen 1540. 19 Vgl. A. STEUCHUS EUGUBINUS, *De unitate Religionis Christianae*, in *Opera omnia*, 3 Bde, Venedig 1591. 19 Vgl. PH. MORNAY DU PLESSIS, *De la vérité de la religion chrestienne. Contre les Athées, Epicuriens, Payens, Juifs, Mahumedistes, et autres infideles*, Antwerpen 1581. 19 Vgl. H. GROTIUS, *De veritate religionis christianae*, Leiden 1627. 19 Vgl. P. D. HUET, *Demonstratio evangelica ad Serenissimum Delphinum*, Paris 1679.

Docent autem Sacra Christianorum Monumenta Deum summum (quem ipsa ratione constat esse unicum numero) nihilominus personis trinum esse, ac proinde tres in unico Deo existere personas divinitatis (quod rationem omnem supergreditur), easque optime ad humanum captum appellari posse Patrem, Filium sive Verbum, et Spiritum Sanctum; Filiumque ex Patre nasci; Spiritum Sanctum procedere ab utroque, ut ajunt Latini, vel, ut Graeci loquuntur, ex Patre per Filium (idque per modum principii unius).

Hoc autem ita accipiendum est ut omnis Tritheismi suspicio evitetur. Itaque cum dicitur *Pater est Deus, Filius est Deus, Spiritus Sanctus est Deus*, et hi tres inter se diversi sunt (ita ut nec Pater sit Filius aut Spiritus Sanctus, nec Filius sit Spiritus S. aut Pater, nec Spiritus Sanctus sit Pater aut Filius), hoc ita intelligendum est ut nihilominus non tres sint dii sed unicus tantum licet trinus personis.

Den Text in Kleindruck hat Leibniz durch den nächsten Absatz ersetzt.

Necesse est evitandae contradictionis causa hoc vocabulum *Deus* cum aliqua diversitate accipi, aliterque paulo sumi cum dicitur *Patrem esse Deum aut filium esse Deum* quam cum dicitur *unicum esse Deum* nam pater ita unicus numero, ut simul sit trinus personis, dici non potest sive quem tres personae ut ita dicam constituunt, absurdum enim et in Ecclesia inauditum foret dicere in patre esse patrem filium et Spiritum Sanctum, seu patrem a patre filio ac Spiritu Sancto constitui. Priore itaque expressione, Dei nomine personam divinitatis intelligimus, posteriore substantiam illam absolutam unicam numero, quae tres divinitatis personas complectitur. Persona autem hoc loco ipsa quoque pro substantia sumitur unica numero, sed quae essentialiter relationem involvit ⟨et⟩ cum correlatis suis unicam substantiam singularem absolutam constituit.

1–3 Deum (*1*) illum unicum substantiae numero (*a*) sive (*b*) esse (*2*) esse quidem unicum numero (*a*) et (*b*) seu esse substantiam singularem, quod ratio dudum assequitur, sed et esse eum trinum personis, | sive tres in Deo esse personas divinitatis, *erg.* | quod rationem | omnem *erg.* | supergreditur. (*3*) summum (quem (*a*) ratio dictat esse unicum numero, (*b*) ipsa . . . numero) (*aa*) etiam (*bb*) nihilominus . . . | unico *erg.* | . . . supergreditur), (*aaa*) et ⟨ta⟩ (*bbb*) easque *erg. L* 5 f. Sanctum (*1*) ab utroque velut Graeci loquuntur ex patre per filium procedere. (*2*) procedere . . . unius.) *L* 7 ita (*1*) concipi (*2*) accipiendum *L* 8–11 *Deus*, (*1*) et tamen non tres dii sunt, sed uni (*2*) nec tamen Pater est filius aut Spiritus Sanctus, nec filius est Spiritus Sanctus aut Pater, nec Spiritus Sanctus est Pater (*a*) etc; (*b*) aut Filius, et tamen nihilominus (*aa*) uni (*bb*) non tres sunt dii, sed unicus tantum. (*3*) et hi . . . personis. *L* 13 evitandae . . . causa *erg. L* 14–16 *Deum* (*1*) | quatenus enim dicitur Deus unicus numero dici etiam potest trinus personis *erg.* | (*a*) neque enim pater (*aa*) est | (*bb*) dici potest *erg.* | unicus ille Deus in quo sunt tres personae (*b*) et pater non dici potest Deus ille unicus (*2*) nam . . . constituunt. *L* 16 et . . . inauditum *erg. L* 16 dicere (*1*) Patrem esse Deum, in quo est Pater filius et Spiritus Sanctus seu (*2*) in *L* 17 itaque (*1*) sensu (*2*) expressione *L* 18 illam (*1*) unicam (*2*) absolutam unicam numero *L* 19 loco (*1*) est et ita substantia est (*2*) ipsa . . . sumitur *L*

Antitrinitarii quidem urgent id esse contradictorium, et pluralem numerum nihil aliud significare quam ut tres diversi quorum quilibet est Deus tres dii dicantur, nec posse plura diversa numero esse unum numero. Sed hi cogitare debent Ecclesiam non velle Patrem exempli gratia, aut Filium esse trinum personis, sed esse unam personam divinitatis. Itaque multiplicatis personis non multiplicatur Deus personis trinus nec proinde ob tres personas tres dii fiunt. Persona porro generaliter est substantia unica numero, et incommunicabilis quae in Deo essentialiter relationem involvit et cum correlatis suis unicam numero substantiam absolutam constituit; sunt ergo tres substantiae singulares relatae, una absoluta quae illas complectitur et cujus ipsa individualis natura singulis communicatur. Cujus simulacrum aliquod in Mente nostra seipsam cogitante atque amante intelligimus.

Solita est autem antiquitas, et ut mihi videtur sapienter atque ad captum nostrum accommodate mysterium hoc illustrare analogia trium potissimarum Mentis facultatum, sive agendi requisitorum, quae sunt posse, scire, velle; ita ut Patri tanquam fonti divinitatis potentia; filio tanquam Verbo mentis, sapientia, Spiritui Sancto autem voluntas sive Amor ascribatur. Nam ex divinae essentiae virtute sive potentia promanant ideae rerum sive veritates quas sapientia complectitur, atque inde postremo pro cujusque perfectione objecta voluntatis fiunt, unde ordo quoque divinarum personarum declaratur.

Cum igitur decretum fuisset in aeterno divini consilii arcano, ut persona divinitatis creaturae naturam superassumeret, atque Civitatem Dei sive mentium Rempublicam

1–11 Antitrinitarii . . . intelligimus. *erg. L* 2 diversi *erg. L* 3 posse (*1*) duo (*2*) plura *L* 3–6 non (*1*) dicere | (*2*) velle *erg.* | Patrem (*a*) aut Filium aut Spiritum Sanctum singulos | (*b*) exempli . . . esse *erg.* | (*aa*) Deum (*bb*) trinum personis, | Deum *erg. u. gestr.* | (*aaa*) neque enim Pater | (exempli gratia) *erg.* | trinus personis est, (*bbb*) sed (*aaaa*) tantum vult Ecclesia Patrem (*bbbb*) esse | unam *erg.* | . . . | Itaque . . . | proinde *erg.* | . . . fiunt. *L* 7 et incommunicabilis *erg. L* 8 absolutam | singulis communicatam *erg.* sine compositione tamen ulla *gestr.* | constituit; *L* 9 singulares *erg. L* 9 absoluta (*1*) sed non (*2*) non tamen ideo quatuor diversi (*a*) quia (*b*) quod Abbas Joachimus verebatur (*3*) quae *L* 13 f. facultatum, (*1*) quae sunt posse (*2*) sive *L* 16–18 ascribatur. (*1*) Omnis enim Scientia cum (*a*) reflexo actu (*b*) reflexione indigeat, potentiam illam directam supponit, (*aa*) prius enim in Deo (*bb*) primum enim ex essentia divina (*aaa*) aliae omnes (*bbb*) essentiae omnes (*cc*) Nam ideae omnes ac virtutes | quas Sapientia complectitur *erg.* | ex divinae essentiae virtute sive potentia promanant, (*aaa*) antequa (*bbb*) qua sapientia (*ccc*) atque inde demum objecta voluntatis fiunt (*2*) Nam . . . fiunt *L* 18 f. declaratur. (*1*) Cum autem Verbum divinae mentis, sive filius (*a*) Dei (*b*) patris unigenitus omnium creaturarum naturas sive ideas eminenter contineat, decretumque (*2*) Cum igitur decretum *L*

9 (Variante) JOACHIM von Floris, *De unitate seu essentia trinitatis*, gegen PETRUS LOMBARDUS, *Sententiarum libri IV*, lib. I, dist. 5; vgl. Concilium Lateranense IV, 1215, cap. II. *De errore abbatis Joachim* (MANSI XXII, Sp. 981–986).

peculiari et ad captum creaturarum accommodata ratione familiarius manifestiusque ad Regis instar gubernaret, Filium patris unigenitum hoc in se recipere placuit, cum verbum divinae Mentis jam tum creaturarum ideas sive naturas in sese eminenter contineat.

Hominum autem naturam assumsit, tum quia in homine superiores atque inferiores naturae quasi in confinio quodam conjunguntur, tum vero quia expiatio generis humani, quae Deo inprimis curae fuit, non alia dignius ratione fieri poterat; et placuerat ut Filius homo factus omnia virtutis exempla ederet, priusque summa humilitate ac patientia vinceret quam incredibili illa gloria homo coronaretur.

Discimus ergo ex divina revelatione Verbum seu Filium Dei unigenitum praestituto tempore adveniente, assumsisse totam humanam naturam ex anima et corpore constantem, et dum in terris vixit instar hominis egisse, excepto peccato quo caruit, et miraculis, quibus se homine majorem ostendit. Appellatus est autem Jesus cognomento Christus tanquam unctus Domini, sive Rex vel Messias, generis humani restaurator prophetarum oraculis dudum promissus.

Incarnationis mysterium Sancti Patres optime illustrant comparatione unionis animae et corporis, nam sicut anima et corpus unus est homo, ita Deus et homo unus est Christus. Hoc tamen interest, quod anima de corporis imperfectionibus aliquid trahit, divina autem natura imperfectionem pati non potest. Caeterum congrue admodum

1 f. ratione, (*1*) visibiliter gubernaret atque manifestius (*2*) familiarius manifestiusque (*a*) gubernaret (*aa*) Verbum (*aaa*) carnem fieri placuit (*bbb*) homin (*ccc*) humanam (*bb*) Filium humanam naturam induere placuit, q (*b*) ad . . . gubernaret *L* 2 f. cum (*1*) is (*2*) verbum divinae Mentis *L* 3 creaturarum (*1*) rationes (*2*) | ideas *erg.* | *L* 5 vero (*1*) ut expiaret genus humanum et passione sua (*2*) quia *L* 6 poterat; (*1*) eoque ipso summa virtutis difficillimae (*2*) et *L* 6 f. Filius (*1*) non tantum (*2*) homo factus *L* 7–9 ac (*1*) patientia quam incredibile illa gloria praefulgeret. (*2*) patientia . . . coronaretur. (*a*) Discimus ergo (*b*) Didici (*c*) Discimus *L* 9 ex (*1*) Scriptura sacra | et traditione Ecclesiae *erg.* | (*2*) divina revelatione *L* 11 constantem, (*1*) atque instar h (*2*) et *L* 13 tanquam (*1*) Messias (*2*) unctus *L* 13 Messias, (*1*) quem (*a*) non Judaeorum tant (*b*) Prophetae (*2*) generis *L* 14 f. promissus. (*1*) Porro in statu e (*2*) Habitat autem in Christo *omnis plenitudo divinitatis*, et quamvis in statu exinanitionis versaretur, tamen (*a*) intus divina (*b*) omnes perfectiones in anima s (*3*) Incarnationis *L* 15 illustrant (*1*) exem (*2*) comparatione *L* 17–S. 2367.3 Christus (*1*) , nec video (*a*) quid (*b*) cur tantopere (*aa*) in his refugian (*bb*) in ho (*cc*) Ariani veteres novique, et his affines ab Ecclesiae dogmatibus abhorreant (*2*) , congrueque admodum, ut (*a*) de una (*b*) unam divinitatis naturam tres personae habent, ita una personarum divinitatis (*aa*) praeter (*bb*) divinae naturae (*cc*) duarum naturarum (*dd*) duas naturas complectitur. | (*3*) Hoc . . . imperfectionibus (*a*) participat | (*b*) aliquid trahit *erg.* | , divina autem natura (*aa*) pati nihil potest (*bb*) imperfectionem . . . potest *erg.* | . Caeterum . . . complectitur. *L*

14 (Variante) *omnis plenitudo divinitatis*: vgl. Kol. 2, 9.

personae naturaeque vocabula adhibentur; ut enim unam divinitatis naturam plures personae habent, ita vicissim una personarum divinitatis plures naturas divinam et humanam complectitur.

Nihil autem causae video cur veteres novique sectarii multi tantopere ab his sententiis abhorreant. Si quis enim rem recte expendat, reperiet Ecclesiae Catholicae dogmata circa Trinitatem et incarnationem esse tuta, adversariorum vero periculosa. Ecclesia enim statuit non nisi unicam esse substantiam absolutam adorandam, nempe Deum summum omniscium et omnipotentem; neque in Verbo et Spiritu sancto, aut in homine Jesu aliud quam unicum illud aeternum Ens summa illa latria colit. Itaque praxis Ecclesiae si modo quemadmodum oportet populo inculcetur irreprehensibilis est. Nec apparet cur indigna Deo putetur vel interna illa individua Trinitas, vel externa humanae naturae assumtio, quae perfectiones a deitate accipit, imperfectiones vero deitati non reddit.

Ariani vero filium Dei volunt esse primam creaturam, et nonnulli eorum per Spiritum Sanctum intelligunt Angelos, et creaturam divinis honoribus prosequi non verentur. Photiniani autem ex simplici homine faciunt filium Dei adoptivum, eumque Deum factitium summo minorem adorant, quod utique paganum videtur rectiusque ex ipsorum hypothesibus, Franciscus Davidis omnem ei adorationem negabat, quem nudum hominem profitebatur; quod tamen quantum abest a Mahomete!

Circa modum Unionis Naturarum multae subtiles quaestiones moventur, quas praestiterat non attingi. Inter alia de communi[cati]one idiomatum, utrum scilicet et quatenus proprietates unius naturae alteri attribui possint, quasi hoc sit necesse. Sufficit concreto recte tribui, quod singulis alioqui naturis; recte enim dicitur Deum in Christo esse

3–5 complectitur. (*1*) Nam Sacrosanctae quidem Trinitatis mysterium nihil habet, (*a*) quid re (*b*) quod divinae perfectioni profecto enim satius est statuere, non in (*2*) Nihil . . . his (*a*) Ecclesiae dogmatibus (*b*) sententiis abhorreant. *L* 6 esse (*1*) tutissima (*2*) tuta, *L* 7 substantiam (*1*) quae sit latriae sive summi cultus objectum, nempe Deum (*2*) | absolutam *erg.* | *L* 8 f. Deum (*1*) illum omniscium et omnipotentem; neque in homine Jesu aliud adorat quam inhabitantem Deum summa illa latria colit. (*2*) summum . . . colit. *L* 9–13 Itaque praxis (*1*) ejus | (*2*) Ecclesiae *erg.* | si . . . Nec (*a*) video (*b*) apparet . . . illa (*aa*) indivisa Tri (*bb*) individua | illa *gestr.* | Trinitas, vel | externa *erg.* | humanae . . . reddit. *erg. L* 14 Dei (*1*) faciunt creatum ante mundi alias creaturas, et ex ipsis (*2*) volunt . . . eorum *L* 15 f. et (*1*) has creaturas ipsi colunt. (*2*) creaturam . . . verentur. *L* 16 f. eumque (*1*) colunt tanquam (*2*) adorant Deum quendam factitium (*3*) Deum factitium *L* 17 adorant, (*1*) itaque (*2*) quod . . . videtur *L* 18 ei (*1*) cultum (*2*) adorationem *L* 19 tamen *erg. L* 23 dicitur (*1*) Christu (*2*) Deu (*3*) Deum *L*

18 f. Vgl. F. DAVID, *Defensio Francisci Davidis in negotio de non invocando Jesu Christo in precibus*, [Krakau] 1582.

passum, hominem esse omniscium et omnipotentem; at humanitati omnipotentiam, ubiquitatem atque (quod pari jure sequitur) aeternitatem ex vi unionis tribuere, aeque alienum est ac divinitati ascribere nativitatem et passionem, quod vel ἀκυρολογία est, vel contradictio.

Interea ipsi in se humanitati ex unione cum verbo tantum perfectionis, scientiae et potentiae tributum esse dicendum est, quantum in hominem quatenus homo est cadere potest, quod etiam de statu exinanitionis tutius affirmatur,[2] nisi quod tunc corpore manente passibili, suppressa gloria non nisi quibusdam radiis velut per nubem emicantibus interdum appareret.

Christus itaque filius Dei atque hominis ex virgine matre sine viri opera genitus, omnisque peccati expers, Deo patri sese hostiam dignissimam obtulit expiando generi humano, et summa humilitate sua atque passione pro peccatis hominum satisfecit, ac proinde pro omnibus mortuus est, quantum in ipso fuit.

Ea autem Deo placuit lex Redemtionis humanae ut beneficium ejus ad eos omnes perveniret, qui in Christo per Spiritus Sancti gratiam renati, actum fidei et dilectionis filialem exercerent. Cum enim secundum rigorem justitiae perpetuo necessaria sit mens pura ac bene erga Deum animata, per Christum ex divinae gratiae aequitate factum est, ut vel semel nato sincero erga Deum affectu adeoque poenitentia priorum, ac melioris vitae proposito omnia retro peccata delerentur.

---

[2] *Am Rande gestrichen*: (excepta passibilitate corporis)

1 hominem | in Christo *gestr.* | esse *L* 1 f. humanitati (*1*) omniscientiam atque (*a*) ubique (*b*) ubiquitatem (*2*) omnipotentiam, . . . | (quod . . . sequitur) *erg.* | . . . vi (*a*) communionis (*b*) unionis *L* 3 f. , quod . . . contradictio *erg. L* 5 in se *erg. L* 5 f. scientiae et potentiae *erg. L* 6 f. quantum (*1*) in creaturam cadit, (*a*) itaque per modum revelationis summam habebit rerum cognitionem summamque (*b*) tutiusque erit hoc ne in statu (*2*) idque etiam de statu exinanitionis locum habere tutius dicetur licet suppressa gloria non appareret nisi quod corpore (*3*) in hominem | (*a*) quia talem homi (*b*) quatenus homo est *erg.* | cadere . . . corpore *L* 10 f. genitus, (*1*) summa Chris (*2*) | omnisque peccati expers *erg.* | Deo *L*
11 dignissimam *erg.* obtulit (*1*) pro generis humani peccatis, et summa humilitate (*a*) sua acc (*b*) expi (*2*) expiando *L* 12 passione (*1*) Deus (*2*) Deo satisfecit (*3*) pro peccatis (*a*) hominum satisfecit (*b*) omnium (*c*) hominum satisfecit, *L* 14 humanae *erg. L* 16–19 exercerent (*1*) , acta (*2*) , atque ita poenitentia acta (*3*) , sincero erga Deum affectu ac melioris vitae proposito poenitentiam agentes omnia retro peccata delerentur. (*4*) | . Cum . . . perpetuo (*a*) necessarius sit animus (*aa*) erga (*bb*) purus (*b*) necessaria . . . nato *erg.* | sincero . . . delerentur. *L*

---

14 Deo placuit: vgl. 1. Petr. 1, 3 u. 23.

De conversione hominis et justificatione peccatoris ac meritis bonorum operum, superiore seculo natae sunt importunae quaedam lites quibus incommodae nonnullorum locutiones, et aliorum excessus in alteram partem, occasionem praebuerunt. Arbitror tamen facile illis finem imponi posse, si quis omissis Sophisticationibus rem ipsam expendere velit.

Ante omnia igitur tenendum est, hominis naturam lapsu ita corruptam esse, ut sine auxilio divinae gratiae nullum opus bonum, nullumque actum Deo gratum non tantum non perficere, sed nec inchoare possit. Itaque nec preces, nec votum desideriumve corrigendae vitae aut verae fidei quaerendae, et generaliter nullus bonus motus sine praeveniente atque excitante gratia a nobis proficisci potest.

Ab altera tamen parte vicissim tenendum est, non esse sublatum hominis liberum arbitrium per lapsum, ne in divinis quidem et ad salutem pertinentibus, sed omnes actus voluntarios, licet a gratia excitentur, si boni sunt, aut a natura corrupta oriantur, si mali, tamen spontaneos cum electione, ac proinde liberos esse, quemadmodum nihil libertati actionum nostrarum in communi vita officit, quod per radios lucis oculorum officio transmissos ad agendum aliquid excitamur, et aliquando tam valide, ut non obstante deliberatione nostra, et superstite resistendi impressionibus facultate, tamen praevideri possit, actum certo esse secuturum; aliud enim est quid certum, aliud quid necessarium sit. Itaque et peccare contingens est, et bonos motus exercere liberum est. Et quamvis a Deo sit excitatio et auxilium, tamen in homine semper aliqua est cooperatio, alioqui dici non posset ipsum egisse. Utrum autem ipsae vires bonos motus efficiendi in irregenitis sint fractae, an tantummodo impeditae et quibusnam similitudinibus optime explicari possit gratiae auxilium, valde inutiliter et frigide ab illis hic disputatur, qui undecunque conquirunt quod in Ecclesiae dogmatibus cum aliqua specie vellicare possint.

Porro omnibus hominibus gratiam dat Deus sufficientem, hactenus ut posita modo ipsorum voluntate seria nihil amplius ad salutem eorum desideretur, quod non sit in potestate. Et proinde multi viri pii persuasi sunt, omnem hominem venientem in hunc mundum, a luce illa mentium, filio Dei aeterno, ejusque Sancto Spiritu ita illuminari, ut saltem ante mortem, sive per externam praedicationem sive per internam mentis

1 f. ac . . . seculo *erg. L* 7 nullumque . . . gratum *erg. L* 8 nec (*1*) perficere (*2*) po (*3*) inchoare *L* 13 excitentur, | (*1*) licet a (*2*) si . . . mali *erg.* | *L* 14 tamen (*1*) voluntarios (*2*) spontaneos *L* 14 f. libertati (*1*) officit, quo (*2*) actionum *L* 20 et auxilium *erg. L* 21–24 Utrum . . . in (*1*) nobis sint extinctae vel (*2*) irregenitis . . . impeditae (*a*) et debilitatae, valde inutili (*b*) et . . . conquirunt (*aa*) color (*bb*) quibus Ecclesiae dog (*cc*) quod . . . possint *erg. L* 25 f. posita (*1*) ipsorum | modo *erg.* | bona voluntate (*2*) modo . . . seria (*a*) salutem certo sint habituri (*b*) nihil *L* 29 mortem (*1*) ad (*a*) cognitionem (*b*) notitiam ejus perveniat (*2*) sive *L*

illustrationem, ad notitiam perveniat, quantam haberi satis et necesse erat, ut salutem obtinere posset, si modo ipse vellet, eo fine scilicet ut si obstinate resistit vocanti Deo inexcusabilis constituatur. Id enim divina justitia omnino exigit. Quanam autem ratione id praestet Deus, etiam in illis, ad quos nulla suspicio Evangelii Christi per aliquam externi verbi praedicationem pervenit, non temere definiendum a nobis, sed sapientiae ejus ac misericordiae relinquendum est.

At efficacem illam sive victricem gratiam, quae ipsam bonam voluntatem efficit, atque inclinationes hominis vincit, et contrariis imperfectae aut corruptae naturae sollicitationibus praeponderat, non semper dat omnibus Deus, alioqui omnes salvarentur, quod cur non fiat, hoc est cur aliquae personae prae aliis multis aeque possibilibus a Deo ad existentiam admittantur, quarum notio seu praevisio involvat impoenitentiam aliasque actiones liberas saluti contrarias certosque gratiae divinae gradus summo victricis gratiae inferiores; pertinet ad arcana divinae gubernationis inaccessa mortalibus, de quibus hoc unum nobis teneri sufficit, optimum esse quod Deo placuit, et non alia melius ratione sibi perfectionem rerum constare, et mala quae a Deo permittuntur in bonum multo majus verti, quemadmodum jam supra monui.

Non tamen putandum est divinam salvandi homines voluntatem et meritum Christi, vel saltem efficacem gratiam pertinere ad solos electos; quibus scilicet summa illa datur gratia finalis beatae perseverationis. Nam Christus quidem pro omnibus mortuus est, efficax autem gratia, et vera conversio ac regeneratio per spiritum Dei, qua in filiorum numerum recipimur, multis concedi potest, qui non sunt perseveraturi; nec video quid viros quosdam doctos ad grandia illa paradoxa defendenda impulerit, a quorum interiore sensu et consequentiis ipsi abhorrebant, ut scilicet Deo leges praefigentes, et divinae

1 illustrationem, (*1*) quicquid ad salutem (*a*) ejus necesse (*b*) necesse erat, (*2*) ad notitiam ejus perveniat quantum (*3*) ad . . . haberi *L* 1 f. ut (*1*) ad salutem pervenire (*2*) salutem obtinere *L* 2 vellet, (*1*) ut scilicet (*2*) eo . . . ut *L* 6 ac (*1*) boni (*2*) misericordiae *L* 7 f. sive victricem *erg.* gratiam (*1*) quae ipsas inclinationes hominis (*a*) superat, | (*b*) vincit, *erg.* | et vo (*2*) quae . . . contrariis (*a*) vel | nat *erg. u. gestr.* | imperfectae, vel (*b*) imperfectae, aut *L* 9 semper *erg. L* 10 personae (*1*) a Deo (*2*) prae *L* 10–13 Deo (*1*) admissae sint, quarum notio | (*a*) Deo praecognita (*b*) seu praevisio *erg.* | (*aa*) peccatum (*bb*) impoenitentiam aliasque actiones liberas saluti contrarias involvit; (*2*) ad . . . contrarias; | certosque . . . inferiores *erg.* | pertinet *L* 17 tamen *erg. L* 17 est (*1*) grati (*2*) vocationem, (*3*) divinam . . . et *L* 18 electos (*1*) . Nam vo (*2*) ; quibus *L* 19 Nam (*1*) vocation (*2*) meritum Christi (*3*) Christus *L* 20 et (*1*) Spiritus S (*2*) reg (*3*) Spiritu (*4*) vera *L* 20 qua (*1*) filii Dei (*2*) fil (*3*) in *L* 21 recipimur, (*1*) conceditur multis, qui non sunt (*2*) multis *L* 22 viros (*1*) doctos (*2*) quosdam (*a*) paradoxos (*b*) doctos *L* 22 f. interiore *erg. L* 23–S. 2371.1 Deo . . . circumscribentes *erg. L*

22 viros doctos: gemeint wohl die Jansenisten.

gratiae oeconomiam pro arbitrio cirumscribentes putarent, eum qui perseveraturus non est gratiam et Spiritum Sanctum revera non accipere quicquid agat, aut utcunque pius ac bene animatus sibi aliisque videatur; contra vero qui electus, et finalem poenitentiam vere acturus est, eum acceptam a Deo gratiam, et Spiritus Sancti inhabitationem non amittere, utcunque inter adulteria et homicidia vitam agat. Quae quidem dogmata nova et offensionis plena, etiamsi excusari possent, non video tamen quo fundamento nitantur, aut quem usum habeant ad aedificationem. Si quae enim alicubi locutiones occurrunt quae sententiae tam crudae favere videntur, praestat eas aliarum multo plurium comparatione mollire quam rigorosa interpretatione exasperare. Et Deo dignius videtur gratiam dare temporalem et revocabilem sed conspicuam, quam perpetuam et inamissibilem, sed plane obrutam, et cum pessimo animae habitu summisque sceleribus consistentem.

Homo igitur, praeveniente Dei gratia a mortifero peccati sopore ad agnitionem suae miseriae, attentionemque animi et firmum propositum scrutandae ac sequendae veritatis salutaris, excitatus, et missis aut posthabitis aliis cogitationibus et affectibus, ac mundi carnisque avocamentis totus in salutis curam incumbens, ex naturali lumine animadvertit quae sit lex voluntasque Dei, et memoria admonente gemens tremensque agnoscit quantum inde deviaverit, quam gravem poenam meruerit, quantumque offenderit creatorem suum, cui cultum amoremque supremum debebat. Cujus contemplationi insistens, in mediis conscientiae terroribus lumen haurit novae spei, agnoscit enim eundem justissimum judicem, pro summa bonitate sua, humanae infirmitatis misereri, necdum benevolentiam erga peccatores deposuisse, qui dum tempus est in misericordia ejus perfugium quaerunt. Et cum Evangelium omnibus serio ad Deum sese convertentibus Christum salutis portum ostendat, ad quem per veram poenitentiam (quae ut sufficiat non solo poenae metu aut praemiorum spe sed sincero amore Dei agi debet) accessus datur; sive

2 aut (*1*) cumque (*2*) utcunque *L* 3 f. qui | semel *gestr.* | electus, | et . . . acturus *erg.* | *L* 4 eum (*1*) stat (*2*) acceptam *L* 5 f. nova et (*1*) sanctis patribus inaudita (*2*) offensionis plena, *erg. L* 8 multo plurium *erg. L* 9 Deo (*1*) utcu (*2*) dignius *L* 10 f. sed conspicuam *erg.* quam | perpetuam . . . et *erg.* | cum *L* 13 a . . . sopore *erg. L* 15 f. ac . . . avocamentis *erg. L* 16 incumbens (*1*) dictante conscientia magn (*2*) ex *L* 17 f. lex (*1*) Dei, et memoria admonente gemens tremensque agnoscit, quantum inde a conscientiae terroribus (*a*) praej (*b*) poenam meruerit, quantumque summum (*2*) voluntasque . . . offenderit *L* 21 f. eundem (*1*) judicem, nondum (*a*) amore (*b*) benevolentiam erga peccatores deposuisse, qui in tempore ad veniam (*2*) justissimum . . . | pro . . . sua *erg.* | . . . deposuisse, | qui (*a*) in tempore (*b*) dum tempus est in *erg.* | misericordia *L* 23 f. omnibus (*1*) poenitentibus et serio convertis (*2*) serio . . . convertentibus *L* 24 ostendat, (*1*) | ideo *erg.* | vera poenitentia sive (*a*) in baptismo adultorum, sive post baptismum (*b*) ab initio (*c*) a lavacro regen (*2*) ad *L* 24–26 poenitentiam (*1*) aditus datur | (*2*) accessus (*3*) (quae | ut sufficiat *erg.* | . . . | sincero *erg.* | amore Dei | agi debet *erg.* | (*a*) fit accessus (*b*) accessus datur; *erg.* | *L*

illa in baptismo adultorum his adsit qui primum in Ecclesiam Christi recipiuntur, sive postea ab his qui denuo in peccati gurgite periclitantur, tanquam secunda post naufragium tabula, arripiatur; Deus autem non tantum veniam peccatorum admissorum, sed et novas vires ad meliorem vitam, ac Spiritum Sanctum et regenerationem ad se conversis et poenitentibus polliceatur: hinc jam justificatio peccatoris utique consequitur, qua et per Christi satisfactionem fide apprehensam a reatu absolvitur, et infusa divini affectus caritate habitum justitiae ac novum hominem induit.

Quae cum ita sint, atque ab omnibus fere admittantur, valde inutiles videntur esse controversiae quas nonnulli excitarunt de forma justificationis; utrum scilicet in imputatione meriti satisfactionisque Christi, an vero in justitia habituali infusa consistat. Cum enim utrumque requiri omnes fateri cogantur, quid porro litigant, et quid est λογομαχεῖν si hoc non est? Si justificatio sumatur, uti solet apud jurisconsultos, ut justus sit qui reatus expers est, manifestum est essentiam justificationis, hoc est innocentiae nostrae in imputata nobis satisfactione Christi consistere, propter quam credentibus ac poenitentibus venia conceditur. Sin justificatio sumatur, uti in doctrina morali, ut justus sit, qui habitu justitiae est praeditus, quemadmodum in *Apocalypsi* dicitur: *qui justus est justificetur adhuc*; id est, justitiae habitu crescat, manifestum est habitum illum justitiae a Deo nobis infundi in regeneratione, cum novum hominem induimus. Unde non male dici potest poenitentiae et veniae concessionem (ut alia Dei beneficia taceam, quibus nos juvat et praevenit, etiam ante perfectum regenerationis negotium) esse gratiam gratis datam, novi autem habitus infusionem esse ex congruo divinae sapientiae instituto datam poenitentibus gratiam gratos nos Deo ac placentes efficientem, nostram mentem reapse in melius immutantem, qua totum opus nostrae renovationis absolvitur. Interim tenendum est ad illam quoque justificationis notionem, quae in dimissione reatus consistit, non fidem tantum, sed et poenitentiam ideoque caritatem requiri.

1 adultorum (*1*) illis (*2*) | his *erg.* | *L* 1 f. recipiuntur, (*1*) sive post lavacrum regenerationis iterum (*a*) in mundo vers (*b*) sive . . . in *L* 3 f. arripiatur; (*1*) hinc et fit ut (*2*) Deus autem | non . . . admissorum (*a*) sed et novas vires (*b*) contra carnis et (*c*) sed . . . ac *erg.* | Spiritum *L* 5 conversis (*1*) promiserit: (*2*) et . . . polliceatur: *L* 5 f. peccatoris (*1*) | vere progredit (*2*) utique consequitur *erg.* | qua | et *erg.* | *L* 9 quas . . . excitarunt *erg. L* 11 utrumque (*1*) requirantur (*2*) requiri (*a*) omnes (*b*) utraque pars (*c*) omnes *L* 16 f. quemadmodum . . . crescat *erg. L* 19 male (*1*) dicitur (*2*) dici . . . et *L* 19–21 (ut . . . ante (*1*) absolutum regenerationis opus taceam) (*2*) perfectum regenerationis negotium) *erg. L* 21 datam, (*1*) justit (*2*) novi *L* 21 f. ex . . . poenitentibus *erg. L* 23–26 nostrae (*1*) ⟨creationis⟩ (*2*) renovationis | quantum in terris datum est *erg.* | absolvitur. | Interim . . . requiri *erg.* | *L*

3–5 Deus . . . polliceatur: vgl. Apg. 26, 19 f. 7 habitum . . . induit: vgl. Eph. 4, 24. 16 f. in *Apocalypsi* dicitur: vgl. Off. 22, 11.

Valde supervacuum quoque est duas divinas virtutes fidem et caritatem inter se committere velle, quasi praerogativae praecedentiae lite excitata, atque anxie disquirere, utrius potiores sint in justificatione partes. Quemadmodum enim certum est fidem sine caritate esse mortuam, ita quoque constat caritatem sine fide (dilectionem sine cognitione) esse nullam. Et proinde fides est caritatis requisitum, caritas fidei complementum.

Videntur autem nonnulli eorum, qui totam justificationis vim in sola fide constituunt, et virtutes alias tanquam fructus hominis per fidem justificati, indubitato secuturos considerant, aliam notionem fidei habere quam quae antea in scholis erat recepta; fidem enim non tantum in intellectu, sed et in voluntate constituunt, imo fidei naturam eo usque extendunt, ut fiduciam filialem erga Deum complectatur, in qua mihi caritas sive dilectio Dei videtur involvi. Et mirum non est si sola fide justificari homines volunt, qui sub fide spem et caritatem complectuntur; itaque si sic sentiunt, controversiam de vocabulis movent.

Equidem fatendum est, secundum receptas quoque notiones fidem sive assensum de voluntate aliqua ratione participare, alioqui enim juberi a Deo non posset, nec ab hominibus licet volentibus praestari. Et videmus saepe homines aliquid pro vero habere, etiamsi rationem sententiae suae reddere non possint, imo nullam unquam habuerint, qualem fidem a Deo in mentibus hominum etiam simplicium et in credendi rationes non inquirentium excitari supra diximus, ita ut revera assensus rationibus destitutus consistat in eo mentis statu, quo fit ut qui eum habent, perinde affecti atque agendum patiendumque compositi sunt, ac illi qui rationum sibi sunt conscii, imo aliquando efficacius. Quod comparatione ostendam: videmus esse homines, qui argumentis satis convicti sibi videntur nulla spectra occursura esse in tenebris, iidem tamen non audent soli noctu ambulare, aut si audeant terrore quodam panico corripiuntur. Contra sunt alii qui de argumentis contra spectrorum metum ne cogitant quidem, iidem tamen firma fide et persuasione

2 praerogativae *erg.* *L* 3 in (*1*) homi (*2*) justificatione *L* 4 fide (*1*) amorem sine cogni (*2*) (dilectionem *L* 7 f. qui (*1*) Fidem (*2*) justificationis essentiam in fide constituunt, nec caritatem (*a*) aliter quam fructum (*b*) alias (*3*) totam . . . et *L* 8 fructus (*1*) certos (*2*) indubitato (*3*) ea fide ho (*4*) hominis *L* 9 considerant, (*1*) aliter notionem fidei sumere, quam prius (*a*) fidei ⟨n⟩ (*b*) et in ea filialem fidu (*2*) aliam notionem fidei *L* 11 f. mihi *erg.* *L* 12 involvi. (*1*) Itaque (*2*) Et *L* 16 aliqua ratione *erg.* participare, (*1*) sunt enim (*a*) fid (*b*) gradus assensionis, et quidam (*2*) alioqui *L* 17 Et (*1*) assensus causae interdum sunt (*2*) videmus *L* 17 aliquid (*1*) tenere pro vero (*2*) pro *L* 17 f. habere, (*1*) sine ullis ratio (*2*) etiamsi (*a*) nec nunc in animo ratione (*b*) rationem (*aa*) cred (*bb*) obs (*c*) sententiae *L* 23 qui (*1*) certo (*a*) persuasi sunt | (*b*) sciunt *erg.* | nulla spectra sibi occursura esse in tenebris (*2*) argumentis *L*

muniti totas noctes soli in sylvis atque inter spelaea ferarum versantur. Itaque in illis theoretica quaedam opinio, in his assensus practicus magis esse videtur, quem potissimum in fide desiderari constat. Et Christus ipse dixit plures esse fidei gradus, quorum potissimi non tam penes nudum intellectum sumendi sunt, alioqui major eorum esset fides, quorum major est doctrina (qualis in muliere Cananaea aut Centurione Capernaitico, quibus magnam fidem Christus ipse tribuit utique non fuit), quam penes affectum animi in sententiam perceptam sequendam propensi, etiamsi ratio non tantum non favere, sed et reclamare videretur. Interea fides sive assensus practicus circa articulos Christianae Religionis, tanquam universalia, omnino a spe et caritate ac fiducia filiali distingui potest, quibus generalia nobis singularia applicamus.

Nec vero cum aliquibus putandum est ad justificationem requiri, ut quis se justificatum, multo minus ut electum et perseveraturum, divina fide credat; nam cum multi fidem veram habeant, qui perseveraturi non sunt, sequeretur eos vi fidei ad justificationem necessarie falsum credere debuisse. Sed et qui justificationem a justificato credi debere volunt, in tricas incidunt; si enim credere se justificatum requiritur ad justificationem et proinde justificationem praecedit; utique credere se justificatum debet, qui justificatus nondum est; debet ergo credere falsum. Quod si velint ut quis saltem justificandum se certo credat, has quidem contradictiones evitant, attamen sine ratione, sine scriptura, conditiones justificationis sibi fingunt. Si quis enim fidem et caritatem habeat, justificationis gratiam habebit, etiamsi de actu hoc reflexo ne cogitet quidem, utrum eam accipiat nec ne. Fiducia vero illa filialis sive spes qua credimus et confidimus nobis remitti peccata, nos esse in gratiam receptos, et Dei filios factos, non pertinet ad fidem illam divinam, circa generalia Dei promissa et revelationes quibus falsum subesse non potest, quia illa fiducia praeter divinae bonitatis contemplationem versatur circa res

3 fide (*1*) requiri constat. (*2*) desiderari *L* 3 f. gradus, (*1*) quod non tam ratione intellectus intelligendum est, (*2*) quorum . . . | nudum *erg.* | . . . sunt, *L* 5 f. (qualis . . . fuit) *erg. L* 8 fides (*1*) illa (*2*) sive *L* 9 a (*1*) fiducia filiali (*2*) spe *L* 12 justificatum (*1*) , esse divina fide credat et, (*2*) conversum, (*a*) multo minus (*b*) aut quod est absurdius (*3*) , | multo minus ut *erg.* | electum | et perseveraturum *erg.* | , divina fide credat; nam (*a*) etiamsi de eo (*b*) non potest a (*c*) cum *L* 13 eos (*1*) falsu (*2*) vi *L* 19 f. enim (*1*) fidem sp (*2*) fidem (*a*) spem (*b*) et caritatem *L* 21 utrum . . . ne *erg.* (*1*) Nec video quid noceat si cum spe bona (*a*) conjunctus sit metus reverenti (*b*) conj (*c*) profluente, conjunctus sit metus reverentialis ex contemplatione nostrae indignitatis oriundus. (*aa*) Nec (*bb*) Sic tamen ut spes omnino praevaleat. Praesertim cum ipsa fides (*d*) ex divina misericordia profluente, con (*2*) Fiducia *L* 21 filialis sive spes *erg. L* 21 f. et confidimus *erg.* nobis (*1*) remissa (*2*) remitti (*a*) nobis (*b*) peccata, *L* 23 divinam, (*1*) ut fa (*2*) circa *L* 24–S. 2375.1 potest, (*1*) et quae fide divina amplectimur quia multo illa versatur circa res singulares quae sunt facti; (*a*) nec nisi mora (*b*) et a consideratione (*2*) quia illa | fiducia *erg.* | . . . bonitatis (*a*) considerationem | (*b*) contemplationem *erg.* | . . . memoria *L*

3 Christus ipse dixit: vgl. Matth. 17, 17–20.

humanas et singulares quae sunt facti; et a consideratione ac memoria eorum quae in mente nostra fiunt proficiscitur, nec proinde ultra certitudinem moralem assurgit. Itaque si quae interveniunt dubitationes ex infirmitate nostra profectae, non tollunt fiduciam filialem, quemadmodum etiam tentationes dubitationum circa articulos religionis non tollunt ipsam fidem, etiamsi languida sit. Interim debemus niti ut dubitationes illas excutiamus, animo enim in Dei bonitatem defixo, firmiter statuendum est non passurum illum ut qui veritatem sitiunt, et gratiam quaerunt, a mendacio exitialiter decipiantur, aut misericordiam non consequantur.

Caritas autem illa sive dilectio quae divina est virtus, in eo consistit ut Deum super omnia amemus, et in eo summum nostrum bonum quaeramus. Itaque amabimus ipsum non tantum propter bona quae nobis largitur sed propter se et tanquam ultimum finem. Ea enim in universum natura est veri amoris, quem amicitiae vocant, ut in perfectione sive felicitate rei amatae ipsam nostram felicitatem et perfectionem collocemus, ex parte quidem, si illa finitae perfectionis est (ut cum liberos aut amicos diligimus), ex toto autem, si summae sit excellentiae et bonitatis.

Spes vero apud Theologos est amor quem vocant concupiscentiae, seu affectus erga Deum, qui non ex consideratione praestantiae et perfectionis Dei, sed beneficentiae ejus erga nos bonisque maximis aeternae inprimis vitae, quam suis spondet, nascitur, quanquam fieri possit, ut consideratio beneficiorum Dei bonitatem quoque et perfectionem ejus nobis manifestet, quo facto, spes in caritatem assurgit.

Cum autem ratio dictet, et Scriptura confirmet, dilectionem veram et sinceram non tantum a Deo praeceptam esse, sed etiam esse summum eorum quae ab homine erga Deum fieri possunt, et sine ipsa fidem esse mortuam, merito et congrue statutum est

2 moralem (*1*) progreditur (*2*) assurgit. *L* 4 circa articulos religionis *erg. L* 5 tollunt (*1*) languidam (*2*) ipsam *L* 6 firmiter (*1*) statuamus (*2*) statuendum est *L* 7 ut (*1*) post seria in (*2*) qui (*a*) justitia (*b*) veritatem (*aa*) et justitiam sitiunt, vel (*bb*) sitiunt . . . quaerunt *L* 9 illa sive dilectio *erg. L* 10 bonum (*1*) collocemus, quia summa ejus perfectio et bonitas est, idque non (*a*) ab (*b*) propter a (*2*) quaeramus. (*a*) Ejus autem amoris haec (*b*) Idque (*c*) Itaque *L* 11 tantum *erg. L* 11 f. finem (*1*) ; quia (*a*) ille ipse (*b*) amor Dei est bonum per se (*aa*) . Et am (*bb*) . Amor enim Dei (*cc*) quemadmodum (*dd*) eaque in universum (*2*) . Ea . . . universum *L* 12 f. ut (*1*) ipsa in felicitate sive (*2*) in perfectione rei amatae (*a*) nostrae felicitatis pars (*b*) nostram satisfactionem (*aa*) et ut ita di (*bb*) qu (*3*) in . . . perfectionem *L* 15 f. bonitatis. (*1*) Spes vero est affectus erga Deum (*2*) Spes vero | apud Theologos *erg.* | est amor | quem vocant *erg.* | *L* 17 qui (*1*) ex beneficentia ejus (*2*) non ex consideratione *L* 21 f. dilectionem | veram et sinceram *erg.* | . . . etiam esse *erg. L* 23 possunt, (*1*) esse dilectionem, merito in ea complementum justifica (*2*) et *L* 23 merito (*1*) statuitur (*2*) et . . . est *L*

21 Scriptura confirmet: vgl. 1. Kor. 13, 1–13.

per eam quoque justificationem, reconciliationem et renovationem nostram compleri, quanquam ipsa dilectionis gratia nobis antea a Deo divisis nonnisi per Christum mediatorem impetretur et concedatur; et haec ipsa ejus efficacia, ut peccata deleat, a solo merito Christi per fidem vivam nobis imputato, nascatur; alioqui enim, ut supra diximus, secundum rigorem justitiae divinae non semel diligere sufficit ut omnia retro peccata condonentur, sed semper bene affectum fuisse necesse est. At quia Christus pro nobis satisfecit, faciles sunt conditiones quas Deus exigit, ut meriti Christi participes reddamur, neque ulla intelligi fingive potest quae salvis divinae justitiae ac sapientiae rationibus facilior esset quam amor rei omnium amabilissimae pulcherrimaeque, hoc est ipsius Dei qui post Christi solutionem hoc unicum a nobis reddendae amicitiae suae pretium per se minime valiturum poscit.

Cum autem nullum amplius peccatum nihil Deo exosum, nulla condemnatio in illis sit in quibus gratia Dei per Christum habitat, non videtur formae sanorum verborum consentaneum docere peccatum originis in regeneratione restare, licet debilitatum aut non imputatum; et convenientius est ut dicamus in regeneratione per Christi meritum et Spiritus Sancti efficaciam deleri id quod in malo originali rationem peccati habet, tametsi fomes naturae corruptae non funditus tollatur, et venialia quoque errata subinde a justis admittantur ob humanae naturae infirmitatem. Quaeritur autem quid sit id, quod in peccato originis proprie rationem peccati habet, nam nec sola privatio justitiae originalis, nec positiva naturae nostrae labes quae nobis semper inhaeret peccati rationem faciunt. Itaque sunt theologi catholici qui sentiunt in peccato originali nihil aliud esse quod peccati formam constituat, quam imputationem criminis ab Adamo admissi, seu nihil

1 quoque *erg.* *L* 1 reconciliationen *erg.* *L* 2 quanquam (*1*) ipsius gratia nobis a Deo (*a*) per l (*b*) antea seclusis uniti a Christo impetretur et per meritum (*2*) ipsa . . . divisis *L* 4 vivam *erg.* *L* 5 f. peccata (*1*) deleantur, (*2*) | condonentur *erg.* | (*a*) sed semper dilexisse (*b*) sed *L* 6 At (*1*) postquam (*2*) quia *L* 7 satisfecit, (*1*) levior est conditio quam (*2*) faciles *L* 7 conditiones (*1*) gratiae et renovationis (*2*) quas *L* 7–12 , ut . . . poscit. *erg.* (*1*) Quanquam autem nullum ampli (*2*) Cum *L* 12 peccatum (*1*) sit in his qui in gratia Dei sunt (*2*) nihil Deo exosum (*a*) sit in his neque condamnatio est (*b*) , nulla *L* 13–15 habitat, (*1*) consequens est, ut (*2*) non . . . originis (*a*) debilitari tantum per Christi meritum, ita ut non imputetur ac Sancti Spiritus regenerationem, non vero perdeleri quicquid in ea peccati ra (*b*) in regeneratione (*aa*) non tolli (*bb*) restare, . . . licet (*aaa*) debilitatur aut non imputatur (*bbb*) debilitatum . . . et *L* 15 f. dicamus (*1*) per (*a*) renovationem (*b*) regenerationem (*2*) in . . . efficaciam *L* 16 in (*1*) peccato (*2*) | malo *erg.* | *L* 19 habet (*1*) . Nam in sola carentia (*2*) , nam . . . privatio *L* 20 naturae (*1*) deprav (*2*) labes peccata sunt quodsi reatus tantum imputati infirmitas (*3*) nostrae . . . inhaeret *L* 21 theologi catholici *erg.* etiam post concilium Tridentinum *erg. u. gestr.* qui *L* 21–S. 2377.2 quod (*1*) vere peccati rationem habeat quam ipsum reatum; alii saltem nihil in ea esse positivi in quo peccati ratio collocari possit. Itaque (*a*) quidam (*b*) statuunt Theologi (*2*) peccati . . . justitiae. *L*

aliud quam ipsum reatum; alii saltem nihil in eo agnoscunt positivi in quo peccati ratio collocari possit, totumque quaerunt in defectu originalis justitiae. His tamen videtur aliquid posse addi, quod comparatione declarabo. Constat intentionem aliumve actum mentalem esse duplicem, virtualem et actualem; talis est aliquando intentio virtualis in eo qui baptizat, vel aliud sacramentum administrat, intentio enim durare censetur toto tempore actus modo initio fuerit, licet non semper mens cogitet quid agat, aut fortasse plane durante actu aliis cogitationibus sit distracta, ut nunquam amplius ad rei agendae considerationem revertatur. Itaque dici potest simile quid contingere his qui peccato originali obnoxii sunt, et in Adamo arcana quadam ratione peccasse omnes, et depravata per Adae peccatum voluntate, semper ante redonatam gratiam, aliquid analogum virtuali intentioni peccandi retinuisse intelligantur, quae bonis etiam motibus ante regenerationem praevalet aut certe admiscetur; at haec intentio mala virtualis per veram poenitentiam una cum reatu sublata intelligenda est, restante tantum fomite carnis contra spiritum rebellis.

Minime autem extenuanda est peccati originalis pravitas tanquam vires naturales quae ante lapsum fuere, non multum sint imminutae et depravatae ne liberati divino beneficio detrahamus; neque de reliquis ejus in nobis haerentibus abjecte sentiendum est, tanquam exiguae sint et superatu faciles, ne forte insolentiores reddamur.

Vicissim tamen non eo usque exaggeranda est mali vis ut nihil bonum restare et quicquid ab irregenitis fit per se peccatum esse dicatur, cum S. Augustinus agnoscat (*Ep.* 130) Polemonis continentiam esse donum Dei; quis autem asserat quod a Deo donatur peccatum esse, nec tam altas radices egisse putandum est originale peccatum, ut

3 addi, (*1*) scilicet ex peccato (*2*) quod *L* 4 aliquando *erg. L* 5–8 administrat, (*1*) durante toto tempore actus, (*a*) licet non semper (*b*) imo fortasse omnino non quid (*aa*) agat (*bb*) cogitet, quemadmodum (*aaa*) saepe (*bbb*) non raro (*ccc*) qualis animi distractio non rara est. Itaque dici potest in his qui sunt in peccato originali postquam in Adamo peccavere, quatenus omnes in Adamo fuere (*aaaa*) eodem (*bbbb*) simile (*2*) intentio enim (*a*) baptizandi (*b*) durare . . . actus | modo initio fuerit *erg.* | , licet non semper (*aa*) expre (*bb*) baptizans | (*cc*) mens *erg.* | . . . fortasse (*aaa*) toto actus tempore (*bbb*) | plane durante actu *erg.* | . . . distracta (*aaaa*) . Itaque dici potest ut (*bbbb*) ut . . . simile *L* 9 arcana quadam ratione *erg. L* 9 f. depravata . . . semper *erg. L* 10 gratiam, (*1*) intentionem peccandi (*2*) aliquid *L* 12 aut certe admiscetur *erg. L* 12 mala *erg. L* 15 f. tanquam (*1*) ante lapsum (*2*) vires . . . fuere, (*a*) his qu (*b*) parum sint fraudae (*c*) non . . . depravatae *erg. L* 19 ut (*1*) in non generatis (*2*) in irregenitis (*a*) nihil nisi (*b*) omnes actus mali, (*3*) nihil . . . et *L* 20–22 cum S. Augustinus (*1*) recte dicat continentiam Pol (*2*) agnoscat . . . donatur (*a*) peccatum esse (*b*) crimen (*c*) peccatum esse *erg. L*

21 AUGUSTINUS, *Epistolae* 130: nach neuerer Zählung *Ep.* 144 (PL 33, Sp. 591).

etiam divinae gratiae et abluenti nos atque sanctificanti Sanguini Salvatoris non cedat, tanquam si involuntaria quoque concupiscentia quae in piis etiam ex ipsa compositione machinae praesentis humanae residua est peccatum esset cum nullum peccatum involuntarium sit, nec veras rerum notiones praetextu Scripturae Sacrae male acceptae pervertere deceat.

Videamus jam qui sint regenerationis fructus, quomodo bona opera inde oriantur, et quae sit eorum efficacia. Diximus autem ante regenerationem, dilectione Dei opus esse ad poenitentiam salutarem agendam, unde propter Christi meritum fide apprehensum, venia sequitur peccatorum, et renovatio hominis, seu virtus divinae caritatis quae (cum alias habitus non nisi crebris actibus comparentur) benignitate Dei ob unum actum dilectionis infunditur. Habitum autem oportet esse efficacem, ea enim ejus natura est, ut semper in actum prorumpere nitatur, quaerendo occasiones agendi, et inventis utendo. Itaque secure asseri potest bona opera quatenus in seria voluntate consistunt ad salutem necessaria esse, nam qui Deum non amat, nec Dei amicus est, nec in statu gratiae existit; cum nec poenitentia nec renovatio hominis sine dilectione sibi constet, omnia autem bona opera in ipsa recta intentione sinceroque erga Deum affectu virtualiter ut ajunt, contineantur. Atque hoc illud unum necessarium est, quod Christus aliis omnibus praeferendum admonebat.

Itaque qui Deum super omnia amat, is quemadmodum jam supra attigi circa praeterita quidem voluntati ejus acquiescit etiamsi derelictus videatur, et cum multis adversitatibus conflictandum sibi videat, certo persuasus Deum esse bonum, fidelem, hominum

1 et (*1*) passionis Christi (*2*) abluenti *L* 2 si (*1*) concupiscentia illa (*2*) non voluntaria con (*3*) involuntaria quoque concupiscentia *L* 2 f. in (*1*) nobis (*2*) piis etiam | ex . . . humanae *erg.* | . . . peccatum esset (*a*) pro certo enim habendum videtur, nihil peccati rationem habere posse quam quod voluntarium est, cum nihil involuntarium sit et varia confusio esse videatur praetextu Scripturae Sacrae (*b*) cum *L* 6 inde (*1*) consequantur, (*2*) | oriantur *erg.* | *L* 7 regenerationem, (*1*) fide et poenitentia es (*2*) dilectione Dei *L* 7 f. esse (*1*) quo poenitentia (*2*) ad poenitentiam *L* 8–11 apprehensum, (*1*) remissio peccatorum, et renovatio hominis, seu (*a*) habitus (*b*) infusus a Deo caritatis habitus consequitur. Cum enim alias habitus crebris actionibus sit comparandus, divina benignitate fit ut unum actum dilectionis habitus sequatur caritatis. (*2*) venia (*a*) conceditur (*b*) sequitur . . . virtus (*aa*) infusa, | (*bb*) divinae *erg.* | caritatis quae (*aaa*) alias | ut habitus solent *erg.* | non nisi crebris actibus comparatur, hic vero (*bbb*) (cum . . . actum (*aaaa*) infundi (*bbbb*) infun (*cccc*) dilectionis infunditur. *L* 13–18 Itaque . . . | quatenus in | seria *erg.* | voluntate consistunt *erg.* | . . . poenitentia (*1*) sine (*2*) nec . . . in ipsa (*a*) bona | (*b*) recta *erg.* | . . . necessarium est, (*aa*) quod Magdalenam elegisse Dominus reputatur (*bb*) cujus electionem constat (*cc*) quod . . . admonebat. *erg. L* 19 f. amat, (*1*) | circa futura *erg.* | mandatis ejus optemperare magno studio nititur, voluntatique ejus acquiescit circa praeterita autem (*2*) is . . . quidem *L* 20 f. etiamsi . . . videat *erg. L* 21 persuasus (*1*) omnia (*2*) Deum *L*

21–S. 2379.2 certo . . . amant: vgl. Röm. 8, 28.

bonae voluntatis amantissimum, omniaque ita ordinare ut denique in eorum bonum cedant, qui ipsum amant. Circa futura autem idem Dei mandatis obtemperare summo studio nititur, sive expressis, sive ex divinae gloriae bonique publici consideratione praesumtis; et in dubio id agit quod est tutius et probabilius et conducibilius; quemadmodum ageret vir acer et industrius, et studio rei bene gerendae accensus, quem magnus princeps ad negotia aliqua obeunda destinasset. Nullus enim Deo major meliorque dominus est aut cui uni quicquid in nobis virium est rectius impendatur.

Ex divino autem amore, constat nasci caritatem fratris, id est hominis cujusque cum quo nobis aliquod negotium ulla ratione esse potest: et frustra falsoque Dei dilectionem jactare, qui fratrem non amat, praeclare Johannes monuit, quem D. Hieronymus narrat in summa senectute, cum inter discipulorum manus ad Ecclesiam [deferretur], nihil aliud dicere solitum, quam *filioli diligite invicem*; tandem aliquis taedio eadem audiendi victus, quaesivit, cur hoc unum semper inculcaret, cui reposuit ille dignam Johanne sententiam, *quia*, inquit *praeceptum domini est*, et solum sufficit. Praeclaram autem regulam fraternae dilectionis Christus praescripsit etiam Ethnicorum applausu celebratam, ut proximum diligamus sicut nosmet ipsos, ac proinde faciamus aut non faciamus aliis, quae vellemus aut nollemus ab aliis fieri nobis. Quanquam autem dubium nullum sit caritatem incipere a semet ipsa, ac de reliquo benevolentiam illam in omnes expromtam ac generalem hoc ipsum efficere ut ille praeferatur in quo melius collocatur beneficium ad gloriam Dei et communem fructum, attamen salus, vita et magnum hominis etiam ignoti bonum, nostro aliorumve mediocri incommodo anteponendum est.

Bona opera igitur sunt quae recta intentione ad gloriam Dei et commune bonum suscipiuntur. Itaque sub illis continetur, ut quisque vocationem suam sequatur, id est ut iis se applicet ad quae bene gerenda ei a Deo vires occasionesque oblatae videntur; deinde ut

3 nititur, (*1*) et in dubio id agit quod est (*a*) tutius et (*b*) tutissimum, (*2*) sive *L* 5 vir . . . industrius, (*1*) et fidelis (*2*) et . . . accensus *erg. L* 6 aliqua (*1*) gerenda (*2*) | obeunda *erg.* | *L* 7 est (*1*) cui (*2*) aut cui uni *L* 7 nobis (*1*) facultatum (*2*) virium *L* 8 amore, (*1*) sequi (*2*) constat nasci *L* 11 defereretur *L ändert Hrsg.* 12 tandem (*1*) nonnulli (*2*) aliquis *L* 13 cur (*1*) idem (*2*) hoc unum *L* 15 f. etiam . . . celebratam *erg. L* 16 ut (*1*) fratres diliga (*2*) proximum *L* 16 proinde (*1*) non (*2*) faciamus *L* 18 ipsa, (*1*) et si omnia sint paria, (*a*) nos (*b*) et nostra, deinde (*2*) ac *L* 18 reliquo (*1*) amorem (*2*) benevolentiam *L* 20 et (*1*) general (*2*) commune bonum | (*3*) communem fructum *erg.* | *L* 21 aliorumve (*1*) levi (*2*) mediocri *L* 23 f. illis (*1*) comprehendi debent, etiam mortificationes carnis et exercitia spiritus (*2*) continentur, primum ut quisque vocatione sua satisfaciat, id est ut ea agat (*3*) continetur, . . . applicet *L* 25 ut (*1*) munus suum, cui (*2*) officio, (*3*) muneri *L*

10–14 Vgl. HIERONYMUS, *Commentarii in Epistolam ad Galatas*, III, 6 (PL 26, Sp. 433 C).

muneri publico, aut generi vitae quod suscepit curate satisfaciat, et Spartam quam nactus est, ornet; ac de reliquo communia hominum officia omnibus praestet, neminem cui in periculo opem ferre potest sine summa necessitate deserat, et si quis auxilium etiam ad commoditates suas augendas postulet, ne huic quidem desit ad innoxias sibi aliisque utilitates. In universum autem cogitationes eo referet, ut quam maxime et quam plurimis potest prosit, curabitque ut in omnibus rebus Deus laudetur. Itaque super omnia temporis parcus erit homo vere pius, ne quam vitae partem inutilem transmittat, et a recreationibus etiam honestis sibi admodum temperabit nisi aut necessaria animi relaxatio curaque sanitatis aliquid postulet, aut rerum gerendarum occasiones ac decori servandi ratio hominem in rerum actu constitutum illuc trahant, ubi versari homines solent, neque enim tanta est austeritas pietatis, ut omnes conviviis, spectaculis, ludis, choreis, ac caeteris aularum jocis atque exercitamentis perpetuo excludat. Interdum enim non tempori perdia sunt, sed instrumenta negotiorum. Sobrie tamen tractari debent. Ostendet enim vir probus haec parerga esse, nec nisi quadam necessitate a se admitti.

Cum autem variis modis sive fructu sive exemplo pro conditione et ingenio cujusque divinam gloriam celebrare, et prodesse mortalibus liceat, manifestum est, praeter eos qui in rerum actu et vita communi versantur, utiliter admodum dari in Ecclesia homines asceticos et contemplativos, qui semotis vitae curis, domitisque voluptatibus in contemplationem divini numinis operumque ejus admirationem toti ferantur, vel etiam propriis negotiis soluti, in hoc unum intenti sint atque excubent ut aliorum necessitatibus succurrant, sive docendo ignaros aut errantes sive egentibus atque laborantibus opem ferendo. Neque id ex minimis eorum est, quae Ecclesiam illam commendant, quae una Catholicae nomen et insignia retinuit, in qua sola videmus excellentium virtutum asceticaeque vitae eminentia exempla passim edi atque curari.

Itaque fateor mihi semper religiosos ordines, piasque confraternitates ac societates, aliaque hujusmodi laudabilia instituta mire probata fuisse. Sunt enim quasi coelestis

2 f. neminem (*1*) quem salvis rebus suis juvare potest, deserat, quin etiam nulli innoxiam utilitatem atque indemnes sibi auxi (*2*) cui . . . deserat, *L* 7 pius, (*1*) spe (*2*) | ne . . . transmittat (*a*) ac proinde *erg.* | (*b*) et *L* 8 aut (*1*) rerum gerendarum (*2*) necessaria *L* 9 sanitatis (*1*) , aut remissionem (*2*) | aliquid *erg.* | *L* 9 ac (*1*) decus (*2*) decori servandi ratio *erg. L* 12 aularum (*1*) tempori perdiis (*2*) jocis *L* 13 debent. (*1*) Ostendat tamen (*2*) Ostendet enim *L* 14 necessitate (*1*) quaeri ad (*2*) a *L* 15 sive . . . exemplo *erg. L* 16 cujusque (*1*) prodesse mortalibus (*2*) divinam *L* 19 ejus (*1*) admirabilium (*a*) , toti ferantur (*aa*) et tot laudum ejus (*bb*) vel etiam in solutiorem (*b*) celebrationem (*2*) admirationem *L* 20 intenti (*1*) sunt (*2*) sint | atque excubent *erg.* | *L* 21 docendo (*1*) sive opem ferendo (*2*) ignaros aut errantes *L* 22–24 Neque . . . | illam *erg.* | commendant, quae (*1*) Eccl (*2*) una (*a*) Ecclesiae (*b*) Catholicae . . . curari *erg. L*
26–S. 2381.1 fuisse | (*1*) . Est (*2*) . Sunt . . . terris *erg.* | *L*

quaedam militia in terris, si modo remotis depravationibus atque abusibus secundum instituta fundatorum regantur, et a Summo Pontifice in usum universalis Ecclesiae temperentur. Quid enim esse praeclarius potest, quam lucem veritatis per maria, et ignes et gladios ad remotas gentes ferre, solamque animarum salutem negotiari; interdicere sibi variis illecebris, atque ipsa jucunditate colloquii convictusve, ut contemplationi abstrusarum veritatum, ac Divinae meditationi vacetur; dedicare sese educationi juventutis ad spem doctrinae ac virtutis; miseris, desperatis, perditis, captivis, damnatis, aegrotis, in squalore, in vinculis, in remotis terris auxilium ferre atque adesse, ac ne pestis quidem metu ab effusae caritatis officio deterreri: quicunque haec ignorant aut spernunt, hi nihil nisi plebejum et vulgare de virtute sapiunt et hominum obligationem erga Deum solennium qualicunque obitione et frigida illa consuetudine vivendi, quae vulgo sine zelo sine spiritu in animis regnat, inepte metiuntur. Non autem consilium, ut quidam sibi persuadent, sed praeceptum est, ut quisque in quovis vitae genere ad perfectionem Christianam totis animae corporisque viribus nitatur, cui neque conjugium, neque liberi, neque magistratus, neque militia obstat, etsi majora impedimenta objiciant. Consilium autem est eligere vitae genus ab impedimentis terrenis magis solutum, de quo Dominus Magdalenae gratulabatur.

Sed a descriptione bonorum operum ad effectum eorum veniamus, ubi video passim de merito eorum disputari, et sententiam in Ecclesia a tot seculis receptam acerbe traduci, tanquam pharisaicae fiduciae et superbiae plenam. Puto tamen verbis rite explicatis nullam reprehendendi causam superfore. Sciendum igitur est obligationem et jus nobis

1 modo (*1*) ex instituto fundatorum (*2*) remotis . . . abusibus *L* 3 quam | cum Missionariis *erg. u. gestr.* | lucem *L* 4 f. negotiari; (*1*) quid laudabilius quam cum Jesuitis (*2*) interdicere sibi (*a*) carne et aliis (*b*) variis *L* 5 colloquii | (*1*) convictusque humani (*2*) convictusve *erg.* | , ut (*a*) contemplationibus (*b*) contemplationi *L* 7 miseris, (*1*) aegrotis (*2*) desperatis, *L* 7 perditis, (*1*) aegrotis, (*2*) captivis, *L* 8 in (*1*) peregrinis te (*2*) remotis *L* 9 ignorant aut *erg. L* 10 f. et (*1*) hominis (*2*) hominum obligationem (*a*) frigida quadam (*b*) erga *L* 11 solennium . . . et *erg. L* 12 sine (*1*) calore excitati spiritus (*2*) spiritu *L* 12 regnat, | ac solennium qualicunque (*1*) i (*2*) obitione *gestr.* | (*a*) metiuntur (*b*) inepte *L* 12–17 Non . . . perfectionem (*1*) Christianae caritatis (*2*) Christianam . . . solutum (*a*) Quale Dominus Magd (*b*) cujus (*c*) de . . . gratulabatur. *erg. L* 19 sententiam (*1*) receptam (*2*) in *L* 21 superfore. (*1*) Meritum duplex statuunt Theologi unum de congruo, alterum de condigno. Quod comparare (*a*) pos (*b*) ni fallor possis, cum duplici jure, quod | nobis *gestr.* | in res aliorum competere potest (*aa*) . Nam (*bb*) , est enim vel plenum quod actionem parit, vel imperfectum quale nascitur ex contractu, vel imperfectum, quale est egeno in res ejus qui eleemosynam ex caritate debet. (*2*) Sciendum (*a*) tamen (*b*) igitur est (*aa*) hoc (*bb*) quicquid de jure et obligatione dici potest, non in Deo (*cc*) obligationem *L*

17 Magdalenae: Maria von Bethanien, die Schwester Marthas, vgl. Luk. 10, 42.

respectu Dei, non nisi analogia quadam tribui: Omnia enim Dei sunt, quia creavit et conservat, et solus sapienter gubernare potest; itaque ex ipsa vi summae perfectionis sive summae sapientiae ac potentiae Deus naturaliter omnium Dominus est, et nos ejus servi sumus, quibus ille peculium quoddam concessit negotiandi causa, quod Christus talentum vocavit. Servo autem cum domino respectu peculii tantum imaginarium jus intercedit, ex ipsius domini benignitate ac condescensu. Quemadmodum alias si dominus cum servo ludat latrunculis, nemo nescit quod perditur aut acquiritur domini esse, non tamen sapiens dominus leges ludi turbabit intempestiva dominatus sui ostentatione. His positis ac subintellectis de quasi obligatione Dei ac jure nostro, vel quasi jure tuto ac sine reprehensione dicemus.

Porro quemadmodum verum jus duplex est, plenum scilicet, quod actionem parit, quale est quod ex contractu nascitur, et imperfectum, quod obligationem parit, non tamen actionem ut exigi possit, quale est jus egeni ad eleemosynam quam ei dives debet; ita quasi jus nostrum, quod in Deo quasi obligationem parit etiam est duplex, vel ex congruo scilicet, vel ex condigno. Congruit enim justitiae Dei, ut eos a quibus diligitur aeterna felicitate remuneretur non absolute quidem et ex sola justitiae consideratione (si promissio sejungatur), minor enim retributio sufficeret, sed accedente sapientia, quatenus decrevit Deus felicitatem quantam maximam licet in sua civitate diffundere, hoc enim decreto sapientiae semel posito, justitiae distributivae est non aliquos tantum ex Deum diligentibus cum quadam acceptione personarum sed omnes admitti ad beatitudinem aeternam.

At majorem sibi obligationem Deus ipse imposuit, unde meritum ex condigno mihi derivari posse videtur, et jus aliquod plenius nobis nascitur secundum commutativae justitiae leges. Deus enim cum Filio suo contractum iniit, et nos per Christum in idem foedus admissi sumus; ea autem pacti vis est, ut Christo satisfaciente et nobis per fidem

1 respectu Dei *erg. L* 1 sunt, (*1*) ex ipsa summae perfectionis et potentiae natura, quae (*2*) quia *L* 2 solus (*1*) gubernare potest, itaque (*2*) sapienter *L* 4 concessit (*1*) quasi ta (*2*) negotiandi *L* 8 ludi (*1*) confundet (*2*) turbabit *L* 8 f. ostentatione. (*1*) Hoc fundamento posito (*a*) postea de obligatio (*b*) ac praemunito | semperque subintellecto *erg. u. gestr.* | de | quasi *erg.* | obligatione Dei postea tuto dicemus (*2*) His . . . Dei *L* 11 scilicet, *erg. L* 15 Dei, (*1*) et (*2*) ut (*a*) felicitatem (*b*) bona o (*c*) dilectionem nostram (*d*) | eos . . . diligitur *erg.* | *L* 16 f. consideratione (*1*) , sed potest minora (*2*) | (si . . . sejungatur) *erg.* | , minor *L* 18 Deus (*1*) homines (*2*) felicitatem *L* 19 est (*1*) , ut non quosdam Deum diligentes (*2*) omnes Deum diligentes (*3*) non *L* 20 cum . . . personarum *erg.* sed omnes *erg. L* 22 imposuit, (*1*) contractu quodam nobiscum (*2*) unde *L* 23 plenius *erg. L* 23 f. secundum . . . leges *erg. L* 25 satisfaciente (*1*) peccata nostra (*2*) et *L*

4 f. Vgl. Matth. 25, 14–30.

ac poenitentiam Christo concorporatis ac Deo reconciliatis non tantum iniquitates nostrae deleantur, sed et haeredes vitae aeternae efficiamur, et nobis praeterea legitime currentibus certantibusque corona justitiae imponatur multaque et magna praemia distribuantur, quibus ipsi beati inter se discernentur; nam ne frigidae quidem aquae haustus egeno praebitus sine remuneratione abibit, Deo in nobis sua dona ex pacto coronante. Alioqui nos servi inutiles qui tantum fecimus quae debebamus, nulla merita praetendere aut praemia flagitare possemus.

Quaeritur etiam an renati divina gratia adjuti legem Dei perfecte atque ita implere possint ut nullum committant peccatum mortale, cui sua natura aeterna mors debeatur. Verum cum pro certo habendum sit nullum Legislatorem sapientem praecipere impossibilia, pro certo habendum etiam est nunquam homini reconciliato sufficiens Dei auxilium, potestatemque deesse, non singula tantum sed et omnia Divinae Legis praecepta adimplendi si modo velit. Dixit enim Christus jugum suum suave esse et onus leve, et manifesta est haec possibilitas ex eo, quod tota lex nihil aliud postulat, quam sincerae voluntatis serium conatum, sive ut Deum totis viribus diligamus, quid autem sit quod hanc dilectionem nobis impossibilem reddat, non apparet. Cum idea Dei nobis sit insita, qua summam ejus pulchritudinem agnoscimus, et aliarum rerum imperfectio et indignitas ab attentis facile perspiciatur.

Interim fatendum est in hac infirmitate et reluctatione carnis et distractionibus variis difficile esse semper conservare puritatem animi, paucosque adeo a mortali peccato immunes vixisse, a venialibus erratis nullum. Et si Deus cum eo ipso qui mortalis peccati expers post renovationem fuit in judicium intraret, ne is quidem tueri se posset, nisi opposita Christi satisfactione, saltem enim hujus intuitu priorum ei gratia facta est, postea autem si sanctus vixit, cui alteri hoc debet quam divino auxilio per Christum impetrato?

1 ac . . . reconciliatis *erg.* (*1*) pecca (*2*) iniquitates nos (*3*) non *L* 2 praeterea (*1*) in stadio (*2*) legitime *L* 6 servi inutiles *erg. L* 7 praetendere (*1*) possemus (*2*) aut *L* 8 divina gratia adjuti *erg. L* 11 est (*1*) esse in humana potestate per gratiam adjuta, (*2*) s (*3*) nunquam *L* 12 deesse, (*1*) omnia (*2*) non *L* 13 velit. (*1*) Idque ex eo manifestum est quod (*2*) Dixit *L* 16 dilectionem (*1*) im (*2*) nobis *L* 16–18 Cum . . . indignitas (*1*) prae (*2*) ipso (*3*) ab attentis (*a*) agnosci possit. (*b*) facile (*aa*) agnoscatur. (*bb*) perspiciatur. | Itaque cur Deum super omnia amare nequeamus (*aaa*) causa nulla est, in (*bbb*) (in quo | uno *erg.* | ⟨tibi⟩ lex (*aaaa*) continetur (*bbbb*) sita est) causa nulla intelligi potest *gestr.* | *erg. L* 21 erratis (*1*) vix (*a*) ullos (*b*) ullum (*2*) nullum *L* 22 intraret, (*1*) certe subsistere non posset (*2*) ne *L* 22 f. nisi (*1*) opposito Christi merito, quia saltem (*2*) opposita *L* 24 quam (*1*) gratiae (*2*) divino auxilio *L*

1 f. non . . . efficiamur: vgl. Tit. 3, 7. 2 f. et . . . imponatur: vgl. 2. Tim. 4, 7 f. 13 Dixit Christus: vgl. Matth. 11, 30.

Itaque nemo nisi in Domino gloriari debet, cum quo omnia possumus, et cujus potens est virtus in infirmis.

Explicata hominis reconciliatione, et renovatione, novaeque vitae fructibus (quae sunt bona opera a lege Dei praecepta) videndum etiam erit quaenam Christus instituerit praeceperitque praeter communem naturalem et perpetuam Dei legem. Sciendum ergo est Christum esse non Mediatorem nostrum, qui suo merito suaque passione nos expiavit Deoque conciliavit, sed et esse Legislatorem, qui pro data sibi omni in coelo terrisque potestate praescribere voluit, quae sine salutis periculo sperni non possent, servata autem plurimum ad salutem prodessent. Huc tamen ea non pertinent, quae a nonnullis creduntur, ut quod ferendae sint injuriae, quod amandi sint inimici, aliaque id genus. Nam amare inimicos lex moralis dudum jubet neque ideo minus repellere malos et punire licet, dareque operam ut vel corrigantur, vel certe nocendi facultate priventur. Imo jubet hoc ipsa caritas in reliquos; et cum amare debeamus omnes, ne inimicis quidem exceptis, beneficia tamen nostra proportione quadam dispensare debemus, quando alter alteri obstat. Hinc quod dictum est debere ferri injurias vel consilium est tantum pro iis qui vitae genus eligunt remotum a negotiis, et singularia patientiae eminentis documenta daturum, vel significat magistratui etiam malo non esse resistendum nec a privatis pro religione pugnandum vel tantum vindictae cupiditatem prohibet, ut quicquid fit contra malos ex sola caritate fieri intelligatur. Itaque valde errant Anabaptistae et humanam societatem evertunt, qui magistratu, bello, armis interdicunt homini pio, quo admisso, quis non videt, deserta a bonis republica pessimum quemque potentissimum fore.

Quaecunque autem Christus tanquam Legislator instituit, consistunt in cultu divino Christianis peculiari, et Sacramentis Novae Legis. De Sacramentis postea.

3 f. renovatione, (*1*) et hujus fructibus, (*a*) explicandum (*b*) naturaque bonorum operum explica, (*c*) quae sunt bona opera explicandum erit paulo distinctius quosnam (*2*) (novaequae . . . videndum *L* 4 Christus (*1*) suis (*2*) praeceperit (*3*) instituerit *L* 5 praeceperitque (*1*) ad majorem suo (*2*) praeter communem et naturalem Dei legem, (*a*) hoc est Sacramenta (*b*) qualia sunt Sacramenta quae vocant novae Legis, sive ritus (*aa*) quosdam (*bb*) quidam quibus (*aaa*) peculiarem (*bbb*) peculiaris gratiae vim adjecit. (*3*) praeter . . . legem. *L* 6 tantum (*1*) Le (*2*) Mediatorem *L* 6 nos (*1*) Deo (*2*) expiavit *L* 7 pro *erg. L* 7 sibi (*1*) potestate (*2*) omni *L* 9–21 Huc . . . fore. *erg. L* 9 quae (*1*) ab ii (*2*) a *L* 11 inimicos (*1*) naturalis est legis, (*2*) lex *L* 12 certe (*1*) nocere nequeant (*2*) nocendi *L* 14 exceptis, (*1*) prodesse (*2*) beneficia *L* 15 Hinc (*1*) ferre (*2*) quod . . . ferri *L* 17 f. vel (*1*) significaret injuriis (*2*) significat . . . resistendum | nec . . . pugnandum *erg.* | *L* 19 et (*1*) veram humananarum natu (*2*) humanam *L* 21 videt, (*1*) pessimus (*2*) deserta *L* 22 tanquam Legislator *erg. L* 23 De . . . postea. *erg. L*

7 f. qui . . . voluit: vgl. Matth. 28, 18. 11 amare inimicos: vgl. Matth. 5, 44.

Cultus Divini apud Christianos hoc peculiare est, ut in Christo homine Deum omnipotentem et aeternum adoremus, Christum tanquam unicum salutis mediatorem invocemus ipsique Deo juge sacrificium propitiationis corpus scilicet et sanguinem Domini, sub specie panis et vini secundum ordinem Melchisedec qui Christum aeternum sacerdotem praefiguravit, offeramus (cujus tractationem differemus ad locum de Eucharistia), quibus subjici possunt quae ordinis et decori causa addidit Ecclesia, et quae ad imaginum sanctorum et reliquiarum venerationem pertinent, quae religiosi cultus aliquid in se habent atque utilitate sua non carent, si a superstitione et abusu sint purgata. Ac de his nunc dicemus distincte.

Quod Cultum Salvatoris nostri attinet, expresse dixit Paulus in nomine Jesu quicquid ubique est genu flectere debere unde omnes Christiani ne Socinianis quidem exceptis consentiunt Christum esse adorandum. Verum Ecclesia catholica recte docet nisi Christus Deus esset sine idololatria adorari non posse; et omnino Divini honores ipsi non nisi ob divinitatem debentur, manet enim illud omnipotentis et zelotae Dei irrefragabile verbum: *Ego honorem meum alteri non dabo*. Nec proinde eorum sententiam probare possum, qui volunt ipsi per se humanitati Christi communicatum esse jus divini honoris; quod non Sociniani tantum defendunt sed et quod mireris alii a sua illa communicatione idiomatum seducti. Verum longe prudentius catholici doctores statuunt, ipsi per se humanitati neque proprietates neque honores divinitatis competere, licet summa perfectio summusque honor qui in creaturam cadit ei sit a divinitate datus.

Hoc autem etiam praxeos causa notandum est, ne animi hominum a summi illius atque aeterni boni consideratione, ad anthropolatriam vertantur, Judaeique et

2 f. Christum . . . invocemus *erg. L* 3 Deo (*1*) omnipotenti (*2*) juge sacrificium (*a*) filii sui (*b*) propitiationis *L* 4 vini (*1*) offeramus (*2*) secundum *L* 5 f. offeramus (*1*) et ea (*2*) et quae (*3*) (ut (*4*) nam (*a*) multum (*b*) quae ab Ecclesia (*5*) (cujus . . . Eucharistia) *L* 7 pertinent, | quo magis reverentiam nostram testamus erga illud etiam quod aliqua ratione ad salvatorem pertinet *erg. u. gestr.* | quae *L* 11 unde (*1*) quida (*2*) omnes *L* 13 idololatria (*1*) divinis (*2*) adorari *L* 14 omnipotentis (*1*) Dei (*2*) et *L* 15 *meum* (*1*) *nulli* (*2*) *alteri L* 16 per se *erg. L* 17 et (*1*) Lutherani quidam (*2*) quod . . . alii *L* 17 illa (*1*) fide (*2*) communicatione *L* 19 divinitatis (*1*) tribui posse, (*2*) competere *L* 21 etiam (*1*) plebis (*2*) | praxeos *erg.* | *L* 21–S. 2386.2 ne (*1*) cultus (*a*) ejus (*b*) a (*aa*) vero (*bb*) summi illius atque aeterni | boni *erg.* | consideratione, ad simplicem anthropolatriam vertatur (*2*) pii (*3*) animi . . . vertantur, (*a*) saepe enim fit ut (*aa*) homines (*bb*) vulgus dum Deum nominat (*aaa*) solum (*bbb*) solam humanitatem Christi imo aliquando solum ejus corpus in mente habeat, quod periculo non vacat (*b*) | Judaeique . . . adoremus. (*aa*) Nam si (*bb*) Quod illis sive odium in (*aaa*) symbola Euch (*bbb*) nos, sive quorundam Christianorum imprudentia persuasit *erg.* | (*cc*) Hinc *L*

4 secundum ordinem Melchisedec: vgl. Hebr. 6, 20. 10 dixit Paulus: vgl. Phil. 2, 10. 15 *Ego . . . dabo*: Isaias 42, 8.

Mahometani in falsa sua de nobis concepta opinione confirmentur, tanquam nos aliquid aliud quam unum Omnipotentem Deum adoremus. Hinc nata illa fabula de Deo Christianorum in hostia cuidam Sultano Aegypti oppignorato; acerbumque nescio cujus philosophi Arabis dicterium, qui multas ridiculas religiones sibi visas auditasque ajebat, nullam autem ineptiorem Christiana quae Deum suum comedi juberet. Quae calumnia sive ex illorum odio sive ex nostrorum imprudentia nata est.

Sed nec periculo vacat plebem in hoc genere negligentia docentium minus instrui; cum enim summus actus pietatis sit amor Dei super omnia, natus ex consideratione perfectionis, bonitatis ac pulchritudinis divinae, in cujus possessione verum summum bonum mentis consistit; cavendum est, ne dum actum contritionis atque amoris divini elicere nos credimus, tantum in humanitatis Christi amore atque veneratione consistamus, cujus consideratio etsi efficacissima sit super omnium aliarum creaturarum contemplationem ad excitandam mentem, quo magis ea divinam sapientiam justitiam et bonitatem in Christo manifestatam agnoscat, tamen gradus tantum non fastigii ultimi in colendo Deo rationem habere debet. Et tamen in hoc passim a nonnullis peccari videmus, qui devotionem populi voce aut scriptis accendere contendunt, potius imaginationi et sensuali cuidam affectui hominum carnalia sapientium servientes quam adorationi studentes invisibilis divinitatis, quae in Spiritu ac veritate consistit, atque in cultu nostro ultimum supremumque est. Interea cum totus Christus Deus et Homo adoretur, et sanctissimam ejus animam, et ipsam sacratissimam carnem adorari, non per se quidem, sed ob unionem cum divinitate, et quatenus in divinitatem ratio honorandi resolvitur, dubium nullum est. Et ut rem paucis complectar cum honor sit personae, dirigitur adoratio in personam Christi, neque duae adorationes fingendae sunt, sed una totius Domini, cujus tamen ratio ultima a divina natura petenda est. Unde Ephesinum quoque Concilium cap. 8. decrevit una supplicatione venerandum Emanuel, unamque ei glorificationem dependendam.

3 Christianorum | (ita illi hostiam vocabant) *erg. u. gestr.* in hostia *erg.* | *L* 3 f. cujus (*1*) sapientis (*2*) | philosophi *erg.* | *L* 7 vacat (*1*) sinistra (*2*) plebem *L* 8 f. consideratione (*1*) summae perfectionis divinae, in qua nostrum (*2*) perfectionis . . . cujus (*a*) fruitione (*b*) possessione verum *L* 10 contritionis (*1*) eli (*2*) amorisque (*3*) atque *L* 12 consistamus, (*1*) quae quidem (*a*) admonet (*b*) admonere nos summae potest Dei bonitatis, justitiae (*2*) qu (*3*) quae etsi effi (*4*) cujus *L* 12 f. super . . . contemplationem *erg. L* 14 in Christo manifestatam *erg. L* 15 passim (*1*) ab aliis (*2*) a nonnullis *L* 15 f. videmus, (*1*) qui devotionis popularis excitandae causa (*2*) qui *L* 16 scriptis (*1*) excitant (*2*) inflammare (*3*) | accendere *erg.* | *L* 17–19 cuidam (*1*) cultui, qu (*2*) affectui (*a*) , quam adorationi illi invisibilis divinitatis, | doctr *erg. u. gestr.* | , quae in Spiritu ac veritate consistit, (*aa*) sese accomodantes (*bb*) doctrinam suam accomodantes (*b*) hominum . . . est. *L* 19–26 Interea . . . | Et . . . complectar *erg.* | . . . una (*1*) ipsius ratio ⟨pete⟩ (*2*) totius . . . dependendam *erg. L*

18 adorationi . . . consistit: vgl. Joh. 4, 24. 24–26 Vgl. Concilium Ephesenum, De unione naturarum in Christo, cap. XXVI, 11, 8 (MANSI IV, Sp. 1083B-C).

Non tamen illis assentior, qui praetextu adorationis in Spiritu et veritate rejiciunt in divino cultu quicquid in sensus incurrit, et imaginationem excitat, parum memores infirmitatis humanae. Nam qui naturam mentis nostrae qualis in hoc corpore est considerabit diligentius, is facile agnoscet etiamsi ideas rerum a sensibus remotarum intus habeamus, non posse nos tamen in iis cogitationem defigere atque immorari cum attentione, nisi notae quaedam sensibiles accedant, ut vocabula, characteres, repraesentationes, similitudines, exempla, connexa, effectus. Quae quidem notae atque admonitiones quo sunt significantiores, pluresque rei consideratae proprietates repraesentant, eo sunt utiliores, praesertim si sint extantes et insignes, quin et proderit si per se sint gratae. Debent tamen exui superfluis quibusdam ornamentis quae mentem potius distrahunt quam juvant. Quae omnia similitudine scripturae alicujus legendae illustrari possunt, ac locum habent, sive dicendi genus autoris, sive characterem scribae inspicere placeat. Nam ab autore praeter accuratam rei de qua agitur expressionem et Hypotyposin, similitudines, exempla, acute dicta, numeri ipsi atque cum harmonia quadam cadentia verba, non sine fructu et eloquentiae laude adhibentur, ampullae tamen, et sesquipedalia verba et pro numeris rhythmi, omnisque affectatio, et quicquid denique non insensibili jucunditate mulcet, sed mentem a cogitatione rei de qua agitur ad ipsa illa parerga attentius consideranda avertit, non oratoris est persuasionem auditorum lectorumve quaerentis, sed rhetoris umbratici, in schola otiose ad aurium voluptatem declamantis, qui non efficacia dixisse, sed doctas posuisse figuras laudatur. A scriba quoque et typographo exigimus chartam mundam et elegantem, atramentum non pallescens, literas probe distinctas, bene tornatas et cum quadam facilitatis imagine profluentes; sed nolumus chartam picturatam, et varios pro atramento colores praeter rem, et nescio quos inanium ductuum ubique se ingerentes

2 f. memores (*1*) fragilitatis (*2*) infirmitatis *L* 4 considerabit (*1*) attentius, (*2*) diligentius, is *L* 4 f. sensibus (*1*) abstractarum in (*a*) mente (*b*) animis (*2*) remotarum intus *L* 6 quaedam (*1*) sive (*2*) accedant (*a*) quae sunt (*b*) qualia sunt ut (*3*) sensibiles accedant, ut *L* 6 f. characteres, (*1*) imagines, effectus, (*2*) repraesentationes, similitudines, (*a*) effectus, (*b*) exempla, *L* 7 f. notae atque admonitiones *erg. L* 9–12 utiliores (*1*) . Eaedem debent esse purificatae a | (*2*) , debent etiam notae illae esse (*3*) , praesertim, . . . gratae (*a*) ; debent tamen esse (*b*) atque allicientes (*c*) . Debent tamen exui *erg.* | superfluis (*aa*) et (*bb*) quae mentem distrahere possent. (*aaa*) Videmus enim (*bbb*) Quae omnia apparent (*aaaa*) in scriptura, (*bbbb*) in scripto aliquo, sive stylum (*aaaaa*) , sive characte (*bbbbb*) autoris, (*cc*) quibusdam . . . quam (*aaa*) ⟨ – ⟩ (*bbb*) juvant. Quae o (*aaaa*) in scriptis (*bbbb*) ab lectione (*cccc*) similitudine . . . sive (*aaaaa*) dictionem (*bbbbb*) dicendi genus autoris, *L* 13 ab autore *erg. L* 14 Hypotyposin, | pulchrae *gestr.* | similitudines, *L* 14 dicta, (*1*) num (*2*) tonus ipse atque harmonia verbor (*3*) numeri *L* 18 f. auditorum (*1*) quaerentis (*2*) lectorumve *L* 20 laudatur. (*1*) In ipso quoque charactere scribae volumus (*2*) A *L* 21 elegantem, (*1*) atr (*2*) literas non pallescentes, (*3*) atramentum *L* 22 literas (*1*) cum quadam facilitate (*2*) probe *L* 24 quos (*1*) superfluorum (*2*) vano (*3*) inanium *L*

labyrinthos, haec enim legentem perturbant et avertunt. Ita in sacris, quicquid mentem ad cogitationem divinae magnitudinis et bonitatis quam efficacissime ducit, quicquid attentionem nostram excitat, quicquid affectus pios ingenerat, imo quicquid devotionem dulcem et gratam reddit, probandum est, sed si appareat periergia, si auditores magis ad puritatem dictionis, elegantiam, gestus, eruditionemque concionatoris laudandam quam Deum amandum, peccata agnoscenda, vitam emendandam rapiantur; si potius orator quam Christus menti obversetur; si decor sacrorum in theatralem pompam vertatur; si Musica Sacra aurium potius voluptatem, quam pia desideria efficiat, jam corrumpitur sincera devotio profanis ornamentis.

Itaque nec organa Musica, nec suaves concentus, nec hymnos pulchros, nec sacram eloquentiam, nec lumina, nec suffitus, nec pretiosas vestes, vasa gemmata, aliave donaria, nec statuas aut imagines pietatis incitatrices, nec architecturae aut perspectivae artis leges, nec visendas in publicum processiones, et campanarum sonitus et stratas tapetibus vias, et quicquid aliud honori divino effusa populorum pietas invenit et morosa quorundam fastidit simplicitas, dedignari Deum arbitror. Idque rationes pariter et exempla firmant. Omnium enim rerum, atque artium primitiae, atque ut ita dicam flos delibatus Deo debentur. Et totius poeseos (quae quasi divinior quaedam eloquentia est, et velut lingua angelorum) non alius usus potior et olim creditus fuit inter ipsa artis incunabula, et nunc quoque videri debet, quam hymnos canere et Dei laudes, quam exquisitissime celebrare. Idem de Musica judicari debet, quae poeseos soror gemella est; et non alia in re excellentes Architecti artem suam, principes magnificentiam rectius ostentant, quam in templis aut basilicis aliisque operibus quae ad honorem Dei ac pias causas destinentur exstruendis atque procurandis. Habemus in Scriptura Sacra praeeuntem Deum, cujus

1 labyrinthos | (*1*) nolumus. (*2*) non probamus. *gestr.* | , haec . . . avertunt *L* 1 in (*1*) divino cultu (*2*) | sacris *erg.* | *L* 2 quam (*1*) optime (*2*) efficacissime *L* 3 affectus (*1*) ingenerat (*2*) pios *L* 4 si (*1*) concionator (*2*) magis quaerant, ut dicti (*3*) auditores *L* 5 concionatoris (*1*) agnoscendam (*2*) laudandam *L* 7 si . . . vertatur; *erg. L* 9 devotio (*1*) superfluis (*2*) | profanis *erg.* | *L* 9 ornamentis. (*1*) Quemadmodum homines delicati (*a*) non plane (*b*) Opera Musica (*aa*) in Thea (*bb*) et Machinarum apparatus in compositionibus Theatricis non nisi cum distinctione (*aaa*) probant. (*bbb*) et temperamento probant (*aaaa*) , in (*bbbb*) . Si qua enim (*2*) Itaque *L* 10 hymnos (*1*) exquisitos (*2*) pulchros, nec *erg. L* 11 f. nec (*1*) pretiosa vasa (*2*) pretiosas vestes, (*a*) aurea ⟨c⟩ (*b*) vasa . . . donaria *erg. L* 12 architecturae (*1*) leges (*2*) aut *L* 13 nec (*1*) magnificas (*2*) | visendas *erg.* | *L* 13 f. stratas (*1*) aulaeis (*2*) tapetibus *L* 14 invenit (*1*) aut (*2*) | et *erg.* | *L* 16 , atque artium *erg. L* 17 poeseos (*1*) atque eloquentiae (*2*) (quae *L* 18 alius (*1*) potius (*2*) usus potior *L* 20 f. est; | et post Salutem Reipublicae probior *erg. u. gestr.* | et non (*1*) alibi melius (*2*) alia *L* 21 principes | vera salute pub *erg. u. gestr.* | magnificentiam *L* 22 f. aliisque . . . destinentur *erg. L* 23 atque procurandis *erg. L*

mandatis Moses in Tabernaculo Salomon in templo satisfecerunt legimusque concentus et hymnos, et organa et cymbala a Davide in laudibus divinis usurpata. Et licet nullum dignius Deo templum sit pura mente, nec suavior Musica devota prece, nec gratior suffitus odore sanctitatis, nec acceptiora donaria eleemosynis; et pro auro in sacris compositum jus fasque animi etiam a profano scriptore commendetur; non ideo tamen negligenda sunt exteriora quia internis posthabenda; quemadmodum amicos et principes non tantum rebus et factis sed et verbis et gestibus, et omni significatione amoris atque honoris colere et prosequi ipsa insita ratio jubet. Reprehenditque eos dominus, qui vas pretiosis unguentis plenum effundi in honorem ejus indignabantur, quasi pretium in usus pauperum rectius versum fuisset. Satis enim opum mortalibus suppeditavit Deus ut utrique officio satisfacere possint et sapienter, pia antiquitas constituit ut pars proventuum sacrorum (post sustentationem cleri) in pauperes et caritatis opera pars in structuras basilicarum aliasque ejus generis impensas erogaretur.

Gravior quaestio est de cultu imaginum quatenus uti illis in sacris, et earum intuitu honorem exhibere prototypo liceat. Nam Deus utique populo suo non sine gravi ratione omni usu sculptilium interdixisse et similitudines rerum fieri noluisse censetur ne pro idolis usurpari possent, et vetus Ecclesia primis temporibus, quemadmodum ex Illiberino Concilio aliisque veterum locis discimus, imagines in oratoria non admisit, aut certe non sine difficultate. Deinde Episcopi Galliae et Germaniae in Synodo Francofordiensi sub Carolo M. habita acriter in Orientales imaginum cultores, et Synodum Nicaenam II. invecti sunt. Et sane haec controversia multis caedibus tumultibus et rerum conversionibus in Oriente occasionem praebuit, nec minima causa est Asiae amissae. Judaei autem

1 in (*1*) arca sua (*2*) Tabernaculo (*a*) fec (*b*) Salomon *L* 1 f. satisfecerunt | (*1*) . Habemus (*2*) habemusque (*3*) legimusque . . . usurpata *erg.* | *L* 4 donaria (*1*) quam eleemosynae in egentes; (*a*) nec (*b*) operaque caritatis, nec (*2*) eleemosynis; *L* 5 a (*1*) paga (*2*) profano (*a*) homi (*b*) scriptore *L* 7 et (*1*) signis (*2*) gestibus, *L* 7 significatione (*1*) honoris a (*2*) amoris *L* 8 colere et *erg.* *L* 9 honorem (*1*) domini ind (*2*) Christi (*3*) ejus *L* 11 pia *erg.* *L* 14 f. intuitu (*1*) repraesentato exemplari (*2*) honorem *L* 15 prototypo *erg.* *L* 16 sculptilium (*1*) interdixit, et similitudinem rerum fieri noluit (*2*) interdixisse . . . noluisse (*a*) videtur (*b*) censetur *L* 17 primis temporibus *erg.* *L* 18 discimus, (*1*) vetuit imagines in templis haberi (*2*) imagines *L* 18 f. admisit, (*1*) imo (*2*) cujus rei nulla alia causa esse (*a*) pote (*b*) intelligi (*3*) aut . . . difficultate. *L* 19 Deinde (*1*) Synodus Fran (*2*) Episcopi *L* 20 habita (*1*) graviter (*2*) acriter *L* 21 sunt (*1*) , et sub Ludovico Pio Claudius (*2*) . Denique (*3*) . Et *L* 22 Oriente (*1*) causam (*2*) | occasionem *erg.* | *L*

1 legimusque: vgl. 1. Par. 16, 42 u. 2. Par. 7, 6. 8–10 Reprehenditque . . . fuisset: Matth. 24, 6–11. 17 f. Vgl. Concilium Eliberitanum (Elvira), can. 36 (MANSI II, Sp. 11D u. 46C-D). Vgl. AUGUSTINUS, *De fide et symbolo*, cap. 7. 19–21 Vgl. Synodus Francofordiensis, can. 2 (MANSI XIII, Sp. 909D).

et Saraceni inter alias sui in Christianos odii rationes, etiam imaginum venerationem habuere; negarique non potest magnos in cultu divino abusus in plebe jam tum invaluisse, et vel ideo Mahometem ejusque sectatores tantum applausum invenisse, quod unius Dei honorem a se restitui jactitarent. Superiore quoque seculo reformationis venditatores magnam coeptis suis speciem in hac ipsa materia invenere.

Ab altera parte pro imaginum usu in sacris manifesta utilitas et ratio stare videtur. Quam enim aliam ob causam legimus vel audimus Historias, quam ut imagines earum in memoria nostra depingantur, sed eae cum admodum fluxae sint, nec semper distinctae satis et lucidae pro magno Dei munere ars pingendi sculpendique habenda est, qua imagines durabiles nanciscimur, quibus res accuratissime et vivacissime, addo et pulcherrime exprimuntur; quarum inspectione (cum originalia semper consulere non liceat) imagines internae renoventur, et quasi sigillo cerae applicato profundius menti imprimantur. Et cum tam excellens sit usus imaginum, ubinam quaeso rectius adhibebitur, quam ubi maxime utile est imagines memoriae nostrae durabilissimas atque effficacissimas esse, hoc est in negotio pietatis ac divini honoris? Praesertim cum supra monuerimus omnium artium et scientiarum (adeoque et picturae) usum in colendo Deo potissimum elucere debere.

Den Text in Kleindruck hat Leibniz durch den nächsten Absatz ersetzt.

Haec consideranti dubium nullum est, quin rem per se innoxiam, imo perutilem, si caute tractetur Divina Lex et viri sancti certis locis temporibusque prohibere maluerint, quod graves abusus parere posset, contra quos cautio difficilis erat. Itaque si concedendum est usum simulacrorum a Deo Judaeis interdictum fuisse, etiam extra sacra satis tamen apparet legem dispensationi locum reliquisse, nam ut similitudines rerum inanimarum taceam certe Cherubini aurei et serpens Mosis, itemque alii Cherubini, et boves, et leones Salomonis etiam in

1 odii (*1*) causas, (*2*) rationes, *L* 1 imaginum (*1*) cultum (*2*) | venerationem *erg.* | *L* 2 habuere; (*1*) ut credibile sit plurimas (*2*) vel abusum ob (*3*) et sane (*4*) negarique *L* 4 Dei (*1*) cultu (*2*) honorem *L* 4 f. reformationis (*1*) venditores (*2*) venditatores *L* 5 speciem (*1*) in (*a*) his (*aa*) controversiis (*bb*) disputati (*b*) hoc negotio i (*2*) in hac *L* 6 usu (*1*) imo et cultu (*2*) in sacris *L* 8–10 depingantur, (*1*) nihil autem (*a*) est (*b*) ad imaginationem et memoriam juvandam imaginibus (*aa*) visibilibus | (*bb*) durabilibus *erg.* | est efficacius. Cum igitur tota pietas et devotio nostra in imaginibus | (*2*) quae (*3*) sed . . . et (*a*) vivaces non (*b*) lucidae . . . durabiles *erg.* | nanciscimur, *L* 10 res (*1*) quam distinctissime vivacissimeque exprimuntur. (*2*) accuratissime (*a*) efficaci (*b*) et *L* 11 inspectione | et quasi (*1*) applicatione annuli (*2*) sigilli applicatione *erg. u. gestr.* | (cum *L* 12 imagines (*1*) in nobis (*2*) internae *L* 12 quasi . . . | cerae *erg.* | applicato *erg. L* 13 quaeso *erg. L* 14 nostrae (*1*) maxime durabiles esse et vivaces, (*2*) durabilissimas *L* 16 scientiarum (*1*) usum (*2*) (adeoque *L* 20 abusus (*1*) nasci possent (*2*) parere posset *L* 21 simulacrorum (*1*) praecepto divino (*2*) a Deo *L* 24 Salomonis (*1*) ⟨ – ⟩ (*2*) etiam in locis sacris positi *L*

locis sacris positi partim jussi parti probati leguntur. Quanquam sub initia Christianismi nullas aut perraras fuisse imagines in oratoriis probabilius videatur partim Judaeorum respectu, partim Ethnicismi aversione, partim amore simplicitatis, cujus ante triumphatum a Constantino errorem, retinentiores fuere, tamen paulatim fuisse receptas negari non potest et sane apud S. Gregorium Nyssae Episcopum describitur pictura gestorum martyris cujusdam in pariete templi artificiose expressa.

Haec consideranti dubium nullum est quin rem per se innoxiam imo perutilem si caste tractetur, divina tamen lex et sancti viri ideo tantum certis temporibus locisque prohibere maluerint quod graves abusus parere posset, contra quos tunc cautio erat difficilis. Videndum ergo in quo consistant potissimum abusus illi. Primum igitur cum nulla adhuc scripta lex a Deo promulgata esset, verusque Dei cultus sola seniorum traditione propagaretur, homines multi unius omnium rerum creatoris infiniti atque invisibilis obliti ad res imaginationi subjectas, solem, lunam, stellas, coelum, elementa, colenda delapsi sunt. Paulatim ambitione tyrannorum vel etiam veneratione hominum bene meritorum factum est, ut mortales Dii consecrarentur. Et quanquam aliqui Deum quendam caeteris superiorem colerent, tamen non infinito ab aliis intervallo remotum sed tantum ut hominem inter homines excellentiorem cogitabant. Plurimum autem imagines et statuae perversum hunc cultum auxerunt, ita enim pravae atque paulatim inolitae inclinationis perpetua irritamenta ante oculos habebant, et mortuos sibi tanquam vivos exhibentes, falsissimam divinitatis imaginationem adjuvabant. Et cum superstitio paulatim nescio quae ostenta aut etiam auxilia Deorum apud statuas sibi finxisset vel notare visa esset, quae sacrificuli lucripetae spargebant vel augebant, inde visa est ipsis statuis peculiaris quaedam inesse virtus divinitatis.

His gentium corruptelis Patriarchae, invisibilis substantiae cultores, sese fortiter opposuerunt. Quos inter Abrahamus peculiari se foedere Deo vero obstrinxit, eaque religione posteros feliciter devinxit. Certe ab illis maxime populis qui Abramidae

1 leguntur. (*1*) In oratoriis autem quan (*2*) In primis seculis (*a*) nullas f (*b*) Christia (*3*) Quanquam sub *L* 1 f. aut perraras *erg. L* 2 f. partim . . . partim (*1*) Ethnicorum (*2*) Ethnicismi . . . fuere *erg. L* 4 Episcopum | prolixe *gestr.* | describitur (*1*) imago | (*2*) pictura *erg.* | *L* 5 cujusdam (*1*) in templo depicta ut alia loca taceam (*2*) quodam (*3*) in *L* 6 f. si (*1*) caute (*2*) caste *L* 7 tamen *erg. L* 9 quo (*1*) consistere possint (*2*) consisterent (*3*) consistant potissimum *L* 11 f. creatoris | (*1*) invisibi (*2*) infiniti atque invisibilis *erg.* | obliti (*a*) varia nomina (*b*) ad *L* 13 tyrannorum (*1*) effect (*2*) vel *L* 14 f. Deum (*1*) Summum (*a*) co (*b*) ut (*2*) | quendam *erg.* | *L* 15 tamen (*1*) vel ille sol fuit, vel certe (*2*) non *L* 15 aliis | rebus *gestr.* | intervallo *L* 17 cultum (*1*) ju (*2*) juverunt, (*3*) auxerunt, *L* 19 adjuvabant. (*1*) Paulatim (*2*) Et cum (*a*) superstitiosa persuasione quaedam apud (*b*) Idola accidere ipsis viderentur (*3*) Et *L* 20 quae (*1*) auxilia et po (*2*) portenta (*3*) ostenta *L* 20 apud (*1*) imagines (*2*) statuas *L* 21 inde (*1*) paulatim (*2*) visa est (*a*) divinitas quae (*b*) ipsis *L* 23 substantiae | veri *gestr.* | cultores, *L* 25 posteros (*1*) ita devinxit, ut non aliae gentes unius Dei (*2*) feliciter devinxit | et cujus vestigia cum Israel et Jacob *erg. u. gestr.* | (*a*) . Et (*aa*) cum (*bb*) ne temporum successu inter Aegyptios superstitiosissimum (*b*) . Certe non (*aa*) alios (*bb*) aliis inter populos quam qui Abramidae habentur constanti (*c*) . Certe *L*

habentur servata est unius Dei religio et in reliquas iterum gentes paulatim diffusa. Et cum Israel Abrahami nepos annonae caritate compulsus in Aegyptum descendisset, ibique Israelitae multiplicati fuissent visum est Deo, ne paulatim illorum constantia superstitiosissimae nationis contagio labasceret, gentem sibi delectam manu forti ex servitute Pharaonis educere, et leges novas illi per Mosen dare, quarum una usu simulacrorum vel omni vel certe sacro ipsis interdixit quo magis ab idolorum cultu, quo nihil tunc erat receptius puri conservarentur. Eadem ratio fortasse durabat sub primis Christianis, tutiusque et Deo et sanctis tunc viris visum est in contrariam potius partem declinare, et re per se bona atque utili sed adiaphora tamen carere, quam teneros adhuc animos parumque firmatos periculo objicere. Itaque si magna ratio cautionis adesset, atque idololatriae metus, non dubito recte fieri posse de imaginibus, quod serpenti aeneo fecit Ezechias, qui tamen ipsius Dei jussu fuerat erectus. Abstineri quoque iisdem consultum foret apud populum qui forte odio imaginum a Christiana fide amplectenda absterreretur, quod aliquando apud Arabes et Persas et Scythas et alios orientis populos usu venire posset, Deo Christianorum armis, vel potius praedicationibus favente, cum fatalis aderit Mahometicae tyrannidi dies.

Nunc autem omnibus accurate expensis, lex Dei si qua fuit contra imagines, ipsumque earum cultum in quantum ille nihil divino honori adversum continet non nisi caeremonialis fuisse judicanda est, et pro tempore condita, et a primis Christianis forte ob graves causas aliquandiu retenta. Quemadmodum illa de die sabbati, item illa de sanguine et suffocato, quae multo expressiorem Novi Testamenti locum habet, nec ideo minus tamen apud maximam Christianorum partem antiquata est cum ratio servandi cessaret.

1 unius (*1*) Theologiae (*2*) Dei *L* 4 superstitiosissimae (*1*) gentis contagio (*2*) nationis (*a*) commerc (*b*) contagio *L* 4 gentem (*1*) suam (*2*) sibi *L* 4 forti (*1*) per Mosen (*2*) ex *L* 5 f. usu (*1*) imaginum (*2*) | simulacrorum *erg.* | *L* 7 receptius (*1*) purissimi (*2*) puri *L* 7 fortasse *erg. L* 9 atque utili *erg.* . . . tamen *erg.* (*1*) abstinere, (*2*) carere *L* 10 f. adesset (*1*) , si qua in regione populi (*a*) imaginum (*b*) | simulacrorum *erg.* | (*aa*) spectaculo (*bb*) odio (*cc*) odio imaginum a Christiana religione amplectenda absterrerentur, (*aaa*) fieri posse (*bbb*) nemo d | (*2*) si quis esset | (*3*) atque *erg.* | . . . metus *erg.* | *L* 14 absterreretur, (*1*) puto etiam primos Christianos eandem ob caus (*2*) quod *L* 14 apud (*1*) Turcos et Saracenos usu venire posset si quando (*2*) Arabes . . . Scythas *L* 17 expensis, (*1*) videtur lex contra (*a*) simulacra (*b*) imagines (*2*) lex *L* 18 in . . . continet *erg. L* 19 f. forte *erg. L* 20 de . . . illa *erg. L* 21 suffocato | et die sabbati *erg. u. gestr.* | , quae *L* 22 cum (*1*) causa (*2*) | ratio *erg.* | *L*

2 Israel Abrahami nepos: d. i. Jakob, der Sohn Isaaks und der Rebekka. 11 f. 2. Kön. 18, 4. 12 Dei jussu: Num. 21, 4–9. 20 de die sabbati: Gen. 2, 3; Exod. 20, 8–11; Deut. 5, 15. 20 f. de . . . suffocato: Lev. 17, 10–14; vgl. Apg. 15, 20.

Sane apud Judaeos ipsos dispensationi locum fuisse constat exemplis, nam etsi simulacra et sculptilia penitus vetita videantur, tamen ut similitudines rerum inanimarum taceam, certe cherubini aurei, et serpens Mosis, itemque alii cherubini, et boves, et leones Salomonis, plerique etiam in loco sacro positi partim jussi, partim probati leguntur. Et quanquam sub initia Christianismi aut nullas aut perraras in oratoriis fuisse imagines probabilius videatur, unius enim imaginis Christi sub habitu boni pastoris ovem errantem requirentis sacris calicibus insculpti mentio reperitur apud Tertullianum, paulatim tamen fuisse receptas negari non potest. Et apud S. Gregorium Nyssae Episcopum describitur pictura laborum martyris cujusdam in pariete templi artificiose expressa. Ut alia nunc loca non attingam.

Quod vero attinet ipsam venerationem imaginum negari non potest metu superstitionis diu inde abstinuisse Christianos, praesertim cum adhuc passim pagani ipsis mixti essent. Tandem ubi in maxima noti cultique orbis parte Daemonum cultus profligatus fuit, nec jam amplius Dii nisi per jocum memorantur, nulla amplius causa gravibus etiam viris visa est, cur imagines, alphabetum idiotarum, magnumque rudis populi ad pietatem incitamentum a cultu excluderentur. Fluctuatum tamen diu fuisse monstrant certamina orientis iconoclastica, et oppositiones Francofordiensium Patrum; quin et his vetustior S. Gregorius cognomento Magnus Romanae Ecclesiae Pontifex variasse visus est, nam in Epistola ad Serenum Massiliensem Episcopum probat quod is imagines adorari vetuisset, reprehendit quod fregisset. Et idem tamen ad Secundinum quendam scribens, cui imaginem Salvatoris miserat, *nos quidem*, inquit *non quasi ante divinitatem, ante illam prosternimur, sed illum adoramus quem per imaginem aut natum aut passum sed in throno sedentem recordamur*. Quae quidem non obscure ostendunt Gregorium coram imagine sive obversum imagini solitum fuisse Christum adorare. Et revera id ipsum est,

6 f. unius . . . | boni *erg.* | . . . Tertullianum *erg. L* 11 attinet (*1*) cultum (*2*) ipsam venerationem *L* 12 Christianos, (*1*) cum (*2*) praesertim *L* 12 passim (*1*) idololatria (*2*) pagani (*a*) Christianis (*b*) ipsis *L* 13 ubi (*1*) Christianismus sine controversia vicit (*2*) in maxima (*a*) culti (*b*) noti *L* 13 parte (*1*) Deorum (*2*) Daemonum *L* 15 gravibus etiam viris *erg. L* 15 alphabetum (*1*) idiotarum, (*2*) ignorantium, (*3*) idiotarum, *erg. L* 16 a | divino *gestr.* | cultu *L* 17 et . . . Patrum; *erg. L* 24 imagine (*1*) Christum adorare, (*a*) quod revera ho (*b*) et cultu (*2*) sive *L*

3 cherubini aurei: Exod. 25, 18–22; vgl. Hebr. 9, 5. 3 serpens Mosis: vgl. Num. 21, 8 f. 3 alii cherubini: 1. Kön. 6, 26–36. 3 f. boves, et leones Salomonis: 1. Kön. 7, 29. 7 apud Tertullianum: TERTULLIAN, *De pudicitia*, cap. 7 u. 10 (PL 2, Sp. 991 D u. 1000 C). 8–10 apud . . . expressa: vgl. GREGOR VON NYSSA, *De sancto Theodoro* (PG 46, Sp. 739 A). 19 f. Epistola ad Serenum: vgl. GREGOR der Große, *Epistolae variae*, Paris 1636, lib. IX, ep. 9 (MGH Epistolae, Bd 2, S. 269–271). 20–23 ad Secundinum scribens: a.a.O., lib. VII, indict. II, ep. 54 (MGH Epistolae, Bd 2, S. 149).

quod alii imagines adorare appellant, ut postea dicam. Et videtur Gregorius in re quam per se adiaphoram putabat, scandali vitandi causa sese accommodasse iis ad quos scribebat; in Gallia enim tardius invaluit imaginum veneratio, multo ante in Oriente et Italia et Claudius quidam presbyter a Ludovico Pio ex Gallia ad Italos missus atque ob doctrinam factus Taurinensis Episcopus narrat se in periculo fuisse, quod imaginum cultui restitisset quemadmodum apparet ex refutatore ejus Jona Aurelianensi. Cujus rei rationem petendam arbitror ex genio populorum, semper enim illarum regionum incolae vivacioris imaginationis fuere et proinde in ritibus exactiores. Unde statuis quoque Imperatorum et Regum habiti honores quasi praesenti principi quod Gallia et Germania fere ignoravit. Itaque non mirum cohorrescere illas gentes, quasi sacrilegio, cum honorem Christi et Sanctorum imaginibus qualem ipsi exhibent, alicubi negari intelligunt (quod tamen aliquando bono zelo et laudando fieri potuit) nam ipsi quasi praesens in illis prototypon intuentur. Rerum enim connexiones longius extendunt ingenio, ideoque magis delicati sunt atque exquisiti. Quanquam eaedem gentes, ubi contraria opinione imbutae sunt, in alteram partem nimiae esse possent quemadmodum Mahumetanos videmus ne picturas quidem rerum animatarum in profano usu ferre posse. Paulatim autem Orientem et Italiam Gallia quoque et Germania et totus pene Christianus orbis secutus est, usque ad superioris seculi mutationes.

Den Text im Kleindruck hat Leibniz gestrichen und im Folgenden wieder eingearbeitet.

Omnis igitur expensis cum videam nihil esse in imaginum veneratione qualem Concilium Tridentinum probat quod honori Divino sit adversum cum nullum periculum idololatriae seu honoris divini aliorsum versi

2 , scandali vitandi causa *erg. L* 2 accommodasse (*1*) populis (*2*) iis *L* 3 f. veneratio, (*1*) in Italia multo ante, quemadmodum Claudius Taurinensis Episcopus apud Jonam Aurelianensem narrat (*2*) multo . . . presbyter *L* 4 f. atque . . . Episcopus *erg. L* 7 enim (*1*) orientales et ⟨ – ⟩ (*2*) illarum *L* 7 regionum (*1*) populi (*2*) | incolae *erg.* | *L* 8 proinde (*1*) caeremoniosiores. (*2*) in ritibus exactiores. *L* 10 fere *erg. L* 10 f. cum (*1*) irrever (*2*) vim imaginibus (*a*) fac (*b*) Christi aut Sanctorum factam audiunt, nam (*3*) honorem . . . imaginibus | qualem ipsi (*a*) habent (*b*) exhibent *erg.* | . . . intelligunt *L* 12 f. potuit) | (*1*) praesentis (*2*) quia (*3*) quasi enim (*4*) nam . . . intuentur *erg.* | Rerum *L* 13 f. ideoque (*1*) in cultu Magis (*2*) magis *L* 15 nimiae (*1*) sunt (*2*) esse possent *L* 16 rerum (*1*) inanimatarum (*2*) animatarum *L* 16 f. posse. (*1*) Quoniam hodie metus nullus est, ut homines per imaginum venerationem (*a*) a di (*b*) ad idololatriam (*aa*) hoc est ad Divini honoris (*bb*) uni summo Deo (*2*) Paulatim . . . totus (*a*) Christianus orbis secutus est, donec (*b*) pene *L* 20 (*1*) Ut igitur (*2*) Omnis *L* 20 expensis (*1*) cum vi (*2*) censeo (*3*) cum *L* 20 f. qualem (*1*) Catholica Ecclesia pro (*2*) Romana Ecclesia in Concilio Tridentino (*3*) Concilium Tridentinum *L* 21 idololatriae (*1*) nunc (*2*) seu (*a*) orbis (*b*) honoris *L*

6 apparet ex refutatore: JONAS AURELIANENSIS, *De cultu imaginum*, lib. III.

appareat, cum sine maxima rerum conversione imaginum veneratio Ecclesia ejici non posse videatur, denique cum vero usu adhibito etiam fructus ejus sit insignis, censeo esse retinendum, quanquam non dubitem illos populos quibus nunc ignoratur, si in ejus exclusione quadam animi repugnatione perstent, modo non damnent alios in Ecclesiam Catholicam recipi posse. In hujusmodi animi rebus aliquid hominum inclinationi et consuetudini tribuendum est ut offensio infirmorum evitetur.

Antequam autem definiamus quid de cultu imaginum recepto sit sentiendum videndum in quo ille consistit quod non aliunde rectius discemus quam ex verbis Concilii Tridentini quae ita habent: *Imagines porro Christi Deiparaeque virginis et aliorum sanctorum in templis praesertim habendas et retinendas eisque debitum honorem et venerationem impertiendam non quod credatur inesse aliqua in iis divinitas vel virtus propter quam sint colendae, vel quod ab iis aliquid sit petendum, vel quod fiducia in imaginibus sit figenda veluti olim fiebat a gentibus, quae in idolis spem suam collocabant, sed quoniam honos qui eis exhibetur refertur ad prototypa quae illae repraesentant, ita ut per imagines quas osculamur, et coram quibus caput aperimus et procumbimus, Christum adoremus et Sanctos, quorum illae similitudinem gerunt, veneremur.*

Et mox: *per Historias mysteriorum nostrae redemtionis picturis vel aliis similitudinibus expressas erudiri et confirmari populum in articulis fidei commemorandis et assidue recolendis. Tum vero ex omnibus sacris imaginibus magnum fructum percipi, non solum quia admonetur populus beneficiorum et munerum quae a Christo sibi collata sunt, sed etiam quia Dei per Sanctos miracula et salutaria exempla oculis fidelium subjiciuntur, ut pro iis Deo gratias agant, ad sanctorumque imitationem vitam moresque suos componant excitenturque ad adorandum et diligendum Deum et ad pietatem colendam.* In quibus Concilii verbis non video quod reprehendi possit. Et postea subjicitur: *abusus qui irrepserint aboleri Sanctam Synodum vehementer cupere.*

1 appareat, (*1*) denique (*2*) cum *L* 1 imaginum (*1*) cultus (*2*) veneratio (*a*) a Christia (*b*) Ecclesia *L* 1 f. videatur, (*1*) cum fructus ejus sit manifestus (*2*) denique *L* 3 quadam . . . repugnatione *erg. L* 4 f. hominum (*1*) opinioni (*2*) inclinationi et consuetudini *L* 16 f. *veneremur.* (*1*) Id quod Conciliorum praesertim vero secundae Nicaenae Synodi decretis adversus imaginum (*2*) Et *L* 24 In . . . possit *erg. L* 25–S. 2396.1 *cupere.* (*1*) Omnis (*2*) Puto (*3*) Cum autem veneratio imaginum in his tantum consistat, (*a*) ut ipsae ornent (*b*) primum ut ipsae o (*4*) Ut autem de honore, | (*5*) Honor autem, *erg.* | qui in imaginibus exhibetur, tum eas ornando in (*a*) ornato (*b*) honorato loco collocando, imo et circumgestando, quae (*aa*) quidem a mag (*bb*) sunt proprie imaginis, nec aliquid cum hono (*6*) Sed *L*

7–25 ex verbis Concilii Tridentini: vgl. Concilium Tridentinum, sess. XXV, 3. Dezember 1563, Decretum de invocatione, veneratione et reliquiis Sanctorum, et sacris imaginibus (MANSI XXXIII, Sp. 171D–172A).

Sed ut rem distinctius tractemus considerandum est duplicem esse honorem imaginum, unum qui proprie est imaginis, ut cum in loco spectabili et honorato collocatur, ornatur, cereis accensis dignoscitur, circumgestatur, quae ut puto minus habent difficultatis, facileque ab illis tolerabuntur qui imagines non omnino rejiciendas putant; alterum qui ad prototypum refertur, de quo diligentius dispiciendum est, et haec est de qua quaeritur imaginis veneratio. Cum scilicet homines imaginem osculantur, aut coram ea caput nudant, genua flectunt, procumbunt, preces effundunt, vota concipiunt, laudes dicunt, gratias agunt. Verum enim vero etsi usus loquendi effecerit ut dicatur honor imagini exhibitus, reapse tamen non res inanima, et incapax honoris, sed prototypon honoratur coram imagine, aut per imaginem; quemadmodum Concilium honorem imaginibus habendum interpretatur. Et hinc factum arbitror, quod Scholastici disputaverint imaginem Christi illo ipso summo latriae cultu adorari quo ipse Christus Deus, actus enim qui adoratio imaginis dicitur, revera est adoratio ipsius Christi occasione intuituque imaginis, et obverso ad eam corpore quasi ad ipsum Christum, ut illius praesentia manifestius exhibeatur magisque animus ad contemplandum Dominum elevetur. Nemo enim sanus cogitabit *da mihi o imago quod peto, tibi o marmor aut lignum gratias ago, sed Te Domine adoro, tibi laudes cano*. Interea ex usu esse videtur atque interesse pietatis, ut offendiculi causa locutionibus illis scholasticorum hodie abstineatur, quibus imaginem divino honore latriae afficiendam ajunt, quas sane phrases Concilium prudenter vitavit parumque probari sibi satis ostendit.

Posito igitur nullam aliam admitti venerationem imaginum quam quae sit veneratio prototypi coram imagine non magis in ea erit idololatria quam, in veneratione quae Deo

2 loco (*1*) exi (*2*) spectabili *L* 3 ornatur, (*1*) circumgestatur (*2*) cereis *L* 4 difficultatis, (*1*) facile enim ab illis admittentur (*2*) facileque *L* 5 f. haec (*1*) proprie dicitur (*2*) est . . . quaeritur *L* 6 scilicet (*1*) eam osculamur (*2*) homines *L* 7 ea (*1*) procumbunt (*2*) caput *L* 7 f. concipiunt, (*1*) loquunt (*2*) laudes *L* 9 imagini (*1*) adhibitus, (*2*) exhibitus, (*a*) tamen accuratius loquendo | (*b*) revera tam (*c*) reapse tamen *erg.* | *L* 10 f. imaginem (*1*) . Et non video cur potius (*2*) ; quemadmodum Concilium (*a*) loquitur. (*b*) honorem . . . interpretatur. *L* 12 latriae (*1*) actu (*2*) cultu *L* 13 Deus, (*1*) quia rev (*2*) idem enim revera actus est ado (*3*) actus *L* 14 f. et (*1*) animo ad ipsum (*2*) obverso (*a*) corpore (*b*) ad eam corpore quasi ad (*aa*) praesentem (*bb*) ipsum Christum, ut (*aaa*) ipsius (*bbb*) ejus (*ccc*) illius praesentia (*aaaa*) et honor (*bbbb*) manifestius (*aaaaa*) repraesentetur (*bbbbb*) exhibeatur *L* 15 ad (*1*) ipsum contemplandum (*2*) contemplandum Dominum *L* 16 enim (*1*) dicit (*2*) sanus cogitabit *L* 16 f. *o* (*1*) *imago* (*2*) *marmor aut lignum* *L* 17 usu (*1*) et pietate (*2*) esse *L* 20 Concilium (*1*) sapienter (*2*) | prudenter *erg.* | *L* 21 quae (*1*) est (*2*) | sit *erg.* | *L* 21 f. veneratio (*1*) De (*2*) prototypi *L* 22 Deo (*1*) exhibetur sanctissimo ejus nomine (*2*) et *L*

10 f. Concilium . . . interpretatur: vgl. a.a.O.

et Christo exhibetur sanctissimo ejus nomine pronuntiato. Nam et nomina sunt notae, et quidem imaginibus longe inferiores, rem enim multo minus repraesentant. Itaque cum dicitur imaginem honorari, non id aliter intelligi debet, quam quomodo dicitur in nomine Jesu genua flecti, nomen domini benedici, nomini ejus gloriam dari. Et coram imagine externa adorare non magis reprehendendum est quam adorare coram imagine interna quae in phantasia nostra depicta est, nullus enim alius usus est externae imaginis quam ut interna expressior fiat.

Sapienter vero monuit Concilium ut ne credatur virtus aliqua sive divinitas ipsi imagini inesse atque inhabitare; quemadmodum Trojani putabant palladio ablato, urbem casuram, et Romani Deos ex templis hostium conceptis quibusdam verbis evocabant, et cum imagine ipsum Deum transferri credebant; aut quemadmodum sculptum signum alicujus Dei gestatum successus prosperos afferre quorundam apud Ethnicos persuasio erat quas imaginum superstitiones Arabes in quibusdam figurationibus ac Talismanibus, Judaei in nominibus scriptis aut pronuntiatis imitabantur; quae utique est iconolatria, aut onomatolatria.

Nec minus praeclare addidit Concilium, ne fiduciam quidem in imaginibus esse figendam, scilicet quasi forte sublata illa aut amissa aut mutata minus grata Deo devotio, minorque precum successus sit futurus, quod utique superstitiosum est credere, idemque de reliquiis dicendum est, quarum amissio aut etiam suppositio manente eadem colentium pietate nil noceret; ita enim censendum est, equidem pietatis aliquando esse loca

1 pronuntiato. (*1*) Cum enim nomina aeque sint notae (*2*) Nam *L* 5 adorare (*1*) Deum non aliud est quam adorare eum (*2*) non . . . adorare *L* 8 vero (*1*) addidit (*2*) | monuit *erg.* | *L* 8 ne (*1*) fiducia (*2*) credatur *L* 9 imagini (*1*) adesse (*2*) inesse | atque inhabitare *erg.* | ; quemadmodum (*a*) gentes (*b*) Trojani (*aa*) credebant (*bb*) putabant *L* 10 ex (*1*) suis (*2*) templis (*a*) urbis obsessae | (*b*) hostium *erg.* | (*aa*) ritu quodam sacro evocabant (*bb*) solenni (*cc*) conceptis *L* 11 quemadmodum (*1*) imaginem (*2*) sculptum signum *L* 12 gestatum (*1*) felicita (*2*) fortunam, (*3*) sucessus *L* 12 quorundam *erg. L* 12 Ethnicos | aliquando superstitiosa *gestr.* | persuasio *L* 13 in (*1*) figuris (*2*) quibusdam *L* 13 ac Talismanibus *erg. L* 14 f. ; quae (*1*) vera (*2*) utique . . . onomatolatria *erg. L* 17 figendam, (*1*) quasi scilicet amissa forte imagine aliqua (*2*) scilicet *L* 17 amissa | imagine *erg. u. gestr.* aut mutata *erg*. aut supposititia deprehensa *erg. u. gestr.* | (*1*) minor precum successus (*2*) minor devotio esse debeat, minorque successus precum s (*3*) minus *L* 18–20 futurus (*1*) , gratiaque Dei (*2*) , et divina (*3*) | quod . . . noceret *erg.* | *L*
20–S. 2398.4 est, (*1*) etsi pietatis | aliquando *erg.* | sit | data *gestr.* | loca sacra visere quoniam et itineris molestia | insignis *erg*. | pars est honoris et praeparationis animi tanquam se castigantis, (*a*) et serium propositum ostendentis (*b*) seriique propositi ostensio, et (*aa*) ad publicos honores (*bb*) privata (*cc*) cum (*aaa*) publico honore concurrentium hominum conspiratio (*bbb*) publica (*aaaa*) honoris (*bbbb*) concurrentium hominum honoris (*2*) equidem . . . visere | aliaque . . . obire *erg.* | . . . | certam *erg.* | . . . pietatis *L*

9 f. Trojani . . . casuram: vgl. VERGIL, *Aeneis*, II, 162–194. 10 f. Romani . . . credebant: vgl. PLINIUS D. Ä., *Naturalis Historiae libri XXXVII*, XXVIII, 18; LIVIUS, *Ab urbe condita*, V, 21, 3–7; SERVIUS GRAMMATICUS, *Commentarius in Vergilii opera*, in *Aen*. II, 351.

quaedam sacra prae aliis vel libere vel ex voto visere aliaque id genus obire, quoniam ipsum iter caeteraeque circumstantiae propositi singulares pars sunt honoris et laudanda est praeparatio animi sibi aliquam poenam legemque certam dicentis, seriique propositi ac zeli nostri peculiaris ostensio, et cum publica concurrentium hominum pietatis significatione privata conspiratio ad Dei honorem; et locus ipse divinis beneficiis insignis recordatione illa et commemoratione fortius movet animum et sacro quodam horrore percellit, quod ne protestantes quidem, quibus sepulchrum domini adire datum est, diffiteri memini.

Nihilo minus etiam in loco quovis ubi eadem est fides, animique devotio, etiamsi imagines, reliquiae aliaque id genus externa adminicula absint, eadem gratia obtinebitur. Talia enim non habent efficaciam ex opere operato, ut ita dicam, quemadmodum Sacramenta sed ex opere operantis, ut in scholis loquuntur. Quemadmodum igitur tempora certa, ita et loca quaeve in his fiunt aut asservantur ideo tantum prosunt, quia singulari quadam admonitione incitamento sunt ad pietatem. Itaque qui temporum electionem probant et quae in his peculiariter geruntur, non debent damnare locorum delectum, aut eorum quae in his asservantur; neque adeo majori jure peregrinationes sacrae quam festi dies rejicientur.

Porro procumbere coram imagine crucifixi, eamque intuendo honorare eum qui repraesentatur, non video quid mali habere possit, fructus autem manifestus est, affectum enim ea re mirifice excitari constat. Vidimus paulo ante hoc factitasse S. Gregorium M. nec ab ea consuetudine penitus abhorrent qui confessionem Augustanam sequuntur, et profecto nisi constaret magnos olim absusus fuisse imaginum, qui rem bonam suspectam reddidere, et nisi sciremus quantae et olim et nunc quoque de illa re motae sint concertationes, nemo fortasse in cultu coram imagine exhibito aliquid mali vel periculi imo scrupuli latere posse facile suspicaretur, usque adeo illa res per se innoxia imo recta et laudabilis videtur.

6 et | mutua *gestr.* | commemoratione fortius (*1*) percel (*2*) movet *L* 9 devotio, (*1*) eadem (*2*) etiamsi *L* 10–12 Talia . . . (*1*) loquuntur; hoc est (*2*) loquuntur. *erg.* (*a*) Itaque adminicula loci (*b*) Quod idem de tempo (*c*) Et (*d*) Quemadmodum *L* 12 f. igitur (*1*) loca (*2*) tempora *L* 13 loca (*1*) pro (*2*) incitamento sunt ad pietate (*3*) quaeve . . . his (*a*) asser (*b*) fiunt aut asservantur *L* 14 singulari quadam admonitione *erg. L* 14 pietatem (*1*) ; et non majori jure peregrinationes sacrae quam festa (*a*) damn (*b*) rejiciuntur. (*2*) . Itaque *L* 15 et . . . geruntur *erg.* , non (*1*) habe (*2*) debent *L* 19 repraesentatur, (*1*) etiam Lutheranis passim receptum est (*2*) paulo (*3*) non *L* 19 possit, (*1*) bonum autem illud continere manifestum est, quod animi motus in salvatorem (*2*) fructus *L* 21–26 consuetudine (*1*) abhorrent Lutherani. (*2*) penitus . . . videtur. *L* 22 profecto (*1*) nisi tanta de hac re mota essent certamina for (*2*) nisi olim (*a*) idolola (*b*) polytheismus inde (*c*) incrementa ex ⟨hac⟩ (*3*) nisi constaret *L* 24 f. vel (*1*) etiam (*2*) periculi imo *L* 26 et (*1*) rationa (*2*) laudabilis *L*

Equidem objici solet Ethnicos eadem exceptione usos, dicebant enim non marmora et ligna a se coli, sed Deos. Verum, praeterquam quod illi virtutem et fiduciam in imaginibus collocabant, responsum supra est, imaginum cultum non per se malum et prohibitum olim fuisse, sed quia ad falsos Deos inclinabat; vere enim idololatricum (ex recepto usu vocis) est id tantum quod divinum honorem alio vertit. Hodie autem in Ecclesia omnis imaginum honor non nisi ad ea prototypa refertur per quae Unum illud aeternumque Numen veneramur, cui soli divinos honores deferre didicimus, et cujus beneficia in aliis intuemur, ut eo magis admoniti cultum in ipso terminemus.

Unam speciosam objectionem video, quod a re quae aliquid dubitationis habet, tutius sit abstinere. Verum si exiguum sit dubium, scrupulosa conscientia est, quam ille scrupulus urget. Equidem fateor ut nunc sunt animi multorum inter Protestantes (ut de Judaeis et Mahumetanis nil dicam), plurimum offensionis nasci ex imaginum usu, sed vicissim cogitandum est, quantis turbis atque offendiculis, quibus sanguinis rivis opus futurum esset, ut Ecclesia eliminaretur ea res quae per se remotis utrinque abusibus atque offendiculis egregia et laudanda est. Itaque retinendam esse recte decretum est. Et non potest ea cuiquam schismatis causa justa esse. Nec putandum est usque adeo contra Ecclesiam et promissum Christi auxilium invaluisse inferorum portas, ut damnatum idololatriae genus toto orbe christiano per tot secula praevaleret.

Omnibus igitur expensis, cum videam nihil esse in imaginum veneratione, qualem Tridentini Patres probant, quod honori divino sit adversum, cum his temporibus nullum periculum idololatriae appareat quae divinum honorem aliorsum vertat quandoquidem omnes satis sciunt unum omnipotens Numen divino honore coli, cum praeterea adsit tot seculorum usus in Ecclesia, qui sine maximis rerum conversionibus tolli non potest, denique cum remotis abusibus fructus rei insignis sit ad pietatem, concludo venerationem

2 et (*1*) lapides v (*2*) ligna *L* 2 f. praeterquam . . . collocabant *erg. L* 3 f. et . . . olim *erg. L* 6 quae (*1*) hono (*2*) ipsum (*3*) aeternum (*4*) Unum *L* 7 Numen (*1*) honoramus, et ad majorem honorem (*2*) honoramus, (*3*) | veneramur *erg.* | *L* 8 f. admoniti (*1*) cultum in ipso terminemus. | (*2*) quod in cultu supremum est *erg.* | (*3*) cultum . . . terminemus. (*a*) Unum speciosum argumentum (*b*) Unam speciosam objectionem *L* 9 aliquid (*1*) scrupuli (*2*) | dubitationis *erg.* | *L* 10 abstinere. (*1*) Jam vero et vetus (*2*) Verum si (*a*) tenuis (*b*) exiguus scrupulus sit (*c*) exiguum sit dubium *L* 10 f. ille (*1*) movet (*2*) | scrupulus *erg.* | *L* 14 utrinque . . . atque *erg. L* 17 et . . . auxilium *erg. L* 18 christiano (*1*) praevaleret, donec (*2*) per (*a*) octo secula et amplius (*b*) tot secula *L* 20 his temporibus *erg. L* 21 idololatriae (*1*) apparet, (*2*) appareat *L* 21 f. quae (*1*) in honore Dei aliorsum verso consistit, (*a*) cum (*b*) seu falsi Num (*2*) in falsi Numinis cultu consistit (*3*) quasi (*4*) honorem div (*5*) divinum honorem aliorsum (*a*) vertit (*b*) vertat | quandoquidem . . . unum (*aa*) omnipotentem (*aaa*) Deum (*bbb*) et invisibilem Deum (*bb*) omnipotens (*aaa*) atque invisibile (*bbb*) Numen . . . coli *erg.* | cum (*aaaa*) et pro ea (*bbbb*) praeterea adsit *L* 24 rei (*1*) maximus (*2*) | insignis *erg.* | *L* 24 concludo (*1*) imaginem (*2*) venerationem *L*

Prototypi coram imagine (in quo uno cultus imaginis consistit) recte et pie retineri, modo suis limitibus maxima cautione adhibita accurate circumscribatur.

Docendi autem sunt homines, ut recte sapere et loqui discant de re, quae ad divinum honorem pertinet, ne qua maximo cum scandalo contingant, quae animos ab Ecclesiae unitate magis abalienare, aut redire paratos deterrere possint.

Recitabo quod accidere memini: miles aliquis desertor ordinum laqueo adjudicatus erat, jamque in conspectum patibuli adductus et postremum nuntium sive gratiae sive mortis a principe protestante cujus stipendiis merebat, expectans, crucifixi imagunculam ex argento fusilem lacrymis inter metum et vota rigabat, ad laetae autem vocis superventum exultans atque oscula imagini figens, exclamat: *tu es cui salutem debeo, tu me mortis faucibus eripuisti, tu me liberasti*. Hactenus recte, sed cum astantium aliquis vir primarius (plerique autem omnes protestantes erant) quasi admonens subjiceret: *non hic utique quem manu tenes, sed ille qui pro nobis est passus*; tum homo oscula ingeminans, etiam hic inquit: *et cettuy-cy aussi*. Gallus enim natione erat. Quae vox magno coronae horrore excepta est quasi scilicet duo liberatores essent alter vivus alter argenteus, et fuit qui mihi asseverabat nunquam sibi foeditatem idolomaniae papisticae (sic enim loquuntur misere decepti) clarius apparuisse. Equidem arbitror misellum illum in tanta perturbatione animi non satis cogitasse quid diceret, et in verbis potius quam animo crimen fuisse, interest tamen haec expendi, ut homines recte instruantur.

Porro, quemadmodum protestantes in cultu imaginum causam justam non inveniunt cur Ecclesiae unitatem scindant, ita vicissim sentiunt viri docti et catholici, si protestantes, et in universum si populi, qui cultum istum ignorant et refugiunt, in eo non usurpando quadam animi inolita repugnatione perstarent, caetera autem se melioribus paratos

1 et pie *erg.* *L* 1 f. , modo . . . | maxima cautione adhibita *erg.* | accurate circumscribatur *erg.* *L* 3 Docendi (*1*) enim (*2*) autem *L* 4 ne (*1*) aliqua maxima (*2*) qua maximo *L* 5 f. possint. (*1*) Sic memini (*a*) quo (*b*) cum (*2*) Recitabo (*a*) exemplum (*b*) quod accidere memini *L* 6 f. aliquis (*1*) cathol (*2*) desertor ordinum patibulo adjudicatus | tandem *erg.* | a principe protestante cujus stipendiis merebat, vitam impetrasset, (*a*) et (*b*) jamque in conspectu patibuli gratiae (*aa*) nun (*bb*) factae nuntius (*aaa*) supervenisset, | (*bbb*) superveniret, *erg.* | dum ille miser inter spem metumque divisus ac vota faciens, crucifixi imagunculam (*aaaa*) oscula (*bbbb*) lacrymis (*aaaaa*) rigat; (*bbbbb*) rigaret; (*3*) desertor . . . adjudicatus (*a*) esset (*b*) erat *L* 8 expectans, (*1*) interea (*2*) atque inter spem metumque divisus ac vota faciens, (*3*) crucifixi *L* 9 ex argento fusilem *erg.* *L* 9 inter . . . vota *erg.* (*1*) rigaret (*2*) rigabat, *L* 9 autem *erg.* *L* 12 omnes *erg.* *L* 13 *utique* | *crucifixus gestr.* | *quem* *L* 15 f. quasi . . . alter (*1*) argenteus, alter qui carne et ossibus praeditus (*2*) vivus . . . argenteus *erg.* *L* 16 asseverabat (*1*) nihil unquam (*2*) nunquam *L* 17 (sic . . . decepti) *erg.* *L* 18 satis (*1*) expendisse (*2*) | cogitasse *erg.* | *L* 20 in (*1*) cultu (*2*) veneratione (*3*) cultu *L* 21 unitatem (*1*) fug (*2*) scindant, *L* 21 vicissim (*1*) arbitror (*2*) sentiunt *L* 23–S. 2401.1 quadam . . . repugnatione *erg.* perstarent (*1*) caetera (*2*) resipientes caetera se ostenderent, (*3*) caetera . . . ostenderent, (*a*) in Ecclesiae gremium (*b*) intereaque Catholicos | alios *gestr.* | ob *L*

docilesque ostenderent, intereaque Catholicos ob eam causam non improbandos faterentur, in Ecclesiae gremium recipi posse. In hujusmodi enim rebus, quae nullam necessitatem neque divinum praeceptum habent, aliquid hominum inclinationi ac consuetudini tribuendum est, ut offensio infirmorum evitetur.

Connexa est cum imaginum negotio causa Sanctorum et reliquiarum, et multa quae circa imagines diximus, huc quoque referri debent, et generaliter tenendum est neque adorationem coram imagine, neque cultum sanctorum aut reliquiarum probari, nisi quatenus ad Deum refertur, nullumque religionis actum esse debere, qui in honorem unius omnipotentis Dei non resolvatur ac terminetur. Itaque cum Sancti honorantur, hoc ita intelligendum est quemadmodum in scriptura dicitur: *honorificati sunt amici tui, Deus*; et *laudate Dominum in Sanctis ejus*. Et cum invocantur sancti, auxiliumque eorum expetitur, semper subintelligendum consistere auxilium eorum in precibus, quas pro nobis magna efficacia fundunt, quemadmodum et Bellarminus notavit: *juva me Petre aut Paule*, nihil aliud significare debere, quam *ora pro me*, aut *juva intercedendo pro me*.

Equidem angelos custodes nobis a Deo additos certum est, beatos autem Angelis comparat scriptura et ἰσαγγέλους vocat, eosque curam rerum humanarum gerere, doceri videtur colloquio Mosis et Eliae cum Christo, et particularia etiam ad sanctorum atque angelorum notitiam pervenire sive in speculo divinae visionis, sive ipsa claritate et late

1 f. non (*1*) damnarent, sed (*2*) improbandos faterentur, *L* 2 gremium | nihilominus *erg. u. gestr.* | recipi *L* 5 cum (*1*) imaginibus causa Reliquiarum, de quibus et nonnulla jam obiter attigimus (*2*) imaginum *L* 6 debent (*1*) . Minus autem difficultatis videtur habere hic locus, (*a*) nulla enim positiva (*b*) nullus enim scripturae locus est qui (*2*) , et *L* 6 f. neque (*1*) imagines neque sanctos neque in (*2*) Christum ejusque (*3*) aut coram imag (*4*) adorationem (*a*) apud (*b*) coram *L* 7–9 reliquiarum (*1*) per se religiosum censeri debere sed in (*a*) unum Deum denique de (*b*) honorem unius omnipotentis Dei debere resolvi ac determinari, quemadmodum dicitur *laudate Dominum in Sanctis ejus* (*2*) probari, . . . refertur, (*a*) nihilque re (*b*) nullumque . . . debere, (*aa*) qui non (*bb*) quin (*cc*) qui . . . terminetur *L* 11 *ejus*. (*1*) Itaque praeclare notavit Bellarminus, omnem (*2*) Et *L* 11 sancti, (*1*) semper subintelligitur (*2*) auxiliumque *L* 12 semper (*1*) intelligendum (*2*) subintelligendum (*a*) juvare eos (*aa*) inte (*bb*) posse sed intercedendo quemadmodum etiam notavit Cardinalis Bellarminus. (*b*) consistere *L* 14 f. , aut . . . *me. erg.* (*1*) Quodsi plus aliquid facere intelligerentur et rogarentur, quemadmodum Angelos constat non votis tantum sed et factis nobis adesse, erraretur fortasse (quanquam id definire non ausim) nullo tamen periculo (*2*) Cum autem Angelos custodes nobis adesse certum sit (*3*) Equidem *L* 15 nobis (*1*) adesse (*2*) a *L* 15 f. est, (*1*) sanctos (*a*) in ange (*b*) cur (*c*) orare (*2*) beatos . . . eosque *L* 17 et (*1*) minuta (*2*) particularia *L* 18–S. 2402.1 et . . . perspicacia *erg. L*

10 f. *honorificati* . . . *Deus*: Ps. 104, 3. 11 *laudate* . . . *ejus*: Ps. 150, 1. 13 Bellarminus notavit: vgl. R. BELLARMINO, *Disputationes de controversiis christianae fidei*, Ingolstadt 1586, Septima controversia generalis, lib. I, cap. 17. 15 f. beatos . . . vocat: vgl. Luk. 20, 36. 17 colloquio . . . Christo: Matth. 17, 3 f.

patente perspicacia naturali gloriosae mentis, insinuat quod Christus ait coram angelis in coelo gaudium esse super uno peccatore poenitentiam agente. Et Sanctorum intuitu, etiam post eorum mortem Deum aliquid indulgere (quanquam ipsis Sanctis sive veteris sive Novi Testamenti non nisi per Christum Salvatorem et Messiam dignitas sua constet), indicant preces in Scriptura positae: *Recordare Domine servorum tuorum Abraham, Isaac et Jacob*. Quae formula non multum ab illa abest, quam passim habet Ecclesia, *fac Domine ut meritis et intercessione Sanctorum tuorum juvemur*; hoc est *respice eorum labores quos pro nomine tuo te dante sustinuerunt, exaudi eorum preces quibus filius tuus unigenitus vim et pretium tribuit*.

Disputant aliqui, quomodo notitiam habere possint Sancti rerum humanarum, et D. Augustinus ipse in ea re haesisse et subdubitasse videtur. Sed non puto consentaneum vero sanctissimas animas alicubi clausas fingere ubi delitiis quidem fruantur, sed rerum quae geruntur sint expertes, aut non nisi internuntiis forte angelis aliquid resciscant, Mentium enim potissimas delitias facit cognitio rerum, et cum ipsae Divinam Sapientiam ac perfectionem propius intueantur, credibile est ad providentiae arcana, quae in corpore existentes eminus admirabantur, nunc propius admitti, et gubernationem Dei justissimam creditam illis antea nunc cognitam esse, quod sine notitia rerum singularium quae inter homines geruntur intelligi opinor non potest. Multi eo inclinant, ut putent angelos et sanctos res omnes intueri in speculo divinae visionis. Verum si rem recte expendas, etiam nunc solus Deus immediatum est mentis objectum extra Mentem positum et solo Deo mediante ideae nostrae nobis repraesentant quae in orbe geruntur, neque enim intelligi potest alioqui quomodo corpus animam afficiat, aut diversae substantiae creatae per se communicent. Imo sciendum est mentem nostram semper esse speculum Dei et universi nisi quod obnubilata nunc intuitio et confusa cognitio est. Nube igitur remota et Deo se

1 mentis, (*1*) quae (*a*) infinitis parasa (*b*) immen (*c*) miris modis (*2*) qua fieri potest ut (*a*) immensis gradi (*b*) miris modis (*3*) indicat (*4*) | insinuat *erg.* | *L* 3 f. sive . . . Testamenti *erg. L* 4 et Messiam *erg. L* 8 *tuo* (*1*) *tua gratia* (*2*) *te dante L* 10 et (*1*) S. (*2*) D. *L* 11 non (*1*) videtur eripiendum (*2*) videtur (*3*) | puto *erg.* | *L* 12 animas (*1*) quasi ex loco reclusas fingere, (*2*) alicubi clausas fingere *L* 13 f. , aut . . . resciscant *erg. L* 15 ad | divinae *gestr.* | providentiae | ac gubernationis *gestr.* | arcana, *L* 16 eminus (*1*) venerabantur (*2*) admirabantur, *L* 17 sine (*1*) cognitione (*2*) | notitia *erg.* | *L* 18 potest. (*1*) An autem in speculo divinae visionis, an vero (*2*) Multi *L* 20 nunc (*1*) omnis notitia (*2*) solus *L* 20 Mentem (*1*) solaque (*2*) positum *L* 21 mediante (*1*) quid (*2*) caeterarum (*3*) mentis nos (*4*) ideae *L* 22 f. creatae (*1*) inter se (*a*) commercium (*b*) communicare possint. (*2*) per se communicent. *L* 23 est (*1*) in mente (*2*) mentem *L* 24 quod (*1*) in hac vita obnubilata intuitio est i (*2*) obnubilata nunc intuitio *L* 24 et (*1*) Deum intuebimur (*2*) Deo *L*

1 Christus ait: Luk. 15, 10. 5 f. *Recordare . . . Jacob*: Deut. 9, 27.

magis manifestante Deum quidem a facie ad faciem videbimus, res autem caeteras mediante ipso (quemadmodum nunc quoque), sed multo quam nunc clarius, distinctius, diffusius. Atque haec partim ex ipsa natura gloriosae mentis, partim peculiari gratia Dei.

Nemo autem mirari debet Angelum fortasse aliquem aut beatam animam simul Asiae et Europae res intueri, et cum magnam molem complectatur penetrare tamen, et in minutas partes. Cogitemus Ducem exercitus in eminente loco positum lustrare copias, aciemve disponere, quam multa ille eodem tempore intuetur? Quod si cogitetur in tantum auctam esse Mentis gloriosae perspicaciam, in quantum orbis noster campo spatiosior est, jam cessabit admiratio. Si Telescopiis atque Microscopiis plus quam millies extenditur visus; an dubitabimus multo plus Deum beatis tribuere, quam Galilaeum aut Drebelium nobis? At inquies eadem instrumenta non patiuntur, ut multa simul distincte videantur, et quantum augetur campus tubi, minuitur efficacia. Ita est, fateor, quia scilicet oculis praestatur auxilium, qui dimensionibus alligantur, mentis autem vim intendit Deus, quae nullos habet fines determinatos atque immobiles. Videmus tribunum aliquem vel saltem centurionem milites suos productos atque dispositos ita sub conspectu habere posse ut nullus eorum motus ipsum fugiat, et qui latrunculis ludit, quam multis uno obtutu animum adhibet? Quia igitur mens pluribus simul distincte considerandis sufficit, nihil prohibet quin multis millenis modis augeatur numerus objectorum salva distincta cognitione. Et varietatum notatu dignarum quae in toto genere humano contingunt ad variationes illas quae latrunculis recte ludenti simul expendendae sunt, multo minor fortasse proportio est quam mentis gloriosae ad nostram. Cum videamus etiam in terris quantum in magna diversitate rerum simul intuenda, inter rudem et exercitatum intersit, et pro

3 peculiari *erg. L* 5 Europae (*1*) rebus interesse (*2*) res *L* 5 et (*1*) simul tot (*2*) cum (*a*) totius (*b*) totam (*c*) magnam *L* 5 tamen, (*1*) simul (*2*) | et *erg.* | *L* 6 partes. (*1*) Cogitemus enim (*a*) nos ips (*b*) Ducem exerci (*c*) quam multa (*aa*) princeps (*bb*) Dux exercitus simul (*aaa*) complectatur (*bbb*) intueatur (*cc*) sapiens simul intueatur. At hoc per nuntios inquies et (*2*) Cogitemus *L* 7 quam (*1*) multos (*2*) multa ille (*a*) simul videt atque intuetur (*b*) eodem *L* 8 quantum (*1*) habitatus orbis (*2*) orbis noster *L* 10 visus; (*1*) si (*2*) an (*a*) minus (*b*) dubitabimus *L* 12 augetur (*1*) campus que (*2*) spatium (*3*) campus *L* 12 f. scilicet (*1*) auxilium oculis non menti praes (*2*) oculis *L* 15 suos (*1*) ita sub conspectu habere posse, ut nihil eum lateat (*2*) productos *L* 15 f. habere (*1*) , ut nullus eorum motus ips (*2*) posse *L* 16 fugiat, (*1*) manifestum est ergo mentis vim ad multa simul distincte consideranda porrigi (*2*) et *L* 17 mens (*1*) multis (*2*) pluribus *L* 19 Et (*1*) finita (*2*) varietatum (*a*) quae in toto gen (*b*) notabilium (*c*) notatu *L* 19 f. contingunt (*1*) finita (*2*) ad varietates ludi latruncularii quas aliquis (*3*) ad (*a*) varietates (*b*) variationes *L* 20 quae (*1*) semel in ludo (*a*) latrun (*b*) latr (*2*) latrunculis (*a*) bene (*b*) arte (*c*) recte ludenti (*aa*) ali (*bb*) semel (*cc*) simul (*aaa*) cogitandae (*bbb*) expendendae *L* 22 in (*1*) varietate rerum magna considera (*2*) magna *L*

1 Deum . . . videbimus: vgl. 1. Kor. 33, 12.

miraculo sit quod tamen verum experimur, esse qui maximos calculos sola mente ita conficiunt, ut de scripto recitare videantur; et innumeras phantasiae imagines ita in conspectu habent, ut momento illam seligere possint, quae postulatur.

Den Text in Kleindruck hat Leibniz gestrichen und nach zehn Absätzen wiedereingearbeitet:

Cum igitur Beatae Mentes multo magis rebus nostris intersint quam quando in terris vivebant multoque omnia rectius intuebantur (nam homines pauca tantum quae in conspectu geruntur aut ab aliis nuntiantur cognoscunt) cum caritas earum ac voluntas juvandi longe sit ardentior, cum preces earum longe sint efficaciores, quam quas olim fundebant in hac vita; constet autem quantum Deus etiam viventium intercessionibus tribuerit, et quam utiliter nos fratrum preces nostris conjungi expetamus; non video quomodo crimini dari possit, compellare felicem animam, vel sanctum angelum ejusque preces vel auxilia postulare;[3]2 praesertim si id in modum appendicis tantum, scilicet reverentiae erga Deum atque humilitatis nostrae testandae causa fiat, et sancti martyris aut confessoris, vita et res gestae occasionem voto ac pio affectui praebeant. Cultus autem omnis in Deo ipso terminetur, cujus unius beneficium est quicquid angeli aut sancti vel sunt vel possunt, et cujus honor amorque supremus incomparabiliter eminere debet.

Sed a rationibus ad exempla et autoritatem veniamus. Certum est secundo Christianae Ecclesiae seculo jam natalitia martyrum celebrata et apud monumenta eorum sacros conventus fuisse institutos, et creditum est orationes sanctorum juvare, nam tertii seculi scriptor Origenes *in Num.* c. 31. *Quis dubitat quin Sancti et orationibus nos juvent, et gestorum suorum confirment atque hortentur exemplis*. Loquitur igitur tanquam de re explorata et suis temporibus recepta. Ipse autem Origenes privatim videtur eo inclinasse ut crederet Beatos non tantum intercessione quae recepta Ecclesiae sententia est sed et

[3] *Am Rande*: religiosi cultus

1 sit (*1*) nonnullos (*2*) quod (*a*) saepe videmus, (*b*) tamen . . . experimur, *L* 1 calculos (*1*) sine (*a*) penn (*b*) calamo (*2*) sola *L* 2 et (*1*) magnam vocabulorum vim (*2*) innumeras *L* 5 rebus (*1*) nobis (*2*) | nostris *erg.* | *L* 5 quam (*1*) cum in terris (*2*) quando . . . vivebant *L* 6 multoque omnia rectius (*1*) cognoscebant (*2*) videbantur (*3*) intuebantur *erg. L* 7 cum (*1*) maximus sit ea (*2*) caritas earum ac (*a*) juvandi (*b*) voluntas *L* 9 quam (*1*) pie (*2*) | utiliter *erg.* | nos (*a*) aliorum nobiscum (*b*) | fratrum *erg.* | *L* 9 f. video (*1*) quodnam crimini esse (*2*) quomodo . . . possit, | pio affectu *erg. u. gestr.* | compellare *L* 10 ejusque preces *erg. L* 10 f. postulare; (*1*) modo ten (*2*) semper teneatur et (*a*) solici (*b*) crebro cogitetur (*3*) praesertim *L* 11 id | (*1*) per (*2*) in . . . scilicet *erg.* | *L* 11 Deum (*1*) testandae (*2*) atque *L* 12 ac pio affectui *erg. L* 13 f. Cultus . . . in (*1*) Deum i (*2*) Deo . . . quicquid (*a*) sanc (*b*) angeli . . . debet *erg. L* 15 Sed . . . veniamus. *erg. L* 15 est (*1*) prim (*2*) secundo *L* 19 f. Loquitur . . . recepta. *erg. L* 20 videtur (*1*) crede (*2*) eo *L* 21–S. 2405.1 quae . . . est *erg.* sed et (*1*) auxiliis juvare in (*2*) factis *L*

18 f. ORIGENES, *Homiliae in Numeros*, 26 (PG 12, Sp. 779 A-B). 21–S. 2405.1 Vgl. ORIGENES, *Commentarii in Epistolam ad Romanos*, II, 4 (PG 14, Sp. 878 B-C).

factis juvare ad instar angelorum. In *Epist. ad Rom.* dubitans tamen loquitur, et si ita sit, hoc inter occulta nec chartulae committenda mysteria referendum, quam cautionem forte adhibendam putavit vitandae superstitionis causa. S. Cyprianus viventibus se commendabat, ut sui post mortem memores essent lib. I, Epist. 1. Quodsi ut quidam volunt ut cultus imaginum, ita invocationis sanctorum exempla illis temporibus reperiri nequeant, dicendum est ante profligatam a Constantino idololatriam curiosius vitasse Ecclesiam quae ad superstitiones Ethnicorum confirmandas trahi aliquo modo possent, etiam per se innoxia. Saltem ex S. Basilio Magno et S. Gregorio Nazianzeno apparet, jam quarto seculo receptum fuisse, ut nominatim vocarentur martyres, et opitulari crederentur. Et S. Gregorius Nyssenus ait martyri supplicari, ut quasi legatione pro nobis fungatur apud Deum, et S. Ambrosius in libro *de viduis* cum notasset Petrum et Andream rogasse dominum pro socru Simonis quae febri laborabat: ait magnis peccatis obnoxium ad medicum alios precatores recte adhibere obsecrandosque esse angelos et martyres.

Den Text in Kleindruck hat Leibniz gestrichen und im übernächsten Absatz wieder aufgegriffen.

Videtur tamen nimius aliquando factus hic cultus, et alicubi in superstitionem degenerasse, itaque S. Epiphanius qui et imaginem in velo depictam ex templo sustulerat, ne abusui esset acriter in Collyridianos aliosque invectus est, qui Dei genitricem aliosque sanctos ultra modum honorabant. Et S. Augustinus *ad Januarium*, questus est multa se propter nonnullarum vel sanctarum vel turbulentarum personarum scandala devitanda liberius reprehendere non audere, et *contra Faustum* Manichaeum scribens: *Aliud est*, inquit, *quod docemus, aliud quod sustinemus; aliud quod praecipere jubemur, aliud quod emendare praecipimur, et donec emendemus tolerare compellimur*.

3–7 causa. (*1*) Et (*2*) S. Cyprianus (*a*) viventes monebat ut post (*b*) viventibus . . . Epist. 1. *erg.* | (*aa*) An vero quemadmodum cultus imaginum, ita invocationis sanctorum exempla in illis temporibus reperiri queant, dicere non ausim. Nam ante profligatam a Constantino idololatriam curiosius vitavit Ecclesia | (*bb*) Quodsi . . . Ecclesiam *erg.* | *L* 8 etiam | per se *erg.* | innoxia *erg. L* 11–13 et . . . obnoxium (*1*) non male (*2*) ad . . . martyres *erg. L* 15 superstitionem (*1*) imo vicinum aliquid idolo (*2*) degenerasse, *L* 15 f. S. *erg. L* 16 ne (*1*) superstitio (*2*) abusui esset *erg. L* 17 qui (*1*) Mariam (*2*) Dei *L* 17 sanctos (*1*) nimis (*2*) ultra modum *L* 17 f. *ad Januarium erg. L* 21–S. 2406.3 *compellimur*. (*1*) Quicquid ejus sit, si idololatria est (*a*) martyres (*b*) angelos et sanctos compellare ut pro nobis apud Deum intercedant, non video quomodo excusari ab idololatria possint (*aa*) Sanct (*bb*) Basilius et Gregorii (*aaa*) Nysse (*bbb*) Ambrosius, aliique qui hactenus Sancti sunt habiti. (*2*) Quodsi . . . habiti *L*

3 f. Vgl. CYPRIANUS, *Epistolae*, Epist. LX (CSEL III, 2, S. 695). 8 ex . . . apparet: vgl. BASILIUS der Große, *Homiliae et Sermones*, Hom. XIX: In sanctos quadraginta martyres (PG 31, Sp. 508–525); vgl. GREGOR VON NAZIANZ, *Oratio in Machabaeorum laudem* (PG 35, Sp. 926 C – 930 A). 10 GREGOR VON NYSSA, *De sancto Theodoro* (PG 46, Sp. 746 D – 747 C). 11–17 Vgl. AMBROSIUS, *De viduis*, cap. 9 (PL 16, Sp. 250–252); vgl. Luk. 4, 38 f. u. Mark. 1, 29 f.

Quodsi ergo idololatria[4] est vel certe cultus damnabilis angelos et Sanctos compellare, ut pro nobis apud Deum intercedant, non video quomodo Basilius et Nazianzenus, et Ambrosius, et alii qui hactenus pro Sanctis sunt habiti ab idololatria aut certe turpissima abominatione excusari possint. Neque enim naevi erunt patrum uti vulgo dicuntur sed magna manifestaque crimina. Verendum autem est ne qui ita sentiunt viam aperiant ad omnem rem christianam convellendam. Nam si jam ab illis temporibus horrendi errores in Ecclesia praevaluerunt, Arianorum et Samosatenianorum causa mirifice juvatur, qui originem erroris ab illis ipsis temporibus computant, neque obscure defendunt, Trinitatis mysterium, et idololatriam simul invaluisse. Itaque periit primorum Conciliorum autoritas; et cum fatendum sit sacrosanctam Trinitatem non usque adeo clare ex scriptura sacra demonstrari, ut remota Ecclesiae autoritate satisfieri dubitationibus possit; judicandum cuique relinquo quo res sit evasura. Quin imo procedet ulterius suspicio audacium ingeniorum, mirabuntur enim Christum promissis tam largum erga suam Ecclesiam tantum hosti generis humani indulsisse, ut una idololatria profligata succederet alia, et ex sedecim seculis vix unum aut duo sint, in quibus vera fides utcunque inter Christianos sit conservata; cum Judaicam et Mahometanam religionem videamus tot seculis satis puram secundum fundatorum instituta perstitisse. Quo igitur loco manebit consilium Gamalielis, qui de Christiana religione et providentiae voluntate ex eventu judicandum dictitabat; aut quid de ipso Christianismo judicabitur, si lapidem hunc Lydium parum adeo sustineret.

---

[4] *Am Rande*: exceptiones Ethnicorum. δουλεία et λατρεία Abusus, non auferenda Deo misericordia. Quoad licet exprimatur intercessio quae subintelligitur, sit notabile semper discrimen inter cultum Dei et sanctorum.

3 idololatria (*1*) aut a scelere et turp (*2*) aut *L* 4 f. patrum (*1*) qui (*2*) uti vulgo dicuntur *erg. L* 5 f. viam (*1*) sentiant (*a*) toti reg (*b*) toti Christianae rei (*2*) aperiant *L* 7 praevaluerunt, (*1*) qu (*2*) cur (*3*) quis jam Nicaeno (*4*) Arianorum *L* 8 juvatur, (*1*) qui (*2*) nec jam erit cur multum (*a*) Trid (*b*) Nicaeno concilio (*aa*) tribuatur (*bb*) tribuamus. Et prae (*3*) qui (*a*) ab (*aa*) illis tempo (*bb*) ipsis temporibus computant receptum dogma Trinitatis: (*aaa*) quo (*bbb*) itaque (*b*) originem *L* 8 erroris (*1*) ab illis ipsis tem (*2*) circa Trinitatis negotium (*3*) ab *L* 9 idololatriam (*1*) iisdem temporibus (*2*) simul *L* 9 periit (*1*) Nicaeni et c (*2*) primorum *L* 11 f. satisfieri (*1*) cuique (*2*) dubitationibus *L* 13 Christum | Deum *gestr.* | promissis *L* 15 sint, (*1*) quibus Christi cura pro sui (*2*) qui (*3*) in *L* 16 Christianos (*1*) conservaretur (*2*) sit *L* 16 f. religionem *erg. L* 17 tot (*1*) annis (*2*) seculis | satis *erg.* | *L* 18 et . . . voluntate *erg. L* 19 judicabitur, (*1*) qui (*2*) | si *erg.* | *L* 20 Lydium (*1*) tam (*2*) parum *L* 20–S. 2407.1 sustineret. (*1*) Non ideo (*a*) tantum (*b*) tamen nego passim abusus irrepsisse nim (*2*) | Etsi autem conce *erg. u. gestr.* | Neque vero | etsi concedam excessus ab *erg. u. gestr.* | omnis superstitio idololatria; aut si affinis dicenda est, (*a*) quia et innox (*b*) potest cultus aliquis inanis esse qui innoxius tam (*3*) Non *L*

---

18 consilium Gamalielis: vgl. Apg. 5, 34–39.

Non ideo tamen nego passim abusus irrepsisse eosque satis graves, qui subinde in superstitionem periculosam degenerarint. Itaque S. Epiphanius (qui et imaginem in velo depictam ex templo sustulerat, ne abusui esset) acriter in Collyridianos aliosque invectus est qui Dei genitricem et Sanctos reliquos ultra modum honorabant. Et nostris temporibus extant graves querelae Episcoporum non Galliae tantum et Belgii, sed et Hispaniae atque Italiae aliorumque insignium virorum. Et Concilium ipsum Tridentinum prudenter constituit ut abusibus obex poneretur. Neque id dicis causa, ut aliqui cavillantur, sed serio nec sine fructu. Nam et in congregationibus Cardinalium multa salutariter sunt decreta coercendae levitati et superstitioni quorundam hominum, et extant complures Bullae praeclarae summorum pontificum, ut Urbani VIII, et Innocentii XI quorum ille eruditionis hic pietatis eximia laude celebrantur, quibus multi abusus reapse sint sublati aut saltem repressi.

Neque dubito paulatim pontificum, et magnorum principum, et piorum ac doctorum Ecclesiae praelatorum studio eradicari posse maximam partem hujus zizaniae ex agro Dei. Nam qui uno ictu omnem tollere volet, cavere debet, ne Ecclesiam perturbet, et tritico noceat. Sequendumque est in tolerabilioribus consilium S. Augustini qui *ad Januarium* queritur et fatetur multa se propter nonnullarum vel sanctarum vel turbulentarum personarum scandala devitanda liberius reprehendere non audere, et *contra Faustum* Manichaeum scribens, *aliud est*, inquit, *quod docemus, aliud quod sustinemus; aliud quod praecipere jubemur, aliud quod emendare praecipimur, et donec emendemus, tolerare compellimur*. Haec vir non minoris prudentiae quam sanctitatis. Sed haec ita intelligenda sunt ut ad bonum Ecclesiae et pacem respiciatur, non ut vel turpi indulgentia

1 f. graves, (*1*) qui aliquando (*2*) nec superstitio (*3*) qui denique non tantum in superstitionem, sed et in idololatriam (*4*) qui . . . periculosam *L* 6 Italiae (*1*) , ubi (*2*) aliorumque *L* 6 virorum. (*1*) Et ipsi pontifices (*2*) Nec (*3*) Et *L* 6 Tridentinum (*1*) graviter (*2*) | prudenter *erg.* | *L* 7 poneretur. (*1*) Serioque consilio rem sua (*2*) Neque *L* 8 et (*1*) congregatio Cardinalium, et ipsi sum (*2*) in . . . Cardinalium, *L* 12 aut saltem repressi *erg. L* 14 praelatorum (*1*) causa (*2*) | studio *erg.* | *L* 15 uno ictu *erg. L* 15 ne (*1*) omnia (*2*) Ecclesiam *L* 16 in (*1*) levioribus (*2*) tolerabilioribus *L* 17 et fatetur *erg. L* 21 f. sanctitatis. (*1*) Abesse tamen debet omnis respectus humanus (*2*) Sed *L* 22 Ecclesiae (*1*) respici (*2*) et *L* 22–S. 2408.2 adulemur (*1*) . Protestantes autem non debent (*2*) . Ecclesia dicam scribere, quod (*a*) stu (*b*) omnia emendare et (*3*) . Nec odio protestantium et ut magis ipsis (*4*) vel contra (*a*) furioso odio atque reprehensionis impatientia in vetitum nitamur; (*aa*) aut (*bb*) prote (*cc*) ideo probemus (*b*) ira . . . et *L*

2–4 Vgl. EPIPHANIUS, *Opera omnia in duos tomos distributa*, hrsg. v. D. Petavius, 2 Bde, Paris 1622, Bd 2, S. 312–317; vgl. N. 436. 6 f. Vgl. Concilium Tridentinum, sess. XXV (MANSI XXXIII, Sp. 172A). 16–21 Vgl. AUGUSTINUS, *Epistolae*, Epist. LIV, 2, 3 (PL 33, Sp. 200); *Contra Faustum libri XXXIII*, XX, 21 (PL 42, Sp. 385).

hominibus adulemur vel contra ira et contradicendi studio atque reprehensionis impatientia abrepti in vetitum nitamur; et quae tranquilla mente rejiceremus ipsi, ideo tantum probemus ut adversariis aegre faciamus, aut ab iis magis abhorrere videamur. Vicissim protestantes cogitare debent, nimium altercando veritatem amitti, et odiis mutuis in excessus rui, et Ecclesiae dicam non esse scribendam ideo tantum quod quae serio et graviter improbat statim omnia tollere non potest.

Nec vero irritae sunt protestationes, quemadmodum adversarii accusant; reperient enim in catholicorum virorum scriptis eas cautiones, quae si observentur, nulla magnopere quiritandi causa supererit. Ut cum Cardinalis Bellarminus scripsit, quoties auxilium Sanctorum petitur, subintelligendum esse non eos per se juvare, sed intercessione apud Deum quod diligenter inculcandum, et plerumque praesertim in solennioribus precibus expresse addendum est, et Episcopus Meldensis cujus aurea extat *Fidei expositio* egregie monuit, omnem cultum religiosum ultimo in Deum debere terminari. Similes extant aliorum admonitiones quas brevitatis causa non recito, aliquas tantum attingam, quae majoris momenti sunt; qualis ista est, ut cum Sanctos precamur nihil misericordiae divinae detrahamus. *Non tantum enim justitiam, sed et misericordiam Domini cantabo* inquit Psaltes. *Et in aeternum durare bonitatem ejus atque misericordiam* viginti septem vicibus in uno psalmo repetiit idem. Et severe admodum interdictum est, ne fiduciam (supremam scilicet) in hominibus collocemus. Et cum misericordia sit inter attributa Dei, quibus maxime animi conciliantur, non videtur recte amare Deum, qui misericordiam ei negat; neque adeo ferendae sunt voces dicentium Deum justitia sibi servata Beatae Virgini misericordiam cessisse, et hoc Estherem praefigurasse cui dimidium regni

2 mente (*1*) damnaremus (*2*) rejiceremus *L* 3 ut (*1*) protestantibus (*2*) | adversariis *erg.* | *L* 5 ideo tantum *erg. L* 6 f. potest. (*1*) Ne quis autem me putet (*2*) Ne vero protestantes arbitrentur (*a*) talia (*b*) irritas esse protestationes nostrorum, et cogitandum illis (*3*) Nec *L* 7 protestationes | nostrorum *gestr.* |, quemadmodum *L* 7 adversarii (*1*) passim (*a*) grav (*b*) cavillantur (*2*) accusant *L* 8 in (*1*) doctorum et piorum (*2*) catholicorum *L* 8 f. observentur, (*1*) non habebunt quod querantur. (*2*) ipsa quer (*3*) nulla . . . supererit. *L* 11 f. quod diligenter (*1*) admonendum, (*2*) inculcandum . . . est *erg. L* 13 expositio (*1*) graviter (*2*) | egregie *erg.* | *L* 14 f. non (*1*) attingo (*2*) recito, (*a*) unam tantum attingam, quae (*aa*) gravi (*bb*) magni momenti est; ut scilicet (*b*) aliquas . . . ut *L* 19 (supremam scilicet) *erg. L* 20 Dei, (*1*) improbandae sunt voces eorum qui non possunt (*2*) quibus *L* 20 maxime (*1*) nostra mens divincitur, (*2*) animi conciliantur, *L* 21 adeo (*1*) , nisi benigna interpretatione addita ferendae sunt voces, eorum qui volunt (*2*) ferendae . . . dicentium *L*

9–12 Vgl. R. BELLARMINO, *Disputationes de controversiis christianae fidei*, a.a.O., lib. I, cap. 17–19. 12–14 Vgl. J. B. BOSSUET, *Exposition de la doctrine de l'église catholique sur les matieres de controverse*, Paris 1671, Expos. III. 16–18 *Non* . . . idem: vgl. Ps. 103. 22–S. 2409.1 Estherem . . . pollicetur: vgl. Esther 5, 3 u. 6.

Asverus pollicetur. Ipsius enim Domini misericordia fit quod Sanctorum preces prodesse possunt. Haec igitur probe inculcanda sunt animis, periculum enim esse potest, ne prava persuasione simplices recedant ab amore Dei, veraque poenitentia et contritione.

Praeterea licet Sanctorum intercessionem adhibeamus, tanquam appendicem aliquam exiguam nostrae devotionis, simul tamen recta ad Deum ire debemus. Omnes enim Sancti quanticunque sint, conservi nostri sunt, unusque verus Mediator Dei et hominum est Christus, in tantum ad patrem elevatus, in quantum Sancti ad nos depressi sunt, hi enim tanquam a parte nostra sive nobiscum consistunt tanquam comprecantes. Itaque cum officio Christi mediatorio intercessiones eorum nullo modo in comparationem venire possunt, non magis quam viventium Sanctorum preces nostris additae, quas etsi multis modis transcendant eae quae a beatis funduntur, si tamen ad Christi mediationem conferantur nulla proportio est, non magis quam soli propior factus censetur, qui saltu a terra sese elevare contendit.

Deus autem expresse et minis promissisque additis jubet se invocari. Ipse appellatur spes nostra, fiducia, via, ostium, robur, adjutor praeter quem nulla est salus, nullus auxiliator alius, qui scilicet ullo modo in considerationem venire possit, si Deo, si Christo conferatur. Neque ulla indignitas nostra tanta esse debet, quae nos a throno gratiae repellat, cum sincera poenitentia est. Ipse nos vocat, cum ait: *Venite qui onerati estis, et ego reficiam vos. Et si quis peccaverit, advocatum habemus apud patrem, Jesum Christum, qui propitiatio est pro peccatis nostris*. Quanquam autem laudanda sit reverentia semet ipsum indignum conspectu Dei ducere, et omnibus humiliatae mentis signis uti, ex quibus hoc non aspernandum est, sed probandum maxime ut pios viros in terris comprecatores adhibeamus, multo magis autem beatos in coelis, tamen quia nos vocat ipse parendum accedendumque est ne pro filiali humilitate servilis abalienatio et diffidentia

3 persuasione (*1*) alienentur (*2*) simplices *L* 4 Sanctorum (*1*) cult (*2*) intercessionem *L* 5 devotionis, (*1*) recta ta (*2*) simul *L* 7–9 Christus, (*1*) cum quo Sancti | (*2*) qui (*3*) in tantum (*a*) est a parte Dei, in quantum Sancti sunt a parte nostra (*b*) ad . . . sunt, (*aa*) et nobiscum (*bb*) hi . . . nostra (*aaa*) stant. (*bbb*) consistunt. (*ccc*) sive . . . consistunt | tanquam comprecantes *erg.* | . Itaque . . . eorum *erg.* | *L* 12 f. quam (*1*) ad solem (*a*) appropi (*b*) vicinus est (*2*) soli propior (*a*) sit (*b*) factus censetur, *L* 14 Ipse (*1*) vocatur (*2*) | appellatur *erg.* | *L* 15 fiducia, (*1*) robur, (*2*) via, *L* 17 si Christo *erg. L* 20 f. sit (*1*) humilitas (*2*) reverentia *L* 21 omnibus (*1*) signis (*2*) notis contritae me (*3*) humiliatae *L* 22 est, (*1*) ut (*a*) viroru (*b*) Eccles (*c*) ad Ecclesiae militantis (*2*) pari (*3*) maxim (*4*) non tantum (*a*) Sanct (*b*) piorum viro (*5*) sed . . . maxime *L* 23 adhibeamus, (*1*) maxime (*2*) multo magis *L* 24–S. 2410.1 ne . . . nascatur *erg. L*

1 Asverus: der Perserkönig Xerxes I. 18 f. *Venite . . . vos*: Matth. 11, 28. 19 f. *Et . . . nostris*: 1. Joh. 2, 1 f.

nascatur. Itaque de muliere Cananaea praeclare Chrysostomus: *vide prudentiam mulieris*, non rogat Jacobum, non obsecrat Johannem neque pergit ad Petrum, non intendit ad Apostolorum chorum. Ita scilicet (quemadmodum ex aliis locis interpretari Chrysostomum decet) ut apud eos subsistat, aut in iis solis aliquid momenti ponat, nam alioqui videtur et discipulis importuna fuisse, ut vel ipsi indicant. Pergit Chrysostomus: *non quaesivit mediatorem, sed pro omnibus illis poenitentiam accepit comitem, quae advocati locum implevit, et sic ad summum fontem perrexit*.

Haec igitur semper meminisse oportet, ut si qua adhibetur compellatio Sanctorum, pro appendice habeatur, et nota tantum nostrae reverentiae et humilitatis erga Deum, affectusque erga amicos Dei, substantia autem cultus in ipsum Deum recta dirigetur.

Itaque censent viri pii et prudentes dandam esse operam, ut omnibus modis discrimen infinitum atque immensum inter honorem qui Deo debetur, et qui Sanctis exhibetur quorum illum λατρείαν, hunc δουλείαν post Augustinum Theologi vocant, non tantum inculcetur audientium ac discentium animis, sed etiam externis signis, quoad licet, ostendatur. Quanquam enim infiniti ad finitum nulla sit proportio, ac proinde impossibile sit signa proportionata utriusque reperiri, cum ne in rebus quidem finitis sed valde distantibus hoc liceat, quemadmodum videmus veram proportionem Systematis Mundani vel ideo commode in pictura exhiberi non posse quia immensa est fixarum distantia, non ideo tamen omittenda sunt quae saltem significare maximam differentiam queant, quoadusque fieri potest. Et praestat omnino negligi quod finitum et comparari indignum est, quam cum infinito illo ac divino ita coaequari, ut periculum grave nocentissimae confusionis incurratur. Quanquam autem in hac cautela non usque adeo exquisiti et scrupulosi esse possimus, tamen tutius erit quam minimum negligere. Itaque suadendum est, ut certa quaedam signa externa servemus uni Deo, ut honorem Sanctorum non temere

3 f. (quemadmodum (*1*) aliunde (*2*) ex . . . decet) *erg. L* 4 ut (*1*) hic (*2*) ibi (*3*) apud eos *L* 5 et (*1*) Apostolis (*2*) discipulis *L* 7–11 *perrexit.* | (*1*) Hactenus Chryso (*2*) Haec . . . nota | tantum *erg.* | . . . humilitatis (*a*) affectus (*b*) erga Deum . . . dirigetur *erg.* | (*aa*) . Quo magis (*bb*) . Itaque *L* 11 pii (*1*) , ut o (*2*) dandam (*3*) et *L* 13 δουλείαν (*1*) vocat S. Aug (*2*) post *L* 14 non tantum (*1*) incul (*2*) impri (*3*) inculcetur . . . sed *erg. L* 15 f. proinde (*1*) nullo modo (*2*) impossibile *L* 16 in (*1*) finitis (*2*) rebus *L* 18 pictura | commode *gestr.* | exhiberi *L* 18 f. quia immensa (*1*) prae (*2*) est (*a*) prae planetis (*b*) fixarum distantia *erg. L* 19 f. differentiam (*1*) possint, (*2*) | queant *erg.* | , *L* 20 fieri (*1*) potest. (*2*) lice (*3*) potest. *L* 21 divino (*1*) aequari (*2*) nimis (*3*) coaequari: quanquam autem fortasse multa in hoc genere (*4*) ita coaequari, *L* 22 autem (*1*) non (*a*) omnis (*b*) summa (*2*) in *L* 23 tamen (*1*) tutu (*2*) su (*3*) tutius *L* 23 erit (*1*) nihil (*2*) quam minimum *L* 24 ut (*1*) crebro exprimamus (*2*) honorem *L*

1–7 Vgl. JOHANNES CHRYSOSTOMUS, *In Matthaeum Homiliae*, Hom. LII, 2 (PG 58, Sp. 521) u. *De Chananaea*, cap. 4 (PG 52, Sp. 452). 13 Vgl. AUGUSTINUS, *Quaestionum in Heptateuchum libri VII*, II, 94.

cum divino honore permisceamus, sed quoad commode licet, si non locis, saltem temporibus discernamus, ut denique cum conjungi opus est, frequenter verba adjiciamus, quibus discrimen immensum indicetur appareatque quicquid dignitatis atque efficaciae est ut Sanctis a divina gratia et merito Christi esse, Deique ipsius misericordiam et bonitatem infinitis modis superabundare.

His utique cautionibus adhibitis ut summa rei salva sit divinusque honor sibi constet, multa cum Augustino ferre poterimus in Ecclesia, quae modo fieri prudenter possit, praestaret aliquando emendari; nec proinde recte neque ex caritate faciunt, qui idololatriam Ethnicorum Ecclesiae impingunt. Ajunt quidem Ethnicos quoque coluisse Deos suos tanquam summo minores, neque hos adeo a Divis Christianorum alia re distingui, quam quod illi Dii, hi Divi vocentur. Sed haec quidem iniqua accusatio est. Nam praeterquam quod illorum vel dii vel indigetes erant homines eo honore indigni (Sanctos autem amicos Dei esse constat), et quod omnis cultus angelorum et Sanctorum in Deum terminatur, qui angelis suis mandata de nobis dedit, et Sanctorum precibus movetur, Ethnicorum autem Dii non tanquam ministri sed socii Jovis colebantur: His inquam missis summa rei eo redit, quod Ethnici neque in Jove suo, neque in ullo alio suorum deorum, infinitum illud summeque perfectum satis agnovere. Itaque omnes eorum dii ne summis quidem exceptis idola erant, saltem quantum ex publico eorum cultu constat. Christiani autem qui summum illud et aeternum et infinite perfectum divinis honoribus sive latria colunt, quantumcunque aliis rebus finitae perfectionis salvo supremo honore Dei tribuant, idololatriam non committunt, cum has ipsas perfectiones ex fonte divinae bonitatis gratiose profluere fateantur.

Cum igitur Beatae Mentes multo magis nunc rebus nostris intersint quam quando in terris vivebant, multoque omnia praesentius intueantur (nam homines pauca tantum quae in conspectu geruntur aut ab aliis nuntiantur cognoscunt) cum caritas earum aut voluntas juvandi longe sit ardentior, cum denique preces earum longe sint efficaciores quam quas olim fundebant in hac vita; constet autem quantum Deus etiam viventium

1 licet, (*1*) secreta sint loca (*a*) et tempora (*b*) vel tempora (*2*) si *L* 2 discernamus, (*1*) et (*2*) ut denique *L* 4 esse, (*1*) atque aliquid boni (*2*) Deique *L* 4 f. misericordiam (*1*) super (*2*) et bonitatem (*a*) super nos pariter et Sanctos ipsos abundare (*b*) immensam (*c*) infinitam superabundare (*d*) infinitis *L* 5 f. superabundare. (*1*) His utique adhibitis ferri multa poterunt in Ecclesia etiam ex (*2*) His *L* 6 f. ut . . . constet *erg. L* 7 quae (*1*) praestaret emendari, (*2*) quam primum licebit (*3*) modo fieri (*a*) sine solutio (*b*) consulto possit (*c*) prudenter *L* 8 recte (*1*) faciunt (*2*) neque (*a*) pacifice (*b*) | ex caritate *erg.* | *L* 9 quoque (*1*) multos (*2*) inf (*3*) coluisse *L* 12 vel dii vel *erg. L* 19 f. perfectum (*1*) latria (*2*) divinis *L* 20 f. perfectionis (*1*) tribuant, (*2*) salvo (*a*) infinito (*b*) supremo *L* 26 denique *erg. L*

intercessionibus tribuerit, et quam utiliter nos fratrum preces nostris conjungi expetamus: non video quomodo crimini dari possit compellare felicem animam vel sanctum angelum, ejusque intercessionem vel auxilia postulare, prout persona et res gestae martyris aliaeve circumstantiae admonere videntur, praesertim si cultus ille consideretur tantum ut exigua accessio summi illius qui in unum Deum recta dirigitur, et quicquid id est ipsius nostrae erga Deum reverentiae atque humilitatis et affectus in amicos Dei testandi causa fiat, et a pia illa solicitudine proficiscatur qua aliorum piorum et maxime beatorum preces nostris eo magis conjungere optamus, quo magis nos indignos demisse sentimus, atque adeo etiam haec ipsa cultus accessio analysi sua in Deo ipso terminetur, cujus unius beneficium est quicquid Sancti illi vel sunt vel possunt et cujus honor amorque supremus incomparabiliter eminere debet. His enim terminis, si circumscribatur Sanctorum veneratio atque invocatio, non ferenda tantum sed et probanda est tametsi necessaria non sit; certe idololatrica aut damnabilis esse non potest, nisi magno fidei periculo affirmare velimus Ecclesiam veram elusis Christi promissis, mox ab ipsis initiis horribili Apostasia intercidisse. Quod si autem fatemur illam contra portas inferorum integram huc usque substitisse, non debemus ab ejus complexu ideo avelli, quod abusus quos ipsa serio improbat uno ictu amputare non potest; neque dubitandum est, facilius illis occurri posse, quando restituta erit unitas, et pace facta, cessantibusque respectibus variis, omnis solicitudo in domestica mala curanda vertetur.

De Reliquiis non est cur multa addamus. Deum iis tanquam instrumentis miracula patrasse, constat exemplo ossium Elisaei; itaque in pretio haberi, et coram ipsis non minus quam coram imaginibus eum ad quem pertinent, honorari fas erit, postquam

1 utiliter | et reverenter erga Deum *erg. u. gestr.* | nos *L* 3 ejusque (*1*) preces (*2*) | intercessionem *erg.* | *L* 3 f. prout | persona et *erg.* | . . . videntur *erg. L* 5 ut (*1*) appendix (*2*) exigua *L* 5 f. id *erg. L* 6 reverentiae (*1*) testandae (*2*) atque humilitatis (*a*) plus in (*b*) testandae cau (*c*) et *L* 7 fiat | cui vita (*1*) et | (*2*) *darüber*: aliaeve | res gestae martyris aliquam peculiarem fortasse occasi *erg. u. gestr.* | , et *L* 11 debet. (*1*) Cum itaque innocens sit Ecclesia, et abusus serio damnet, et tollere quaerat, cultus (*2*) Neque igitur (*3*) His *L* 12 f. tametsi . . . sit *erg. L* 13 idololatrica (*1*) esse (*a*) nec (*b*) non potest, (*2*) atque (*3*) aut *L* 13 magno | christianae *gestr.* | fidei *L* 14 velimus (*1*) effectum promissionum (*2*) Ecclesiam (*a*) sub ipsa initia (*b*) mox non obstantibus contrariis Christi (*3*) veram . . . Christi *L* 15 f. intercidisse. (*1*) Quod si illa contra portas inferorum integra huc usque subsistit, (*2*) Sin vero (*3*) Quodsi | (*a*) jam (*b*) autem *erg.* | . . . substitisse, *L* 16 ab (*1*) unitate caritatis (*2*) ejus complexu *L* 18 restituta (*1*) unitate (*2*) erit unitas, (*a*) solicitudoque (*aa*) ad (*bb*) in domestica mala (*b*) et (*aa*) missis (*bb*) pace *L* 19 curanda (*1*) poterit verti (*2*) vertetur *L* 20 Reliquiis | Sanctorum *gestr.* | non *L*

15 f. Vgl. Matth. 16, 18. 20 f. Deum . . . Elisaei: vgl. 2. Kön. 13, 21.

venerationem Sanctis recte exhiberi, modo certi limites praescripti serventur, ostendimus. Quoniam autem pii tantum affectus res est, nihil refert, etiamsi forte contingeret reliquias quae pro veris habentur supposititias esse. Interea danda opera est ne imprudenti devotione nos risui, Ecclesiam contemtui exponamus apud hos qui foris sunt. Semper autem meminisse debemus, ita agendum, ut appareat haec accessoria pietatis non admodum occupare mentem nostram, neque divertere ab unico illo primario ac supremo cultu unius Dei omnipotentis, prae quo omnia alia negligi potius, quam huic uni per alia quicquam decedere praestat.

Absolutis quantum in hac brevitate licuit illis quae ad cultum generalem pertinent (nam de sacrificio incruento et adoratione corporis Christi sub panis et vini speciebus, dicemus ubi de Eucharistia) veniendum est ad sacramenta tanquam peculiare genus cultus, ritusque sacros a Christo addita gratiae promissione institutos. Quo tamen non pertinet promissio facta his qui in nomine Domini congregantur, haec enim etsi facta non esset per se intelligeretur, omnis enim religio postulat ut Deus in hominum coetu colatur. Nobis autem Sacramentorum nomine veniunt singularia quaedam instituta.

Porro licet de nominibus magnopere litigandum non sit, tamen postquam Sacramenti appellatio in Ecclesia recepta est non debet a privata libidine, sed usu publico aestimari. Sacramenti igitur nomine hodie in Ecclesia intelligitur, ritus cui a Deo peculiaris promissio gratiae adjecta est. Addunt aliqui, ut ritus expresse extet et sufficienter descriptus sit in scriptura sacra; sed constat verbo Dei tradito suppleri posse et debere quod scripto deest. Volunt etiam adesse aliquod corporale seu visibile elementum, sed neque hoc necessarium apparet; gratiam aliqui restringunt ad justificationem et peccatorum remissionem, sed hoc quoque pro arbitrio suo.

Porro Ritus Sacri, quales definivimus, numerantur Septem; Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Poenitentia, Extrema Unctio, Ordo, Matrimonium. In Baptismo ritus est ablutio per aquam in nomine Patris et Filii et Spiritus S.; gratia est mundatio animae,

1 exhiberi, (*1*) ostendimus. (*2*) modo *L* 3 veris (*1*) coluntur (*2*) habentur *L* 3–5 Interea . . . sunt *erg. L* 6 neque (*1*) ⟨cura⟩ s (*2*) animum (*3*) debere (*4*) divertere *L* 9 generalem *erg. L* 10 de (*1*) adoratione corporis Christi in Eucharistia dicemus cum de sacrame (*2*) sacrificio . . . Christi *L* 11 ad (*1*) sacramentorum tractationem, | (*2*) sacramenta tractanda *erg.* | (*3*) sacramenta *L* 12 sacros *erg. L* 14 se (*1*) intelligitur, et (*2*) intelligeretur, *L* 18 f. ritus (*1*) Sacer (*2*) a Deo (*a*) institutus (*b*) cum promissione gratiae ex vi actus (*aa*) rite (*bb*) recte obiti (*cc*) singularis peculiariter institutus (*3*) cui . . . est *L* 21 et debere *erg. L* 24 Baptismus, (*1*) Confirmatio (*2*) Ordo, (*3*) Confirmatio, *L* 25 Baptismo (*1*) est ablutio per (*2*) ritus *L* 26 in . . . S. *erg. L* 26–S. 2414.1 est (*1*) remissio peccatorum et renovatio (*2*) deletio peccati originalis, (*3*) | mundatio animae *erg.* | , donatio (*a*) gratiae (*b*) fidei *L*

13 promissio . . . congregantur: vgl. Matth. 18, 20.

donatio fidei ac poenitentiae, adeoque remissio peccatorum et renovatio. In Confirmatione ritus est unctio; gratiae effectus ipso Confirmationis vocabulo indicatur. In Eucharistia ritus [est] symbolorum praescripta tractatio, gratia est nutritio animae sive augmentum caritatis. In Poenitentia ritus est confessio et absolutio, gratia est peccatorum remissio. In Unctione infirmorum quis ritus sit appellatio indicat, gratia est virium sustentatio in infirmitate, maxime ut in vitae periculo anima contra tentationes muniatur. In Ordine ritus est impositio manuum et quicquid praeterea ad eam rem pertinet; gratia est potestas spiritualis ordinato collata, quae in sacrificio jugi celebrando, peccatisque dimittendis retinendisque consistit. In Matrimonio denique ritus est legitima consensus declaratio, gratia est divina benedictio cui matrimonii vinculum tanquam spiritualis quidam effectus accedit. Nullus autem hactenus reperiri potuit ritus, qui vel specie aliqua his septem addi possit, praeterquam quod ab aliquibus ablutio pedum huc referatur, sed haec licet Scripturae verba nonnihil favere videantur, tamen testimonium Ecclesiae non habet, quod si accessisset, admitti et ipsa debuisset.

Sacramenta quaedam ad salutem necessaria sunt, ita ut sine eis aut eorum voto vel expresso, vel virtuali nemo salvari possit, nam qui contemnit, eo ipso peccatum mortale committit. Ponamus ab aliquo contritionis actum exerceri, is remissionem utique consequetur sine sacramento, etiamsi expresse de sacerdote ubi primum possit adeundo, non cogitet, adeoque votum sit tantum virtuale. Nam in amore Dei obsequium et voluntas faciendi quae Deus jussit atque instituit virtute continetur. Si vero aliquis tunc cum contritionem exercere dicitur, de confessionis necessitate cogitans, careat animo sacerdotem adeundi ubi possit, contritionem revera non exercuit. Et, si post absolutam

2 Confirmatione (*1*) est unctio (*2*) ritus est unctio (*a*) facta chrismate (*b*) effectus gratiae (*c*) gratiae *L* 3 f. ritus (*1*) est imitatio ejus quod fecit Christus in novissima coena, (*a*) gratiae (*b*) consecratio effectus corporis et sanguinis Christi cum fructu animae exhibitio (*2*) symbolorum debita tractatio, gratia est fructus quidam | et nutritio *erg.* | animae spiritualis. (*3*) symbolorum . . . caritatis. *L* 5 f. virium (*1*) augmentum (*2*) incrementum in infirmitate (*a*) pertinet (*b*) , quo magis in vitae periculo anima contra insultum daemonis (*2*) sustentatio . . . tentationes *L* 7 Ordine (*1*) ritus est (*a*) solennia (*b*) sole (*c*) manuum impositio (*2*) ritum faciunt verba cum imposit (*3*) ritus est (*a*) impositio (*b*) in impositione manuum aliaque verba et sign (*4*) ritum faciunt verba cum impositione (*5*) ritus *L* 10 benedictio (*1*) . His (*2*) et effectus spirituales, ex quibus et nascitur matri (*3*) adeoque (*4*) ipsumque matrimonii vinculum (*5*) cui *L* 13 haec (*1*) neque (*a*) permissionem (*b*) traditionem Ec (*2*) | licet . . . tamen *erg.* | testimonium *L* 14 accessisset, (*1*) equidem (*2*) admitti *L* 14 ipsa (*1*) deberet. (*2*) debuisset. *L* 15 quaedam *erg. L* 19 Dei (*1*) vol (*2*) obsequium *L* 19 f. et (*1*) conatus (*2*) voluntas *L* 20 vero (*1*) expresse de s (*2*) aliquis *L* 21 f. dicitur, (*1*) nolit (*2*) de sacerdote cogitans, careat animo eum (*3*) de . . . sacerdotem *L*

13 Scripturae verba: vgl. Joh. 13, 14.

contritionem superveniente cogitatione de sacerdote, animum adeundi non habeat, in novum peccatum mortale incidens contritionis fructum amittit.

Sacramenti Minister est interdum Episcopus, ut in sacramentis Ordinis et Confirmationis; interdum sacerdos ut in sacramento Eucharistiae, Poenitentiae et extremae unctionis; interdum quivis fidelium, ut in sacramento baptismi et matrimonii. Et hos quidem ministros ordinarios ipso jure divino constitui tenendum est, ita ut sine ipsis actus sit nullus. Aliquando tamen hoc ipso jure divino concedi videtur, ut a ministro ordinario recedatur, sive dispensante Ecclesia, sive necessitate ipsa. Multa enim quae juris divini positivi sunt dispensabilia sunt, atque ab Ecclesiae dispositione, aliisve circumstantiis suspenduntur, ut ex impedimentis matrimonii, una specie Eucharistiae, divortio et polygamia in vetere testamento satis laxe permissis, aliisque hujus modi rebus apparet, itaque non tantum variatum fuit apud veteres, sed et Concilium Tridentinum alicubi ordinarium ministrum ab alio distinguit. Interea tutissimum est ab ordinario ministro non facile recedere.

In Ministris autem requiritur intentio faciendi quod facit Ecclesia, si enim jocularem tantum et mimicum actum exercere constet, non videntur baptizasse, aut a peccatis absolvisse. Itaque etsi baptizans aut absolvens esset Atheus, qui nullum crederet effectum baptismi, non ideo minus serio baptizare velle potest, quod sufficit. Quanquam si contingeret sacerdotem improbum subtrahere debitam intentionem, etsi sacramentum non adsit, tamen fructum ejus supplere summum sacerdotem praeclare innuit D. Thomas; eique sententiae in libro *de baptismo* favet S. Augustinus. Impietas autem ministri non obstat quominus sacramentum celebretur, si caetera essentialia adsint. Caeterum nec illud improbabiliter fortasse defendi posset intentionem vel quod ei aequipolleat habere censendum, qui ita agit, ut aliis non appareat actum esse mimicum, atque adeo talem etsi intus contra apud se statuat, tamen videri baptizasse, absolvisse, consecrasse;

3 Minister | (*1*) ordinarius (*2*) praescriptus *erg. u. gestr.* | est *L* 6 divino (*1*) constitutos esse tenendum, (*2*) constitui tenendum est, *L* 7 nullus. (*1*) Nisi aliquando (*2*) Aliquando tamen (*a*) ipso jure divino | in casu (*aa*) inprimis (*bb*) necessitatis *erg.* | (*aaa*) concessa Ecclesiae videtur facultas di (*bbb*) a ministro (*3*) hoc . . . divino *L* 9 positivi *erg. L* 9 f. aliisve circumstantiis *erg. L* 11 satis (*1*) late (*2*) laxe *L* 12 itaque (*1*) Concilium Tridentinum quoque (*2*) non *L* 13 Interea (*1*) semper (*2*) tutissimum *L* 16 exercere (*1*) velint, (*2*) | constet, *erg.* | *L* 18 baptizare (*1*) voluisse credendus (*2*) velle potest, (*a*) etsi (*b*) quod *L* 22–S. 2416.7 Caterum . . . arbitror *erg. L* 24 mimicum, (*1*) quemad (*2*) atque *L*

12 f. Sessio XXIII, 15. Juli 1569, caput IV, can. 7 (MANSI XXXIII, 139A–140C). 20 praeclare innuit D. Thomas: vgl. THOMAS VON AQUIN, *Commentarius in quatuor libros sententiarum*, lib. IV, dist. V, qu. 2, a. 2. 21 favet S. Augustinus: vgl. AUGUSTINUS, *De baptismo*, VII, 52–54.

quemadmodum jurasse videtur effectu ipso, qui sciens omnia agit quae in externos sensus incurrentia praestat, quae ad juramentum requiruntur; alioqui in improbi potestate erit efficere ut perjurus non sit, eoque ipso omnia juramenta eludi poterunt. Similiter igitur, tutius, et divinis institutis dignius, et pro infirmorum solatio consultius esse arbitror, ut statuamus, in Ministri potestate non esse sola interna protestatione voluntatem sive intentionem subtrahere actioni, cum ea protestatio contraria facto videatur. Neque ab his verba concilii abhorrere arbitror.

De Charactere seu signo indelebili, quod imprimitur in anima ejus qui sacramentum baptismi, confirmationis aut ordinis suscipit multa nonnulli disputant ex Scholasticis; sed res plana est, si tantum cogitetur hominem suscepto hoc sacramento aliquam qualitatem permanentem nactum esse, quae et invalide et illegitime iteratur. Et tales qualitates reperiuntur et in civili jure. Nam nemo rem suam acquirere potest, seu qui in solidum dominus rei est, dominus ejus amplius fieri non potest, quod si eam non posset ex toto vel parte ulla ratione alienare, lege forte aliqua id impediente quemadmodum jus regni, vel etiam alicubi domanium, constat esse inalienabile, jam haberemus aliquid characteri simile, quod scilicet invalide iteraretur. Eo ipso autem dum actus (iteratus scilicet) administrandi sacramentum est irritus sive nullus, etiam fit illegitimus sive prohibitus. Sacrilegium enim est, vel certe grave crimen sacramentum inaniter celebrare scientem. Per Baptismum autem homines Christiani redduntur, per Confirmationem novo arctiore quasi sacramento Christianae militiae astringuntur, per Ordinem susceptum Ecclesiae ministri fiunt. Quae sane qualitates sunt permanentes.

Superest ut explicemus, quid de efficacia sacramenti ex opere operato sit sentiendum. Reperio autem quod circa characterem contigit, etiam hic evenisse, ut insolita appellatio a Scholasticis introducta rem ipsam consideranti manifestam, et per se planam cavillationibus obnoxiam et novitatis suspectam reddiderit. Nimirum si sacramenta tantum prodessent ex opere operantis, non ex opere operato, revera nulla specialiter his

1 quae (*1*) externa praestat (*2*) in *L* 8 seu signo *erg. L* 8 f. qui (*1*) sacramenta (*2*) sacramentum . . . suscipit *erg. L* 11 quae (*1*) frustra et (*2*) et *L* 12 in solidum *erg. L* 13 f. ex . . . ratione *erg. L* 14 f. id (*1*) prohibente, (*2*) impediente, | quemadmodum . . . inalienabile *erg.* | *L* 16 actus (*1*) celebrandi ritum (*2*) | (iteratus scilicet) *erg.* | *L* 17 fit (*1*) invalidus (*2*) illegitimus *L* 18 est (*1*) sacramenta ina (*2*) , vel *L* 18 inaniter (*1*) administrare (*2*) obire (*3*) celebrare *L* 19 Christiani (*1*) fiunt, (*2*) redduntur *L* 22 de (*1*) ope (*2*) efficacia *L* 24 f. manifestam, (*1*) suspectam (*2*) et . . . planam *L* 26 opere (*1*) operato, non ex opere operantis, (*2*) operantis, . . . operato, *L*

7 verba concilii: Concilium Tridentinum, sess. VII, 3. März 1547, Canones de sacramento baptismi, can. 4 (MANSI XXXIII, Sp. 52C-D).

ritibus addita esset gratia, sed essent caeremoniae jussae fortasse, et sine crimine non omittendae, non tamen per se efficaces quia quicquid inesset boni aeque eveniret sine ipsis (nisi obstaret prohibitio) vi generalium promissionum erga eos qui fidem et caritatem habent. Quemadmodum igitur in jure civili Romano nulla nascebatur verborum obligatio neque actio ex stipulato nisi certa interrogandi et respondendi forma, ut adeo dici posset ritus efficaciam consistere in opere operato, non in opere operantis; ita de baptismo quoque idem dici potest, cujus effectus integer non imprimitur nisi essentialia ritus observentur. Interim ut gratia sacramenti suscipiatur animam suscipientis bene constitutam esse necesse est, ne obex ponatur et ita aliquod opus operantis (hoc est status suscipientis), est requisitum operis operati.

Nunc de sacramentis in specie dicamus; et primum quidem de Baptismo, sed paucis, non enim usque adeo graves aut multae circa eum controversiae nunc agitantur. Equidem fatendum est, si Ecclesiae abesset autoritas Baptismum parvulorum non satis posse defendi, nullum enim exemplum habet in scriptura sacra, quae videtur praeter aquam requirere et fidem, quam rationis usu destitutis tribuere ut quidam faciunt, nimis precarium atque elusorium est et a verisimilitudine abhorrens. Nam ut ait Augustinus *Epistola ad Dardanum*, *scire divina parvulos qui nec humana noverint si verbis velimus ostendere, vereor ne ipsis sensibus nostris facere videamur injuriam, quando id loquendo suademus, ubi omnes vires officiumque sermonis superat evidentia veritatis*. Itaque qui Ecclesiae traditionem respuunt, non videntur mihi vim anabaptistarum posse sustinere. Baptismum quorumvis Christianorum, ipsorumque adeo haereticorum esse validum,

1 f. caeremoniae (*1*) curae, quarum n (*2*) jussae (*a*) , et (*b*) fortasse, . . . omittendae (*aa*) sed quibus tamen (*bb*) , non . . . quia *L* 2 boni (*1*) penderet (*2*) aeque *L* 2 f. eveniret (*1*) ipsis omissis, (*2*) modo (*3*) si quis alias (*4*) sine . . . prohibitio) *L* 3 generalium | Christi *gestr.* | promissionum *L* 4 caritatem (*1*) sunt habituri. (*2*) habent. *L* 4 f. civili (*1*) nemo fit haeres (*a*) nisi (*b*) ex testamento nisi solemnia sint servata; (*aa*) ita nemo (*aaa*) spe (*bbb*) stipu (*bb*) nec acti (*2*) nulla verborum obligatio nascitur, nisi (*a*) stipula certa (*b*) stipulandi et (*aa*) spondendi (*bb*) respondendi (*3*) Romano . . . stipulato *L* 7 potest, (*1*) qui nisi (*a*) fiat in nomine Sanctae Trinitatis (*b*) quemadmodum (*2*) oportet ⟨o⟩ (*3*) cujus effectus integer non (*a*) obtinetur, (*aa*) nisi (*bb*) neque character imprimitur, neque baptisatus Ecclesiae (*cc*) nisi (*aaa*) forma (*bbb*) praescripto modo ritus (*b*) imprimitur nisi essentialia *L* 8 ut (*1*) rite sacramentum (*2*) gratia *L* 8 suscipiatur (*1*) hominem bene animatum, sive nulli mortali peccato obnoxium esse necesse est (*2*) animam *L* 9 ne obex ponatur *erg.* et ita (*1*) opus vel saltem (*2*) | aliquod *erg.* | *L* 12 nunc *erg.* *L* 15 quam (*1*) parvulis (*2*) rationis *L* 16–19 est | (*1*) ne dicam a verisimilitudine (*2*) et . . . *veritatis*. *erg.* | *L* 20 anabaptistarum | satis *gestr.* | posse *L* 21 quorumvis . . . adeo *erg.* *L*

14 f. scriptura . . . fidem: vgl. Mark. XVI, 16. 16–19 Vgl. AUGUSTINUS, *Epistolae*, epist. 187, 7 (PL 33, Sp. 841).

etiam non satis ex scriptura probari potest, videtur enim Apostolis, et ab his missis potestas baptisandi tributa, de aliis nihil extat. Et videmus eos qui reformati vocantur aegre concedere ut ab iis qui ministri Ecclesiae non sunt, exerceatur. Nostrum autem non esset ulterius extendere institutionem Dei quam ipse significavit, cum vero Ecclesia quae ex ipsius scripturae promissis columna est et fundamentum veritatis voluntatem Dei nobis tradiderit, securi esse possumus.

De Confirmationis sacramento quod aliqui penitus in dubium vocant, praeter id quod scriptura sacra de manuum impositione paucis insinuat, extat Traditio Apostolica Ecclesiae primitivae, cui testimonium perhibent Cornelius Episcopus Romanus apud Eusebium et Cyprianus martyr, et Concilium Laodicenum, et Basilius, et Cyrillus Hierosolymitanus aliique veterum multi. Fuisse autem aliquando cum baptismo celebratum viri docti arbitrantur. Distincta tamen fuere sacramenta. Ecclesiae enim definire placuit (post rem satis agitatam) Baptismum ab haereticis et in haereticos conferri posse, confirmationem a legitimo ministro esse conferendam. Placuit etiam baptismum quamprimum parvulis dari, sed confirmationem posse etiam ad annos discretionis differri. Ex quibus apparet baptismi quidem, qui fundamenta jacit majorem esse necessitatem, confirmatione autem coronidem imponi operi quod Baptismus inchoavit, unde quidam veterum ad nomen chrismatis seu unguenti alludentes, eum qui post baptismum est unctus, tum demum censent Spiritus Sancti donis acceptis, Christiani nomen prorsus mereri, quasi regem sacerdotemque factum, ut Apostolus loquitur.

Venio ad Eucharistiae Sacramentum in quod major certaminum moles incubuit. Quidam enim liberius ratiocinantes in dijudicandis divinis mysteriis et verbis quibusdam

2 f. Et . . . exerceatur *erg. L* 3 f. non (*1*) est (*2*) esset *L* 6 securi (*1*) redi (*2*) esse *L* 7 vocant, (*1*) extant testimonia veteris Ecclesiae (*2*) praeter *L* 8 de manuum impositione *erg. L* 9 perhibent (*1*) Concili (*2*) Cornelius *L* 10 f. et Cyrillus Hierosolymitanus *erg. L* 11 f. celebratum (*1*) credibile est (*2*) viri *L* 12 enim (*1*) statu (*2*) definire *L* 14 confirmationem (*1*) non (*a*) item. (*b*) nisi a legitimo (*2*) a *L* 14 f. baptismum (*1*) parvulos (*2*) parvulis dari confirmationem ad annos (*3*) quamprimum . . . annos *L* 16 f. baptismi . . . necessitatem, *erg. L* 17–20 inchoavit, (*1*) baptismi autem, qui fundamenta jacit majorem esse necessitatem. Ad Eucharistiam venio, in quam major incumbit certaminum moles. | (*2*) unde quidam | veterum *erg.* | ad . . . demum (*a*) censere videntur appellandum plane chri (*b*) censent . . . loquitur. *erg.* | *L* 21 f. incubuit. (*1*) Ante omnia quaeritur an (*2*) Quidam enim (*a*) ex verbis (*aa*) S. Augustini aliisque (*bb*) vel Chrysostomi et Augustini (*b*) liberius (*aa*) ratione utentes in dijudicandis divinis mysteriis et abutentes verbo quodam (*bb*) ratiocinantes . . . quibusdam *L*

1 f. Apostolis . . . tributa: vgl. Matth. 28, 19. 8 scriptura . . . insinuat: vgl. Matth. 19, 13. 8 f. Vgl. Apg. 8, 14–17. 10 EUSEBIUS VON CAESAREA, *Historia ecclesiastica*, VI, 43, 15. 10 Vgl. CYPRIANUS, *Epistolae*, 73, 6 u. 9. 10 Concilium Laodicenum, can. 7. 10 Vgl. BASILIUS der Große, *Liber de spiritu sancto*, cap. 27. 10 f. Vgl. CYRILL VON JERUSALEM, *Catecheses mystagogicae quinque*, Cat. III. 20 Apostolus loquitur: vgl. Off. 1, 6. 22–S. 2419.1 verbis quibusdam Chrysostomi et Augustini: vgl. JOHANNES CHRYSOSTOMUS, *Homiliae in Matthaeum*, 82, 1 u. 5 (PG 58, Sp. 739 u. 743); vgl. AUGUSTINUS, *Ennarrationes in Psalmos*, XCVIII, 9 (PL 37, Sp. 1265) u. *Sermones*, 272 (PL 38, Sp. 1246–1248).

Chrysostomi et Augustini aliorumque veterum abutentes, defendunt in coena domini corpus et sanguinem Christi non adesse realiter, sed tantum repraesentari seu significari; tantum enim distare a nobis quantum coelum a terra, nec in pluribus locis esse posse, quicquid veram corporis naturam habet. Quidam liberalius (quanquam non sine ambiguitate) concedere videntur realiter a nobis percipi corpus Christi, sed mente in coelum per fidem evecta, atque ideo cum sola fides percipiendi instrumentum sit, non percipi sacramentum ab indignis, quod satis contrarium videtur Apostoli verbis. Verum hi quoque cum explicare sententiam coguntur, eo tandem venire videntur, ut mens non aliter in coelum evolet ad corpus Christi percipiendum, quam quomodo nos cogitatione Romae vel Constantinopoli esse dicimur; alioqui enim menti nostrae tribuere cogentur, quod corpori Christi negant, ut simul in coelo terraque sit. Nos autem tutius verbis salvatoris insistemus, qui cum panem et vinum accepisset, dixit: *hoc est corpus meum*. Et pia antiquitas in hoc sacramento semper magnum mysterium agnovit, super humanae mentis captum, quod sane nullum est, si pro re signum datur. Et vero omnes totius orbis Ecclesias exceptis quae Reformatae dicuntur, et infra reformatos novando descenderunt, hodie realem corporis Christi praesentiam agnoscere, nuper viri egregii adeo liquide evicerunt; ut fatendum sit, vel hoc esse probatum, vel nihil unquam circa remotarum gentium sententias probari sperandum.

Equidem si demonstrari posset invictis argumentis metaphysicae necessitatis, omnem corporis essentiam in extensione sive spatii determinati implemento consistere, utique cum verum vero pugnare non possit, fatendum esset unum corpus non posse esse in pluribus locis ne per divinam quidem potentiam, non magis quam fieri potest ut diagonalis sit lateri quadrati commensurabilis. Eoque posito utique recurrendum esset ad

1 in coena domini *erg. L* 2 tantum (*1*) mente s (*2*) repraesentari *L* 4 , quicquid . . . habet *erg. L* 4 liberalius (*1*) sed ni fallor (*2*) quam sincerius concedere (*3*) (sed | (*4*) (quanquam *erg.* | *L* 10 enim (*1*) non minus difficile (*2*) menti *L* 12 *meum* | , *hoc est sanguis meus gestr.* | (*1*) . Atque ita (*2*) . Semper enim (*3*) . Et *L* 14 re (*1*) non nisi signum vacuum (*2*) signum *L* 15 et infra reformatos (*1*) novitate (*2*) novando descenderunt *erg. L* 19–S. 2420.8 Equidem . . . cogit. *erg. L* 19 f. necessitatis, | (*1*) ⟨vere⟩ (*2*) omnem *erg.* | corporis *L* 20 determinati (*1*) impletione (*2*) | implemento *erg.* | *L* 21 esset (*1*) idem (*2*) unum *L*

7 Apostoli verbis: Paulus, vgl. 1. Kor. 11, 27–29. 12 qui . . . *meum*: vgl. Matth. 26, 26. 16 viri egregii: vgl. A. ARNAULD u. P. NICOLE, *De la perpetuité de la foy de l'Eglise catholique touchant l'Eucharistie*, 3 Bde, Paris 1669–1674 [Marg.].

allegoricam divini verbi sive scripti sive traditi interpretationem. Sed tantum abest, ut quisquam philosophorum jactatam illam demonstrationem absolverit, ut contra potius solide ostendi posse videatur exigere quidem naturam corporis, ut extensum sit, nisi a Deo obex ponatur; essentiam tamen corporis consistere in materia et forma substantiali hoc est in principio passionis et actionis, substantiae enim est agere et pati posse. Itaque materia est prima potentia passiva, forma autem substantialis est actus primus, sive prima potentia activa, quae ut loco certae magnitudinis definiantur ordo quidem rerum naturalis postulat, non vero necessitas absoluta cogit.

Sunt qui praesentia reali admissa, quandam ut ita dicam impanationem defendunt. Ajunt enim corpus Christi exhiberi in, cum, et sub pane. Itaque cum Christus dixit *hoc est corpus meum*, intelligunt, quemadmodum si quis sacco ostenso diceret, *haec est pecunia*. Sed pia antiquitas aperte satis declaravit, panem mutari in corpus Christi, vinum in sanguinem, passimque hic veteres agnoscunt μετασχηματισμόν, μετουσιασμόν, quem latini transsubstantiationem recte verterunt, et definitum est totam substantiam panis et vini transire in totam substantiam corporis et sanguinis Christi. Quemadmodum igitur alias, ita hic quoque explicanda est scriptura ex traditione, quam custos Ecclesia ad nos usque transmisit.

Interea saepe superstitibus speciebus, nomen panis et vini attributum est, cum sensu non distinguantur. Sic S. Ambrosius dixit, ita efficacem esse sermonem domini, ut sint quae erant, et in aliud convertantur, scilicet accidentia sunt quae erant, substantia conversa est; nam idem ait post consecrationem nihil aliud quam carnem et sanguinem Christi credendum esse, et Gelasius Pontifex Romanus innuit panem transire in corpus Christi manente natura panis, hoc est qualitatibus ejus sive accidentibus, neque enim tunc ad metaphysicas notiones formulae exigebantur. Quo sensu et Theodoretus dixit in hac

5 f. Itaque (*1*) for (*2*) materia *L* 7 quae (*1*) quidem (*2*) ut loco (*a*) certo commensurentur (*b*) certae . . . definiantur *L* 8 absoluta (*1*) atque ipsi Deo insuperabilis (*2*) cogit. *L* 9 ut (*1*) appella (*2*) ita *L* 9 f. impanationem | corporis Christi *gestr.* | defendunt. (*1*) Volunt (*2*) Ajunt *L* 13–15 passimque . . . μετουσιασμόν, (*1*) quod (*2*) quem . . . et (*a*) definitio Ecclesiae (*b*) definitum . . . panis (*aa*) transire in totam (*bb*) et . . . Christi. *erg.* (*aaa*) Et quemadmodum (*bbb*) Quemadmodum igitur *L* 17 f. transmisit. (*1*) Neque difficilior credita est transsub (*2*) Interea fatend (*3*) Qui (*4*) Interea *L* 18 speciebus, (*1*) panis et (*2*) nomen *L* 19 distinguantur. (*1*) Ita (*2*) Sic | S. *erg.* | *L* 20–22 scilicet . . . esse *erg.* *L* 23 panis (*1*) . Sed illis temporibus non proprietatibus (*2*) , hoc est qualitatibus *L* 24–S. 2421.1 dixit (*1*) mysterium (*2*) in hac (*a*) transi (*b*) μεταβολῇ (*c*) mi (*d*) mu (*e*) conversione *L*

10 in . . . pane: Konkordienformel von 1577/80, Solida Declaratio VII. 19 Vgl. AMBROSIUS, *De sacramentis*, IV, 4, 14, u. 5, 23 (PL 16, Sp. 440 u. 444). 22 f. Gelasius . . . panis: vgl. GELASIUS, *De duabus naturis in Christo*, cap. 14. 24 Theodoretus dixit: *Eranistes seu Polymorphus*, dial. II (PG 83, Sp. 168 B).

conversione quam ipse μεταβολὴν vocat, mystica symbola propria natura non exui. Quae contra illos quoque notari possunt, qui hodie ne accidentia quidem panis vere remansisse volunt, sed tantum eorum speciem sive apparitionem inanem et somnio similem.

Accidentia autem symbolorum non sunt in corpore Christi tanquam in subjecto, sed in nullo subjecto sustentantur, et videtur ipsa moles (quae sane differt a materia) respectu caeterorum accidentium officio subjecti per divinam potentiam fungi. Sapienter autem haec docent Theologi, ne in cultu aliquid absonum oriatur. Nam si accidentia quae panis fuere, de corpore Christi praedicari possent, sequeretur corpus Christi esse rem fragilem, rotundam, tenuem, albicantem; sequeretur item aliquid minutum, album, rotundum, uno verbo, quod panis affectiones habet, adorari; et quae in species indigna patrari aut incidere possunt, ipsi corpori Christi obvenire.

Porro certum est antiquitatem tradidisse ipsa consecratione fieri conversionem, quemadmodum apparet ex verbis Ambrosii paulo ante allatis, neque unquam veteribus auditum est novum quorundam dogma, quod in momento perceptionis demum adsit corpus Christi. Certum enim est nonnullos sacrum hunc cibum non statim consumsisse, sed aliis misisse, et secum domum, imo in itinera, in deserta tulisse eumque morem aliquando fuisse commendatum, quanquam postea abrogatus sit majoris reverentiae causa. Et profecto aut falsa sunt quae a sacerdote pronuntiantur verba institutionis quod absit, aut necesse est hoc quod benedictum est, esse corpus Christi etiam antequam manducetur. Ut taceam qui sic sentiunt in tricas incidere utrum in labiis, an in ore an in gula an in stomacho primum incipiat, an ne in hoc quidem, si vitio ejus symbola non consumantur.

Quoniam autem egregia quaedam et acuta ingenia, inter Reformatos potissimum, novae cujusdam ac blandientis imaginationi philosophiae principiis imbuta clare distincteque ut ipsorum stylo utar intelligere sibi videntur, corporis essentiam consistere in extensione, accidentia autem non esse nisi modos substantiae, adeoque non posse subsistere sine subjecto nec a substantia posse separari, non magis quam uniformitatem

2 quoque *erg. L* 3 f. et somnio similem *erg. L* 6 ipsa (*1*) dimensio sive extensio (*2*) | moles *erg.* sive extensio cum resistentia *erg. u. gestr.* | (quae *L* 8 autem (*1*) negatum est a Theologis (*2*) haec *L* 8 si (*1*) corpus Christi (*2*) accidentia *L* 10 albicantem; (*1*) et corpus (*2*) | sequeretur *erg.* | *L* 11 uno . . . panis (*1*) proprietates (*2*) affectiones habet, *erg. L* 15 momento (*1*) usus (*2*) perceptionis *L* 16 est (*1*) aliqua (*2*) nonnullos (*a*) hostiam (*b*) symbola domum tulisse (*aa*) in itinere (*bb*) in deserta (*c*) sacrum *L* 17 et secum *erg. L* 17–19 deserta | secum *gestr.* | tulisse | (*1*) imo hunc (*2*) eumque . . . causa *erg.* | *L* 19 quae . . . pronuntiantur *erg. L* 22 an in stomacho *erg. L* 22 ejus (*1*) speci (*2*) symbola *L* 26 corporis (*1*) naturam (*2*) essentiam *L* 27 autem (*1*) abso (*2*) non *L* 28 subjecto (*1*) ; unde (*a*) fit (*b*) ab Ecclesiae (*2*) nec *L*

peripheriae a circulo; unde deplorabilis et prope insuperabilis eorum aversio a catholicae Ecclesiae dogmatibus nascitur: Utique succurrendum eorum morbo arbitror dandamque operam philosophis catholicis, quod Concilium Lateranense contra eos fieri voluit, qui circa animae naturam aliena a fide docebant, ut clare et lucide satisfiat objectionibus, quin et contrarium accurate doceatur. Vociferantur enim nullum decretum Ecclesiae, nullam legem, nullam denique vim efficere posse, ut quod impossibile est, ac contradictionem implicat, vel certe tale manifesto apparet, a quoquam etiamsi vellet obedire, vere atque ex animo credatur. Itaque protestantur schisma non sibi sed illis imputandum esse qui non nisi sub impossibili conditione recipere avulsos velint.

Equidem non patitur brevitas nostra ut in philosophiam longius excurramus, illud tamen obiter attigisse suffecerit, nos quoque non perfunctorie studiis mathematicis mechanicisque et naturae experimentis operam dedisse, et initio in illas ipsas sententias, quas paulo ante diximus inclinasse; tandem progressu meditandi ad veteris philosophiae dogmata nos recipere fuisse coactos. Quarum meditationum seriem, si exponere liceret, fortasse agnosceretur ab his, qui nondum imaginationis suae praejudiciis occupati sunt, non usque adeo confusas atque ineptas esse has cogitationes, ac illis vulgo persuasum est, qui receptorum dogmatum fastidio tenentur et Platoni, Aristoteli, D. Thomae aliisque summis viris, tanquam pueris insultant.

Certe si locus a locato, sive spatium a corpore differt, etiam materia differet ab extensione. Omnes autem natura ferimur ad hanc distinctionem, et in materia praeter dimensiones aliquid intelligimus quod veteres vocabant ἀντιτυπίαν nos molem vocare possumus, ex quo nascitur, ut corpora non penetrent se mutuo quasi vacua essent, sed inter se concurrere, et a se invicem pati possint, et ut in corpore majoris molis eadem licet posita celeritate, major sit impetus sive vis, quae profecto ex sola extensione deduci non possunt. Est etiam de natura corporis ut continue agat vibratione quadam, aliaque corpora

1 et (*1*) fere (*2*) prope *L* 4 satisfiat (*1*) eorum objectioni, (*2*) objectionibus, *L* 6 legem (*1*) efficer (*2*) , nullam *L* 6 quod | manifesto *gestr.* | impossibile est, (*1*) verum credatur (*2*) ac *L* 9 qui (*1*) ab his quos accipiant, impossibilia exig (*2*) non *L* 10 non (*1*) patet (*2*) patitur *L* 10 in (*1*) philosophiae dogmata (*2*) philosophiam *L* 12 f. sententias (*1*) inclinasse (*2*) , quas *L* 15 praejudiciis (*1*) praeoccupati (*2*) occupati *L* 16 cogitationes, (*1*) quasi (*2*) ac *L* 17 qui (*1*) receptis dogmatibus (*2*) receptorum . . . tenentur *L* 20 natura (*1*) ferimur (*2*) inclin (*3*) ferimur *L* 21 f. nos . . . possumus *erg. L* 22 non . . . mutuo (*1*) sed (*2*) quasi . . . sed *erg. L* 23 possint (*1*) . Et quanquam ista moles (*a*) seu (*b*) , quae tamen vis et ipsa (*2*) , et *L* 24 sive vis *erg. L* 25 possunt. (*1*) Substantia (*2*) Est *L* 25 vibratione quadam *erg. L* 26–S. 2423.1 corpora (*1*) loco suo expellat (*2*) repellat (*a*) suumque (*b*) ac suum *L*

3 Concilium Lateranense: vgl. Concilium Lateranense V, sess. VIII, 19. Dezember 1513, De anima humana doctrina contra Neo-Aristotelicos (MANSI XXXII, Sp. 842D-E).

repellat ac suum locum tueatur, licet hoc in exiguis partibus contingat, et in majoribus notari non possit. Substantiam enim cujus effectus ordinarius nullus est, ne esse quidem arbitror. Et ab hoc corporis motu interno nascitur partium connexio major minorve, prout motus eorum sunt inter se, et cum externis consentientes.

Haec antitypia sive moles, et hic agendi conatus seu vis motrix distinguuntur a materia seu potentia prima patiendi vel resistendi, et a forma substantiali sive potentia prima agendi, quam alii actum primum vocant. Possunt enim coerceri et intendi secundae potentiae primis manentibus; nam nihil prohibet quin Deus eidem materiae ne aucta quidem dimensione augere molem seu densitatem possit, quando scilicet eadem manente ejus celeritate majorem ei vim tribuit, ut videmus majorem esse percussionem a ferro quam a ligno ejusdem dimensionis, quod quanquam ex alia causa contingat naturaliter, quia scilicet in ligno plus fluidi heterogenei non simul moti interspersum est, nec proinde a tota materia sub ejus dimensione comprehensa ictus infligitur; Deum tamen eadem revera manente materia et celeritate posse efficere ut major sit percussio, adeoque ut corpora non in speciem tantum sed reapse mole sive densitate specifica differant non video quid prohibeat. Conatum vero continuandi motum, seu potentiam motricem mutari posse, salva corporis substantia, etiam naturaliter utique manifestum est. Habemus ergo duas qualitates absolutas sive accidentia realia, molem seu potentiam resistendi, et conatum, seu potentiam agendi quae qualitates sane non sunt modi substantiae corporeae sed aliquid absolutum et reale ei superaddunt, ipsis enim mutatis realis mutatio contingit, substantia manente. Et in universum necesse est vel dari accidentia realia sive absoluta, quae non tantum modaliter a substantia differant (ut ea solent, quae relationes appellamus), vel omnem mutationem realem etiam esse essentialem, sive substantialem, quod ne illi quidem admittunt, qui accidentia realia negant.

2 f. possit | (*1*) cujus enim substantia (*2*) . Substantiam . . . | ordinarius *erg.* | . . . arbitror *erg.* | *L* 3 interno | partium *gestr.* | nascitur | partium *erg.* | connexio (*1*) , prout motus (*2*) major *L* 5 Haec | tamen *gestr.* | antitypia (*1*) et hic (*2*) sive moles, et hic (*a*) motus (*b*) | agendi conatus *erg.* | , sive | haec *erg.* | actualis resistentia et reactio, proficiscuntur (*3*) sive . . . distinguuntur *L* 6 potentia (*1*) patiendi sive resistentia, (*2*) prima . . . resistendi, *L* 6 f. potentia (*1*) agendi (*a*) Itaque Moles (*aa*) cum motrice vi (*bb*) hac potentia (*b*) Ita tamen (*2*) secunda (*3*) prima . . . vocant. *L* 8 materiae (*1*) augere (*a*) molem possit (*b*) antity (*2*) ne *L* 9 possit, (*1*) ut sci (*2*) quando *L* 13 infligitur; (*1*) reapse tamen, cum (*2*) Deum tamen (*a*) etiam (*b*) eadem *L* 14 manente (*1*) maj (*2*) materia *L* 14 sit | impetus sive *gestr.* | percussio, *L* 15 non . . . reapse *erg.* *L* 15 specifica *erg.* *L* 16 prohibeat. (*1*) Quodsi ergo vis pariter resisten (*2*) Vim quoque celeritatis continuandae (*3*) Vi (*4*) Conatum (*a*) quoque (*b*) vero *L* 18 seu (*1*) conatum resistendi, et potentiam (*2*) potentiam resistendi, et *L* 22 f. differant (*1*) vel nullam contingere (*a*) mutationem realem sine (*b*) ips (*c*) muta (*2*) (ut ea (*a*) accidentia (*b*) solent . . . appellamus) *L*

Itaque rei essentia singularis, quae facit ut sit haec et ut maneat una atque eadem inter multiplices mutationes consistit in quadam potentia vel facultate actuali sive entelecheia, eaque primitiva, quae exigit quidem certas secundas potentias certosque actus, sed a natura quibusdam exui potest aliis substitutis, a Deo autem omnibus. Porro si essentia rei consistit in eo quod eandem esse facit sub diversis licet dimensionibus et qualitatibus, atque adeo essentia non statim divisibilis aut variabilis est cum dimensionibus, nec mutabilis cum qualitatibus sequitur eam ab ipsis realiter distingui. Regulariter autem quaecunque realiter distincta sunt, per potentiam Dei absolutam possunt separari, et quidem ita ut vel alterutrum subsistat altero destructo, vel utrumque sed separatim. Et quidem Natura ipsa dimensiones qualitatesque tollit salva essentia, sed aliis in locum earum substitutis, nihil autem prohibet quin Deus substitutionem naturalem immutare, vel etiam plane intercipere et impedire possit, ut essentia maneat dimensionibus et qualitatibus plane exuta; idem efficere potest ut eadem res diversas dimensiones qualitatesque simul habeat, aut idem accidens reale ad diversas substantias pertineat, denique re sive essentia sublata poterit sustentare dimensiones et qualitates. Neque vero in his ulla contradictio intelligi potest, nam par ubique ratio est, reali discrimine semel admisso, et existentia pariter atque unio substantiae et accidentium realium in Dei arbitrio est, et cum natura rerum nihil aliud sit quam consuetudo Dei, ordinarie aut extraordinarie agere aeque facile ipsi est, prout sapientia ejus exigit. Modalia autem accidentia quae ex realibus per necessariam sive metaphysicam consequentiam resultant mutare contradictio sive absurditas est, ideo nec in Deum cadit. Tales autem modi sunt qui sine ulla mutatione reali per solam connexionem exurgunt, quemadmodum relationes; itaque sine absolutis sustentantibus concipi non possunt.

1–7 essentia (*1*) consistit in (*a*) ea p (*b*) prima (*c*) illa (*d*) sua potentia agendi patiendique quae facit ut ipsa sit manente aliquandiu eadem sub diversis licet dimensionibus (*aa*) qualitatis, (*bb*) et qualitatibus, et haec essentia non statim divisibilis est (*2*) singularis . . . | vel . . . eaque *erg.* | . . . omnibus. (*a*) Itaque essentia rei consistit in eo quod facit ut ipsa sit eadem sub diversis licet dimensionibus et qualitatibus, et haec essentia non statim divisibilis aut variabilis est (*aa*) dimensio (*bb*) ut dimen (*cc*) cum dimensionibus, nec mutabilis cum qualitatibus adeoque ab ipsis realiter distinguitur, (*b*) Porro . . . qualitatibus, (*aa*) et, si (*bb*) atque . . . distingui. *L* 7 f. distingui (*1*) unde per potentiam Dei absolutam dimensiones qualitatesque conservari possunt sine ipsa, ut ipsa naturaliter sin (*2*) . Quemadmodum autem (*a*) po (*b*) nat (*c*) materia potest sub essen (*d*) corporis essentia manere potest sine (*3*) . Regulariter *L* 9 subsistat (*1*) sine altero, (*2*) altero destructo, *L* 10 ipsa (*1*) essentiae (*2*) dimensiones *L* 11 f. Deus (*1*) idem (*2*) substitutionem hanc (*3*) substitutionem . . . plane *L* 13 exuta; (*1*) item ut (*2*) idem . . . res *L* 14 f. aut . . . pertineat *erg.* *L* 15 sive (*1*) potentia (*2*) essentia *L* 17 f. unio (*1*) essenti (*2*) substantiae (*a*) acci (*b*) et *L* 18 est, (*1*) qui vel certum con (*2*) cui aeque facile est (*a*) ordinarie (*b*) consu (*3*) et *L* 20 realibus (*1*) resultant (*2*) per *L* 21 f. cadit. (*1*) Talia autem sunt quae (*2*) Tales . . . qui *L* 23 relationes; (*1*) et talia accidentia ibi, (*2*) itaque *L*

Explicato, quantum fert captus noster, et quantum amoliendae contradictioni opus visum est, Eucharistiae Mysterio, de ipsa communione Eucharistica dicendum est, ubi se nobis quaestio objicit, de communione sub una vel sub utraque specie, quam magnis motibus causam dedisse constat. Et quidem Christum instituisse, panis pariter et vini consecrationem, et corpus ac sanguinem suum sub utriusque speciebus Apostolis dedisse dubium nullum est; eundem morem Corinthiis tradidit Paulus, et frequentavit primitiva Ecclesia ut Orientalis nunc quoque, donec paulatim reverentiae inprimis causa, quia facilius aliquid de liquido perire potest, ut alia taceam, in occidente placuit solam panis speciem communicantibus dari, vini vero a solo sacerdote consecrante sumi. Non tamen id factum est sine insinuatione Sacrae Scripturae, aut exemplo veteris Ecclesiae, nam Emaunticam coenam, ubi sola panis fractio memoratur, de Eucharistia plerique Patres interpretantur; et Episcopi invicem communicantes testandae fraternae caritatis gratia, sibi mutuo Eucharisticum cibum velut unius fidei et consensus tesseram mittebant, ex Roma in Asiam usque, ut taceam sacrum hoc alimentum, quod communicantibus in manus dabatur in itinera et eremos delatum aut alias asservatum. Et cum aliqui credo ut utramque speciem asservare possent, intinctum panis symbolum sumerent, Julius Episcopus Romanus, circa medium seculum quartum eam consuetudinem reprehendit. Et seculo quinto liberam fuisse atque a multis usurpatam sacri calicis praetermissionem exinde apparet, quod Manichaei inter caeteros mixti et latentes semper ita agerent, quibus deprehendendis Leo Pontifex Romanus jussit a communicantibus utramque speciem sumi. Et in eadem sede Gelasius paulo post eos repulit (ex Manichaeorum ut puto

1 noster, (*1*) amoliendamque contradictionis suspicionem, (*2*) et . . . amoliendae (*a*) contradictionis suspicioni (*b*) contradictioni *L* 4 f. vini (*1*) benedictionem, (*2*) | consecrationem *erg.* | *L* 5 sub (*1*) pani vinique (*2*) | utriusque *erg.* | *L* 7 ut . . . quoque *erg. L* 8 liquido (*1*) deperire (*2*) perire *L* 8 ut . . . occidente *erg. L* 10 Scripturae, (*1*) et exemplo Ecclesiae primitivae (*2*) aut . . . Ecclesiae, *L* 11 plerique (*1*) veterum (*2*) | Patres *erg.* | *L* 12 f. caritatis (*1*) , et unius fidei causa sibi mutuo Eucharistiam mittebant, ex (*2*) gratia . . . mittebant, *L* 14 taceam (*1*) alias absentibus (*a*) eum (*b*) missum (*2*) sacrum *L* 14 f. , quod . . . dabatur *erg. L* 17 , circa . . . eam *erg. L* 17 reprehendit. (*1*) Et cum Manichaei a (*a*) vino (*b*) calice abstinerent (*2*) Et *L* 18 quinto (*1*) mo (*2*) liberum fuisse atque a multis usurpatum a sacro calice abstinere (*3*) liberum . . . praetermissionem *L* 19 inter caeteros (*1*) latentes (*2*) mixti et latentes *erg. L* 19 ita (*1*) agerent (*2*) inte (*3*) cre (*4*) agerent, *L* 21–S. 2426.1 (ex . . . reliquiis) *erg. L*

4–6 Vgl. Matth. 26, 26–28. 6 tradidit Paulus: 1. Kor. 11, 23–25. 11 Emaunticam Coenam: Luk. 24, 30. 16–S. 2426.12 Vgl. G. CASSANDER, *Liturgica de ritu et ordine Dominicae Coenae celebrandae . . . ex variis monumentis et probatis scriptoribus collecta*, Köln 1558, cap. 31 f., Bl. 81 v°–93 v°. 16 f. Julius . . . reprehendit: vgl. PETRUS LOMBARDUS, *Sententiarum libri IV*, lib. IV, dist. 11, cap. 5, § 5. 20 f. LEO, *Sermones*, *Sermo IV de Quadragesima*, cap. 4 f. (PL 54, Sp. 278 b – 280 a). 21–S. 2426.2 GELASIUS, *De duabus naturis in Christo*.

reliquiis), qui sumta tantummodo corporis sacri portione, nescio qua superstitione a calice sacrati cruoris abstinebant. Seculo decimo, undecimo, duodecimo coepit intinctio rursus frequentari, ut ex institutis Cluniacensium, Concilio Turonensi, Ivone, ostendit Cassander, sed hoc ob reverentiam, nam Cluniacenses allegant ruditatem novitiorum. Alicubi adhibitum est instrumentum suctorium, ut cessaret metus effusionis, quemadmodum testimoniis doceri potest, hodieque nonnulla talia vasa servantur. Alicubi tamen calix non dabatur populo, quam suo tempore nonnullarum Ecclesiarum fuisse consuetudinem testatur D. Thomas. Et idem Cassander citat Petrum de Palude et Wilhelmum de Monte Lauduno testantes utramque speciem in quibusdam tantum Ecclesiis fuisse retentam, sed magna adhibita cautione; et Richardum de Mediavilla, qui testatur sua aetate tantum majoribus e populo datum calicem, ubi minus effusio timebatur quod et factum est tempore Thomae Waldensis paulo ante Constantiense Concilium, qui refert regibus, praelatis, viris insignibus, majoribus e populo, hoc concessum. Et hinc credibile est retentum ut regibus Galliae saltem cum coronantur utraque species praebeatur. Tandem generaliter recepta est communio sub una specie, et in actis Concilii Constantiensis petunt procuratores synodi, quia quidam sacerdotes laicos sub utraque specie communicare non cessent, ut salubriter Ecclesiae provideatur.

Et quidem negari non potest, sub alterutra specie integrum sumi Christum, vi concomitantiae ut loquuntur Theologi, neque enim caro ejus a sanguine separata est; illud tantum quaeritur an sine peccato liceat a forma recedere, quae in scriptura sacra videtur praescripta. Et fateor si privati hoc egissent, non potuisse absolvi a gravi crimine

1 nescio qua superstitione *erg. L* 2 cruoris (*1*) abstinerent (*2*) abstinebant *L* 2 , undecimo, duodecimo *erg. L* 3 institutis (*1*) Turonen (*2*) Cluniacensium, *L* 4 Cassander (*1*) . Alicubi (*a*) ostens (*b*) metu effusio et (*2*) ; et (*3*) , sed . . . nam *L* 6 potest, | et *str. Hrsg.* | hodieque nonnulla (*1*) alicubi (*2*) talia vasa *L* 7 tamen (*1*) sanguis (*2*) calix *L* 8–12 citat (*1*) Richardum de Mediavilla, qui testatur sua aetate (*a*) et (*b*) tantum majoribus e populo datum calicem, ubi minus effusio timebatur et Petrum de Palude, et Wilhelmum de Monte Lauduno, qui morem communicandi sub utraque specie, in quibusdam tantum Ecclesiis, sed magna cautione (*2*) Petrum . . . timebatur (*a*) . Imo adhuc (*b*) | quod et factum est *erg.* | *L* 12 f. paulo . . . Concilium *erg. L* 13 refert (*1*) praelat (*2*) regibus *L* 13 viris insignibus, *erg. L* 14 f. concessum. (*1*) Qu (*2*) Et in actis Concilii Constantiensis petunt procurat (*3*) | Et . . . est (*a*) superesse retentum morem regibus Galliae | saltem *erg.* | (*b*) retentum ut . . . cum (*aa*) cons (*bb*) sacrantur (*cc*) coronantur utramque speciem dandi (*c*) retentum . . . praebeatur *erg.* | *L* 19 ejus (*1*) sine sangu (*2*) a *L* 21 praescripta. (*1*) Sane inde a tribus seculis integrae nationes usum calicis restitui populis postularunt, partim et impetrarunt, et (*a*) quanquam et (*b*) Imperatores, Reges Gall (*c*) Imperator, Rex Galliae, Dux Bavariae, aliique Catholici principes apud pontificem et synodum Tridentinam per Legatos vehementer institerunt, ut (*2*) Vel (*3*) Et *L* 21 hoc | temere *gestr.* | egissent, *L*

12 f. Vgl. Concilium Constantiense, sess. XIII, 15. Juni 1415, Decretum de communione sub panis tantum specie (MANSI XXVII, Sp. 727A-E, 728AB). 16 f. quidam sacerdotes: die Kirche der Böhmischen Brüder.

temeritatis; nunc vero Ecclesiae usus a tot seculis ostendit inde a primis temporibus creditum posse calicem ob probabiles causas praetermitti. Et Protestantes quidam fatentur, si quis a vino abhorreret eum sola panis communione posse contentum esse. Quaenam autem gravior nunc causa intelligi potest quam evitatio schismatis, et conservatio unitatis Ecclesiae ac publicae caritatis? Itaque pro certo habeo ademtionem calicis, nemini justam causam praebere posse ab Ecclesia recedendi.

Ecclesiae autem Rectores, quod egerunt, bono egere animo, et ex gravi causa; constat enim de liquore cum in minutissimas partes sit divisibilis facilius aliquid perire, cum variis periculis, effusionis, adhaesionisque sit expositus. Unde et panis forma mutata est, et pro grumoso unde aliquid decidere facile possit alius substitutus est. At inquies cur hodie periculum timent, quod Christus, Apostoli et sancti Patres a tot seculis non timuerunt. Verum tenendum est, quod saepius dixi, offensionem et scandalum ex parte ab hominum opinione pendere. Olim autem certum est minus offensos fuisse homines casibus hujusmodi quam hodie fieret. Certum quidem est nihil Christo ejusque sanctissimo corpori posse evenire indigni, sed quicquid id est, visibilibus symbolis tantum obtingere; hodie tamen multo major exterius reverentia erga illa ipsa ostenditur, praesertim ex quo Christum in symbolis corporis sui honorari manifestius pietas populorum probavit quod olim minus frequentabatur. Constat enim in ritibus sacris ac divino cultu quaedam non necessaria temporibus variare.

An autem nunc praestet calicem reddi populis hoc est an non praeponderent rationes quas tot principes et nationes allegarunt id quidem definire non pertinet ad privatos, sed ad Ecclesiae rectores, maxime autem ad summum Pontificem, cui et Concilium Tridentinum totum hoc negotium reliquit. Sane ab aliquot seculis integrae nationes usum calicis restitui postularunt, partim et impetrarunt, ut Bohemi olim et jam dudum Graeci catholici in ditione Venetorum, imo in ipsa urbe Roma. Notumque est quid Legati Imperatoris,

1 temeritatis *erg. L* 1 seculis (*1*) probat usum calicis necessarium (*2*) ostendit *L* 1 a (*1*) primitiva (*2*) primis *L* 3 quis (*1*) vinum (*2*) a vino *L* 10 facile *erg.* possit (*1*) factus est (*2*) substitutus est panis alterius formae (*3*) alius *L* 10 f. At (*1*) cur illi (*2*) inquies cur hodie *L* 15 sanctissimo *erg. L* 16 erga (*1*) symbola (*2*) illa ipsa *L* 17 quo (*1*) recepta est sanctissimi veneratio (*2*) sanctis (*3*) erga (*4*) Christum *L* 17 manifestius *erg. L* 18–20 Constat . . . variare. *erg.* (*1*) An autem rationes istae praeponderent aliis quas allegarunt tot principes et populi, hoc (*a*) est satius ne sit (*b*) ad Rectores Ecclesiae pertinet. (*2*) An (*3*) Nihil (*4*) An *L* 21 et (*1*) populi (*2*) nationes *L* 23 nationes (*1*) populis (*2*) usum *L* 24 impetrarunt, (*1*) et (*a*) Spa (*b*) post (*2*) ut Bohemi olim *L* 24 f. Graeci (*1*) reconciliati (*2*) | catholici *erg.* | *L* 25 imo in *erg. L* 25–S. 2428.3 Notumque . . . Tridentinum *erg.* ; et . . . potest. *erg. L*

23 Vgl. Concilium Tridentinum, sess. XXI, 16. Juli 1562, Doctrina de communione sub utraque specie et parvulorum, cap. 2 (MANSI XXXIII, Sp. 122D-E). 26 Imperatoris: Ferdinand I.

Regis Galliae, Ducis Bavariae, principum sane catholicorum, solicitarint apud Pontificem Maximum et synodum Tridentinam; et quid ipse postremo Pontifex concesserit precibus imperatoris, de quo legi Cassander potest. Et putem si hodie hujusmodi indulgentia reconciliari posset aliqua gens vel certe magnum Ecclesiae bonum procurari pontificem non difficilem fore. Interea si forte peccarent Rectores Ecclesiae nimia severitate, ipsorum id periculo foret, neque ad subditos perveniret crimen, quos par est obedire in illis circa quae data est Rectoribus statuendi potestas. Rectorum autem est dare operam ut potestate sua bene utantur. Nihil autem dubito de rebus hujusmodi statuere posse eos qui praesunt, iisque parendum potius quam schisma faciendum esse, quod super omnia pene mala grave malum Augustinus ostendit. Ecclesiae quidem potestas definiendi late porrigitur, ad ea etiam (sed certo modo) quae juris divini positivi sunt; ut patet ex mutatione sabbati in dominicam diem, permissione sanguinis et suffocati, canone librorum sacrorum, abrogata immersione in baptismo, matrimoniique impedimentis, quae partim ipsi protestantes, sola Ecclesiae autoritate, quam in aliis spernunt, tuti sequuntur.

Adoratio Sacratissimi Eucharistiae Sacramenti, tametsi non semper aeque usitata fuerit, laudabili tamen pietate recepta est. Primi enim Christiani in omnibus quae ad externam cultus demonstrationem pertinent summa simplicitate utebantur, quae quidem reprehendi non potest, intus enim animi vera pietate flagrabant. Cum vero paulatim refrigesceret zelus, necessarium fuit adhibere exteriora signa ritusque solennes instituere qui officii admonerent ardoremque devotionis resuscitarent, praesertim ubi magna ratio aut occasio esset; nulla autem facile major praeberi Christianis potest quam quae sese offert in divino hoc sacramento ubi Deus ipse nobis praesentiam assumti corporis

3 f. hodie (*1*) talibus (*2*) hujusmodi *L* 4 f. reconciliari (*1*) possent aliae gentes (*2*) posset aliqua gens | vel . . . procurari *erg.* | *L* 6 nimia (*1*) difficultate (*2*) severitate *L* 8 dubito (*1*) de (*2*) Ecclesiam (*3*) de *L* 9 posse (*1*) ei (*2*) Rectores Ecclesiae (*3*) eos qui praesunt, iisque (*a*) obediend (*b*) parendum *L* 10 f. malum (*1*) esse graviter (*2*) Augustinus (*a*) disseruit. (*b*) ostendit. (*aa*) Ita (*bb*) Certe Ecclesiae autem (*cc*) Ecclesiae quidem *L* 11 (sed certo modo) *erg. L* 13 canone librorum sacrorum, *erg. L* 16 Eucharistiae *erg. L* 17 pietate (*1*) sancita (*2*) | recepta *erg.* | est. (*a*) Initio enim externo cultu primi Christiani (*b*) Primi *L* 18 pertinent (*1*) mira (*2*) summa *L* 19 pietate (*1*) ardebant. (*2*) flagrabant. *L* 20 f. adhibere (*1*) extra (*2*) quae (*a*) extrinsecus (*b*) ad animos inflammandos (*3*) quae (*4*) exteriora . . . qui *L* 21 admonerent (*1*) praeser (*2*) ardoremque *L* 22 major (*1*) offerri (*2*) praeberi *L*

1 Regis Galliae: Karl IX. Legat: Kardinal Guise. 1 Ducis Bavariae: Albrecht V. Legati: Dr. Augustin Baumgartner, Giovanni Cavillonio; vgl. IV, 2, S. 236. 2 Pontificem Maximum: Pius IV. 2 f. Pontifex . . . imperatoris: Päpstliches Breve vom 16.4.1564. 3 Vgl. G. CASSANDER, *De communione sub utraque specie dialogus. . . . G. Calixtus . . . collegit et edidit*, Helmstedt 1642. 10 Augustinus ostendit: vgl. AUGUSTINUS, *De baptismo contra Donatistas*, II, 6, 9 (PL 43, Sp. 132).

praestat. Etsi enim semper et ubique aequaliter adsit substantia pariter et auxilio, tamen quia nobis impossibile est semper et ubique cogitatione expressa in ipsum dirigere mentem, et perpetua honoris signa dare; prudentiae est in divino cultu ordinando, ut certa tempora, loca, causae, occasiones designentur. Et cum Deus assumserit humanum corpus in personae suae unitatem, ipse nobis peculiarem maximeque insignem adorandi occasionem praebuit; neque enim dubium est, quin omnes recte et congruenter adorarent apparentem visibili Christi forma Deum; idemque est ubi constaret adesse Christum corpore suo (nam divinitas semper et ubique adest) etsi invisibili ratione. Hoc autem certo utique constat evenire in Sacratissimo Sacramento. Itaque si unquam tum certe maxime conveniens fuit adorationem institui, recteque adeo introductum est, ut in sacramento Eucharistiae externi Christianorum cultus quasi summum fastigium collocaretur, quod ad supremum etiam cultum Christianorum internum, hoc est divinum amorem inflammandum, et caritatem testandam atque nutriendam a Salvatore est institutum. Voluit enim nos Dominus cum ultimae voluntatis suprema mandata in novissima coena daret sui meminisse (ut solent desiderare, qui amant atque amantur) et nos invicem amare, tanquam membra unius corporis sui, cujus nos omnes participes fecit. Itaque Eucharistia semper usa est Ecclesia tanquam tessera unitatis, neque ad ejus mysteria quasi intimos Christianismi recessus nisi probati purgatique admittebantur. Alios enim ne interesse quidem mysteriis fas erat. Adorasse autem et veteres constat, et sane Ambrosius atque Augustinus illud psalmi *adorate scabellum pedum ejus* de adoratione carnis Christi in mysteriis interpretantur.

Denique ex quo respectus paganorum cessavit, qui vel occuli mysteria vel a quibusdam externis signis quae poterant offendiculo esse infirmis, aut speciem paganismi

1 ubique (*1*) honora (*2*) aequaliter (*a*) nobis adsit Deus (*b*) adsit divinitas (*c*) adsit *L* 2 et ubique *erg.* *L* 2 expressa (*1*) signoque (*2*) in *L* 3 et (*1*) singulari signo externo testari (*2*) perpetua *L* 3 ut (*1*) nulla (*2*) certa *L* 4 assumserit (*1*) humanum corpus certissimum esse in (*2*) humanitatem, et co (*3*) humanum *L* 6 omnes (*1*) adorationis su (*2*) suprema adorationis si (*3*) adorare deberent (*4*) recte | et congruenter *erg.* | adorarent *L* 9 utique *erg.* *L* 10 institui, (*1*) habitumque (*2*) recteque *L* 10 f. ut (*1*) sacramentum hoc (*2*) in sacramento Eucharistiae *L* 11 f. fastigium (*1*) haberetur (*2*) collocaretur, (*a*) et (*b*) quod *L* 13 amorem (*1*) caritatemque inflammandam (*2*) inflammandum *L* 14 f. cum . . . daret *erg.* *L* 15 (ut . . . amantur) *erg.* *L* 16 corporis (*1*) Christi (*2*) sui *L* 17 semper *erg.* *L* 18 mysteria | (*1*) tanquam (*2*) quasi . . . recessus *erg.* | *L* 19–22 erat. | (*1*) Adorabant autem veteres ⟨ – ⟩ quoque (*2*) Adorasse . . . constat, (*a*) et Augustinus et (*b*) et sane . . . adoratione (*aa*) carnis Christi in mysteriis interpretantur. (*bb*) Christi in mysteriis ubi caro ejus prorsus est, interpretantur. (*cc*) carnis . . . interpretantur. *erg.* | (*aaa*) Nunc autem (*bbb*) | Denique *erg.* | *L* 23–S. 2430.1 signis (*1*) abstineri suadebat, (*2*) quae . . . speciem (*a*) praebere (*b*) paganismi . . . suadebat, *L*

20 f. *adorate . . . ejus*: Ps. 98, 5; vgl. AMBROSIUS, *De spiritu sancto*, III, 11, 78 (PL 16, Sp. 794); vgl. AUGUSTINUS, *Enarrationes in Psalmos*, XCVIII, 9 (PL 37, Sp. 1264 f.).

dare, abstineri suadebat, placuit in occidente praesertim, ubi sane nec Saracenorum haberi rationem opus erat, ut quicquid in externo cultu exquisitissimum est, paulatim sacramento venerabili decerneretur. Hinc non tantum ad elevationem ejus consecratione facta procumbi placuit, sed et constitutum est, ut cum maximo honore vel ad infirmos portaretur, vel alias circumgestaretur, ut in publica causa vel alias subinde exponeretur, ut quotannis peculiari festo, cum maxima velut triumphantis Ecclesiae laetitia divinum pignus in terris coleretur. Atque haec sane convenienter recepta esse adeo manifestum est, ut Lutherani quoque adorationem in ipsa perceptione Eucharistiae exhibeant, quanquam ultra non progrediantur, quia extra usum manducationis[5] corpus Christi sacramentaliter adesse non putant. Sed a nobis supra ostensum est, commentum hoc novum et incongruum esse.

Cum autem Ecclesiae institutum improbant, reapse vel abusus tantum ipsi Ecclesiae improbatos, vel suas quasdam imaginationes impugnant. Putant enim terrena symbola a Catholicis adorari, et cum fateantur substantiam panis ab adorationis objecto expresse excludi, quam Ecclesia[6] plane abesse docet, tamen verentur ne saltem ipsae species adorentur, praeterquam quod incertam esse ajunt transsubstantiationem, sive quia ipsum dogma per se ipsorum opinione vacillet, sive quia potest sceleratus presbyter invalideve ordinatus aut subtrahere voluntatem consecrandi, aut nihil agere. Verum scire debent, ne in species quidem dirigi adorationem, neque enim panis albedo, sapor, figura, et reliqua accidentia in corpore Christi sunt tanquam in subjecto, neque de eo possunt praedicari, et proinde cum adoratio in Christum ipsum convertitur, minime adoratur res aliqua minuta[,] rotunda, tenuis, albicans quae panis qualitates habet, multo minus ipsa albedo

[5] *Am Rande*: Chemnit.

[6] *Am Rande gestrichen*: in hoc negotio

1 sane *erg. L* 2 f. paulatim *erg. L* 3 Hinc (*1*) alicubi (*2*) praeter (*3*) non *L* 4 et (*1*) alicubi (*2*) constitutum *L* 4 f. honore (*1*) circumgestaretur (*2*) vel . . . circumgestaretur, ut in publica (*a*) necessitate (*b*) causa | subinde *gestr.* | vel alias subinde *L* 6 festo, (*1*) acuto (*2*) quasi (*3*) cum *L* 6 f. laetitia (*1*) honoraretur et (*2*) divinum . . . terris *L* 8 ipsa (*1*) usu (*2*) perceptione Eucharistiae *L* 10 sacramentaliter *erg. L* 10 est, (*1*) ubi semel (*2*) commentum *L* 11 f. et incongruum *erg. L* 11 esse. (*1*) Video (*2*) Cum *L* 12 improbant, (*1*) haec sane (*2*) reapse *L* 13 f. symbola (*1*) hic (*2*) a Catholicis *L* 14 fateantur (*1*) vel ideo substantiam panis abesse dici (*2*) substantiam *L* 17 ipsorum opinione *erg. L* 19 adorationem, (*1*) et cum (*2*) neque enim | panis *erg.* | albedo *L* 19 figura, | panis, *gestr.* | et *L* 20 neque . . . praedicari, *erg. L* 21 ipsum (*1*) dirigatur (*2*) | convertitur *erg.* | *L* 21 f. res (*1*) illa minuta aut rotunda (*2*) aliqua minuta rotunda *L*

6 peculiari festo: Fronleichnam. 23 Vgl. M. CHEMNITZ, *Loci theologici . . . editio nova . . . cui nunc recens accesserunt Fundamenta sanae doctrinae de vera et substantiali praesentia, exhibitione et sumptione corporis et sanguinis Domini in coena*, Wittenberg 1623.

aut rotunditas. Etsi autem contingeret consecrationem revera non esse factam, non ideo idololatria ulla committetur, neque enim aliud adoratur aut aliter adoratur Christus Deus sive caro ejus adsit, sive non adsit et cum nulla Christi adoratio superflua sit, nihil oberit, si occasio adorandi quam praesentia corporis ejus credita praebuit, falsa esset. Neque proinde illa quorundam protestatione opus est, *si tu Christus es adoro te, sin non es, non adoro*; praeterquam enim quod tale quid per se intelligitur atque intelligeretur si visibiliter Christus appareret, sciendum est illud album et minutum, et paniforme, non esse Christum, nec credi esse, nec adorari. Quodsi plebs aliquando de vero adorationis objecto in hoc Sacramento non recte edocta est, id graviter ferre Ecclesiam, et omnibus modis corrigendum censere dubium nullum est.

Superest ut Sacrificium Missae explicemus quod in Eucharistiae Sacramento contineri semper docuit Ecclesia. Est autem in omni sacrificio tum qui offert, tum quod offertur, tum causa offerendi. Offerens autem in hoc Altaris Sacramento, est sacerdos. Et quidem summus sacerdos est ipse Christus, qui sese non tantum semel in cruce obtulit, cum pro nobis pateretur, sed et perpetuo ad seculi usque consummationem sacerdotale suum officium exercet, et nunc quoque se Deo Patri pro nobis offert per ministerium sacerdotis sive presbyteri. Diciturque proinde in scriptura sacerdos in perpetuum secundum ordinem Melchisedech, qui cum panem et vinum obtulisse dicatur, nihil manifestius esse videtur quam sacrificium Eucharisticum in eo praefigurari, ipsa scriptura allegoriae praeeunte. Res autem oblata sive victima aut hostia est ipse Christus cujus caro et sanguis sub specie symbolorum utique immolationis atque libamenti officium subit; nec video quid hic desit ad veram sacrificii rationem. Quidni enim id quod sub symbolis praesens est Deo offerri possit, cum panis et vini species ad oblationem aptae sint, et in his constiterit Oblatio Melchisedeci, et quod sub his in Eucharistia continetur, sit omnium

2 f. Deus *erg. L* 3 adsit, sive *erg. L* 3 f. sit, (*1*) non ideo (*2*) nihil oberit, (*a*) quod (*b*) si *L* 6 f. atque . . . appareret *erg. L* 7 paniforme, (*1*) verbo (*a*) illam spe (*b*) accidentium collect⟨io⟩ (*2*) non *L* 8 nec credi esse, *erg. L* 9 in hoc Sacramento *erg. L* 10 f. est. (*1*) Superest ut de sacrificio Missae (*2*) Sacrificium Missae, quod in Eucharistia post cons (*3*) Superest (*a*) Sacrificium (*aa*) qu (*bb*) Missae (*b*) ut . . . explicemus *L* 12 f. in (*1*) sacrificio sacerdos, qui offert, (*a*) sacrif (*b*) | panis *erg.* | oblatio quae consecrata offertur (*2*) | omni . . . offerendi. *erg.* | (*a*) Offert autem sacerdos (*b*) Offerens autem (*aa*) | est *erg.* | sacerdos (*bb*) in . . . Et *L* 16 f. ministerium (*1*) hominis (*2*) sacerdotis *L* 17 Diciturque (*1*) enim (*2*) | proinde in scriptura *erg.* | sacerdos *L* 18–20 qui | cum *erg.* | . . . quam (*1*) in Epistola ad Hebraeos (*2*) sacrificium Eucharisticum (*a*) respici (*b*) in . . . praeeunte *erg. L* 20 sive . . . hostia *erg. L* 21 f. sanguis | est *gestr.* | sub specie symbolorum | utique . . . subit *erg.* | (*1*) ; cum enim (*2*) ; nec *L* 23 sub *erg. L* 24 f. in Eucharistia *erg. L*

17–19 Diciturque . . . praefigurari: Gen. 14, 18; vgl. Hebr. 6, 20 u. 7, 16 f.

rerum pretiosissimum Deoque offerri dignissimum. Itaque hoc pulcherrimo invento divina benignitas egestatem nostram juvit, ut afferre possimus aliquod munus quod Deus aspernari non possit. Et cum ipse infinitus sit, quicquid autem alias a nobis proficisci potest ad infinitam ejus perfectionem nullam proportionem habeat, nullum libamentum placando Deo par inveniri potuit, quam quod infinitae et ipsum perfectionis esset. Mirabili enim ratione fit, ut Christus in hoc Sacramento quoties consecratio fit se nobis semper redonans, semper denuo offerri Deo possit, eoque modo perpetuam efficaciam suae primae oblationis, quae in cruce facta est, repraesentet atque obsignet. Neque enim aliqua nova hujus sacrificii propi[ti]atorii repetiti ad remissionem peccatorum efficacia est, efficaciae passionis superaddita, sed vis ejus in primi illius cruenti sacrificii quod semel omnia consummavit repraesentatione atque applicatione consistit, cujus fructus divina est gratia, quae ad illos pervenit qui tremendo huic sacrificio intervenientes oblationem cum sacerdote digne celebrant. Et cum praeter remissionem aeternae poenae, et donationem meriti Christi in vitae aeternae spem, multa alia a Deo salutaria petere possimus pro nobis aliisque vivis aut mortuis, et ex his quae peti possunt potissimum sit mitigatio paternae castigationis, quae omni peccato debetur, etiamsi poenitens in gratiam receptus sit, utique manifestum est nihil in omni cultu nostro esse pretiosius et ad impetrandum efficacius, quam sacrificium hujus divini Sacramenti, cui ipsum corpus Domini praesens intervenit. Neque enim Deo gratius quicquam et cujus suavior odor sit, a nobis, si mundo corde ad hanc aram accedamus, immolari potest. Et praeclare Bernardus *totum quod dare possum, miserum corpus istud est, id si minus est, addo et corpus ipsius.*

Porro Sacrificium hoc ipsa sacra scriptura comparatione Melchisedeci cum Christo in *psalmo* 110, et *Epistola ad Ebraeos* manifeste innuit, quemadmodum jam attigimus, ut

1 rerum | creatarum *gestr.* | pretiosissimum *L* 2 ut (*1*) habeamus aliquid mun (*2*) afferre *L* 3 alias *erg. L* 4 f. habeat, (*1*) hoc sacrificium (*2*) hoc denique libamento unico placari Deus potest. Itaque nullum aliud libamentum (*3*) nullum libamentum | placando Deo par *erg.* | inveniri *L* 5 quod (*1*) perf (*2*) infinitae *L* 6 quoties consecratio fit *erg. L* 7 possit, (*1*) perpetua efficacia (*2*) eaque ratione (*3*) eoque modo *L* 9 repetiti . . . peccatorum *erg. L* 10 est, (*1*) sed applicatio primae (*2*) efficaciae *L* 10 sed (*1*) ipsius primi (*2*) vis *L* 10 primi (*1*) applicatione consistit (*2*) illius (*a*) atque (*b*) cruenti *L* 11 f. fructus (*1*) ad illos per (*2*) divina *L* 13 remissionem (*1*) peccatorum alia multa inprimis (*2*) | aeternae (*a*) mortis, *erg.* | (*b*) poenae, *L* 14 Deo (*1*) petamus ad (*2*) salutaria *L* 15 mortuis, (*1*) quorum potissimum est (*2*) | et . . . possunt *erg.* | potissimum sit *L* 16 f. etiamsi . . . sit *erg. L* 17 f. ad impetrandum *erg. L* 20 ad hanc aram *erg. L* 20–22 Et . . . *ipsius. erg. L* 23 f. comparatione . . . et *erg. L* 24 quemadmodum jam attigimus, *erg. L*

21 Vgl. BERNHARD VON CLAIRVAUX, *Sermones*, In Epiphania Domini, Sermo primus (Sancti Bernardi Opera, hrsg. v. J. Leclercq, Ch. Talbot, H. Rochais, 9 Bde, 1957–1977, Bd 4, S. 295, 11–13). 24 Vgl. Ps. 110, 4. 24 Vgl. Hebr. 9, 15–27.

de jugi sacrificio Danieli memorato aliisque locis nihil dicam; et sane conveniens erat religionem christianam sine sacrificio non esse, et oblationem nostram in veteris testamenti sacrificiis tantum praefiguratam quemadmodum omnium dignissima et perfectissima est, ita et jugem ac perpetuam esse, cum et summi sacerdotis nostri officium sacerdotale perpetuum esse in psalmo supradicto insinuetur. Et vero veteres passim haec ita interpretantur, et mundam quoque oblationem de qua Malachias loquitur, jam Justinus martyr et Irenaeus ut de Augustino et posterioribus nihil dicam eucharistiae accommodarunt. Denique innumera sunt loca sanctorum Patrum quibus dicitur Christum quotidie in Sacramento populis immolari ut ait Augustinus, incruentum sacrificium esse, quando id quod confectum est nominamus corpus et sanguinem Christi, ut ait Cyrillus, in pane supersubstantiali, simul esse holocaustum et medicinam, ut ait Cyprianus. Quaeque alia passim prostant.

Cum vero in honorem sanctorum celebrari missae dicuntur, hoc non cavillatorie, sed ex mente dicentium interpretandum est. Nam uni Deo sacrificatur, unius Dei potissimum honor quaeritur, nec sancti nisi ut amici Dei coluntur. Interim sancti alicujus utique honori datur, quod aliquando illo ipso tempore et loco potissimum, et singulariter celebratur sacrificium, quo et laudes sancti commemoramus, et preces atque intercessionem expetimus; quibus a Christi merito et oblatione omnis dignitas sua qualiscunque conciliatur; sacrificium ergo divinum non magis sancto tribui dicendum est, in ejus festo aut in

1 sacrificio (*1*) Danielis aliisque script (*2*) Danieli . . . locis *L* 1 f. erat (*1*) perpetuo (*2*) religionem *L* 2 esse, (*1*) quo (*2*) et (*a*) vero sac (*b*) quemadmodu (*c*) victimam (*d*) oblationem nostram (*aa*) tuto (*bb*) in (*aaa*) novo (*bbb*) veteris *L* 3 praefiguratam (*1*) jugem et perpetuam esse (*2*) quemadmodum *L* 5 insinuetur. (*1*) Malachiae quoque locum de munda oblatione jam justi (*2*) Et *L* 5 vero (*1*) sancti patres (*2*) | veteres *erg.* | *L* 7 ut . . . dicam *erg.* *L* 10 sanguinem (*1*) domini (*2*) | Christi *erg.* | *L* 12–16 prostant. (*1*) Pa (*2*) Mi (*3*) Cum vero in honorem Sanctorum celebratur, utique in honorem unius Dei tendit sacrificium, (*a*) sed (*b*) sancti autem honor est, quod (*4*) Cum . . . aliquando *L* 14 f. potissimum (*1*) honor | (*2*) veneratio (*3*) honor *erg.* | *L* 15 Dei (*1*) honorantur (*2*) coluntur *L* 15 alicujus *erg.* *L* 16 et loco *erg.* potissimum, | et singulariter *erg.* | *L* 17 laudes (*1*) ejus (*2*) sancti *L* 17 f. atque intercessionem *erg.* *L* 18 expetimus; (*1*) neque magis sancto ipsi sacrificatur, quibus ab ips (*2*) quibus a *L* 18 omnis (*1*) efficacia (*2*) dignitas *L* 19 f. conciliatur; (*1*) non magis ergo ad sancti honorem (*a*) celebratur (*b*) sacrificatur | (*aa*) deflecten (*bb*) detorquendum est *erg.* | in ejus festo, quam ad honorem regis in coronatione. (*2*) sacrificium . . . sancto (*a*) fieri (*b*) tribui dicendum est *L* 20–S. 2434.1 aut in (*1*) Ecclesia (*2*) altari vel basilica *L*

1 Danieli memorato: vgl. Dan. 8, 11–14. 6 Malachias loquitur: Mal. 1, 11. 7 Vgl. JUSTINUS MARTYR, *Apologia*, I, 66. 7 Vgl. IRENAEUS, *Adversus haereses libri quinque*, IV, 17,5–18,5. 7 Vgl. AUGUSTINUS, *De civitate Dei*, XVIII, 35 u. XIX, 23. 9 ut ait Augustinus: vgl. AUGUSTINUS, *Sermones*, serm. 221 (PL 39, Sp. 2154). 10 ut ait Cyrillus: *Catecheses mystagogicae quinque*, IV, 6 u. 7. 11 ut ait Cyprianus: vgl. CYPRIANUS, *De dominica oratione*, cap. 18.

altari vel basilica quae ab ipso nomen habet, quam officium divinum quod in electione aut coronatione fit, regi dicatum est, quamvis ad ejus honorem pertinere non negetur.

Porro cum jugis sacrificii tanta sit dignitas atque utilitas receptum denique est, ut creberrime Deo offeretur pro fidelium necessitatibus, etiamsi non semper accederet dispensatio. Olim quidem omnes qui sacrificio intererant, etiam communionis participes fiebant, paulatim vero ad paucos redacta est communio, ex quo primae pietatis fervore diminuto, merito timeri coeptum est, ne crebior perceptio et promiscua distributio venerationem diminueret, multisque peccandi occasionem faceret. Si enim nunc quoque omnes fideles post celebrata mysteria, ad mensam domini accederent, quis dubitat plurimos indigne manducaturos. Nunc autem per intervalla temporum ad hanc coenam venientibus praeparandi spatium datur, ne sine veste nuptiali reperiantur. Non ideo tamen honori divino aliquid detrahendum fuit, quia communicantes non semper habebantur. Quare ex quo sanctissimum sacrificium in omnibus ecclesiis quotidie celebrari laudatissima pietate institutum est, consequens fuit ut, sufficere judicaretur perceptio offerentis sacerdotis, atque haec missarum quas privatas vocant origo est. Quarum fructu sane maximo privari Ecclesiam, cum divini honoris detrimento; aequum non est. Nec quia diu illis caruit Ecclesia Christi, hodie cum summa offensione fidelium praeclara instituta sunt abolenda, nec protinus ad veterem simplicitatem in externis redeundum est, nisi forte ab his qui intus primorum Christianorum pium ardorem sese praestare posse non temere confidunt. Quales utinam multi essent.

De aquae admistione, de azymo aut fermentato, de lingua qua celebratur divinum officium, deque sacris caeremoniis pie introductis non est quod multa dicam. Constat

1 f. officium divinum *erg.* quod in | electione aut *erg.* | *L* 2 f. negetur. (*1*) Admirationem (*2*) Missas privatas (*a*) laudabiliter institutas neg (*b*) ut vocant, seu quae sine communicantibus celebrantur utiliter (*3*) Porro *L* 5 f. dispensatio (*1*) communicantibus quae (*2*) inter (*a*) communicantes quam olim (*b*) praesentes, quae olim (*aa*) frequentis (*bb*) usitata in Ecclesia, paulatim ad paucos redacta est majoris reverentiae causa. (*2*) . Olim (*a*) Euch (*b*) quidem . . . qui (*aa*) sacrificatio (*bb*) sacrificio . . . communio *L* 7 ne (*1*) promiscua inter praesentes (*2*) quotidiana per (*3*) crebrior (*a*) et (*b*) perceptio *L* 8 faceret. (*1*) Quis enim dubitat homines (*2*) Si *L* 8 f. quoque (*1*) receptum esset, ut (*2*) omnes *L* 11 sine (*1*) habitu (*2*) veste *L* 11 reperiantur. (*1*) Quoniam vero honorem Dei (*2*) Non *L* 14 est, | satis *gestr.* | consequens *L* 14 f. perceptio (*1*) celebrantis (*2*) offerentis *L* 15 missarum (*1*) privatarum, (*2*) quas privatas vocant *L* 15 est. (*1*) Quibus (*2*) Quarum (*3*) Quibus fraudari Ecclesiam (*4*) Quarum *L* 16 f. est | quis enim Deo majo *erg. u. gestr.* | (*1*) Tametsi enim diu caruerit illis Ecclesia Christi, non ideo tamen laudabilibus. (*2*) Nec (*a*) diu illis (*b*) quia *L* 17 f. hodie . . . protinus *erg. L* 18 in externis *erg. L* 19 nisi (*1*) et primitivae (*2*) ab his qui primae Ecclesiae (*3*) forte . . . pium *L* 20 non temere *erg. L* 20 Quales . . . essent. *erg. L* 21 de . . . fermentato, *erg. L* 22 officium, (*1*) de variis ritibus addititiis (*2*) deque *L*

11 ne . . . reperiantur: vgl. Matth. 20, 11 f.

enim de his statuendi potestatem penes Ecclesiam esse. Modo decor servetur, et eorum quae submisse et lingua sacra dicuntur notitia et interpretatio fideli populo non desit. Uti certe nunc nihil in eo genere desiderari potest, ex quo complures libelli vernaculi prodiere, in quibus canon missae et quicquid ad rem divinam pertinet, abunde explicatur.

Expositis controversiis potioribus, quae circa sanctissimam Eucharistiam motae sunt, caeteris Sacramentis minore multo prolixitate defungi poterimus. Et quidem quae ad Sacramentum poenitentiae pertinent, magnam partem attigimus, cum de remissione peccatorum et justificatione hominis diceremus; semper enim in adulto, qui Deo reconciliatur opus est poenitentia, sive cum primum sacro lavacro initiatus in Ecclesiam recipitur, sive cum denuo maculatus per sacramentum absolutionis mundatur, cui peculiariter poenitentiae appellatio adhaesit. Est autem profecto magnum Dei beneficium, quod Ecclesiae suae potestatem dedit remittendi et retinendi peccata, quam Ecclesia per sacerdotes exercet, quorum ministerium sine magno peccato contemni non potest. Eaque ratione et jurisdictionem Ecclesiae confirmat Deus et munit atque in refractarios armat, dum rebus ab ea judicatis executionem commodare promittit; magno schismaticorum malo, qui Ecclesiae autoritatem spernentes et bonis ejus carere coguntur.

Porro utraque remissio quae vel in baptismo vel in confessione fit aeque gratuita est, aeque fide Christi nititur, aeque poenitentia in adultis indiget, sed hoc interest, quod illic praeter ablutionis ritum nihil a Deo peculiariter praescriptum est, hic vero mandatum est, ut qui mundatus esse vult se sacerdoti ostendat, peccataque confiteatur, et subinde sacerdotis judicio aliquam castigationem subeat, quae admonitionis alicujus loco imposterum esse possit. Et cum Deus sacerdotes constituerit medicos animarum, voluit patere ipsis mala aegroti et nudari conscientiam. Unde sapienter Ambrosio poenitens Theodosius dixisse fertur: *tuum est pharmaca ostendere et miscere, meum suscipere.* Pharmaca autem sunt leges quas imponit sacerdos poenitenti, tum ut sentiat praeteritum malum, tum

2 et (*1*) latine (*2*) | lingua sacra *erg.* | *L* 4 f. explicatur. (*1*) Post sanctissimum Eucharistiae Sacramentum (*2*) Explicatis (*3*) Expositis *L* 7 partem (*1*) defuncti sumus (*2*) | attigimus *erg.* | *L* 9 primum (*1*) bapti (*2*) sacro *L* 10 per (*1*) absolutionis (*2*) sacramentum *L* 11 f. Dei (*1*) poenitentia (*2*) beneficium, *L* 14 Eaque (*1*) potestas Ecclesiae | Deo ipso sententiae ejus executionem commodante *erg.* | etiam jurisdictionem (*a*) ejus | (*b*) Eccles *erg. u. gestr.* | confirmat, et schismaticos praeparat, qui Ecclesiam (*aa*) spernen (*bb*) contemnentes bonis ejus carere con (*2*) ratione *L* 17 in (*1*) absolutionis Sacramen (*2*) confessione *L* 20 f. subinde *erg. L* 23–S. 2436.3 Unde . . . sunt (*1*) quae ad (*2*) leges . . . nomine (*a*) intelligantur (*b*) designantur, . . . esset. *erg.* (*aa*) Quod praeclare institu (*bb*) Idque (*cc*) Totum autem hoc *L*

24 Theodosius dixisse fertur: vgl. AMBROSIUS, *De obitu Theodosii oratio*, 36 (PL 16, Sp. 1397 B).

ut vitet futurum, eaque satisfactionis nomine designantur, quia grata Deo haec obedientia est sese castigantis, et poenam temporalem mitigat vel tollit, quae alioqui a Deo expectanda esset. Totum autem hoc institutum divina sapientia dignum esse negari non potest, et, si quid aliud hoc certe in Christiana religione praeclarum et laudabile est, quod et Sinenses ac Japonenses sunt admirati, nam et a peccatis multos deterret confitendi necessitas, eos maxime qui nondum obdurati sunt, et lapsis magnam consolationem praestat, ut adeo putem pium, gravem et prudentem confessarium magnum Dei organon esse ad animarum salutem, prodest enim consilium ejus ad regendos affectus, ad animadvertenda vitia nostra, ad vitandas peccatorum occasiones, ad restituendum ablutum, et reparandum damnum datum, ad dubia eximenda, ad erigendam mentem afflictam, ad omnia denique animae mala aut tollenda aut mitiganda. Et cum fideli amico vix quicquam in rebus humanis praestantius reperiatur, quanti est eum ipsa Sacramenti divini inviolabili religione ad fidem servandam opemque ferendam astringi? Quamvis autem olim ubi major erat fervor pietatis, publica confessio et poenitentia inter Christianos usurparetur, nihilominus ut infirmitati nostrae consuleretur placuit Deo ut per Ecclesiam ostenderetur fidelibus sufficere confessionem privatam apud sacerdotem, adhibito silentii sigillo, quo magis confessio Deo facta ab omni humano respectu sequestraretur. Neque ideo minus divini juris erit confessio, quemadmodum statuit et praescripsit Ecclesia, licet circa modum ejus variatum esse diversis temporibus constaret. Nam multa Deus circa Sacramentorum suorum dispensationem Ecclesiae suae statuenda ordinandaque reliquit, non quod Ecclesia facere directe possit ut aliquid divini juris sit, sed quod Deus ipse conditiones quasdam et circumstantias eorum quae divini juris sunt, ex Ecclesiae dispositione, suspendit, ut exemplo impedimentorum matrimonii jam monuimus. Idem ergo circa formam judiciarii processus cujus exercendi potestatem clavibus concessis Christus

4 f. et . . . admirati *erg. L* 5 f. deterret (*1*) qui | (*2*) qui confess (*3*) confitendi . . . maxime qui *erg.* | *L* 6 et (*1*) criminibus (*2*) | lapsis *erg.* | *L* 7 praestat, (*1*) magna (*2*) non parva enim res est unicum fidelem et prudentem habere, qui ipsa religione ad fidele (*3*) ut adeo putem (*a*) sacerdotem (*b*) pium, *L* 7 confessarium (*1*) inter maxima bona numerari posse, quae (*2*) magnum *L* 8–10 prodest . . . restituendum (*1*) et reparandum quod (*2*) ablutum . . . datum, *erg. L* 11 cum (*1*) nihil (*2*) fideli *L* 13 astringi? (*1*) Cum (*2*) | Quamvis *erg.* | *L* 14 ubi (*1*) magno (*2*) major *L* 14 confessio et *erg. L* 15 nihilominus . . . consuleretur *erg. L* 16 fidelibus *erg. L* 16 f. sacerdotem (*1*) sub (*a*) sigillo (*b*) silentii sigillo, sed eam non esse omittendam, quanquam (*2*) | adhibito . . . sequestraretur. *erg.* | (*a*) Et (*b*) Quanquam (*c*) Neque *L* 18 confessio, (*1*) quod circa (*2*) quantum talia esse hodie decrevit Ecclesia (*3*) quemadmodum . . . | et praescripsit *erg.* | Ecclesia, *erg.* | (*a*) quod (*b*) circa (*c*) si (*d*) licet *L* 19 diversis temporibus *erg. L* 20 f. reliquit, (*1*) ipsam autem cons (*2*) quibus divini (*3*) ut (*a*) quod ipsa s (*b*) nihilominus (*4*) non *L* 21 directe *erg. L* 24 cujus (*1*) in poenitentes (*2*) exercendi *L*

24–S. 2437.1 potestatem . . . dicetur: Matth. 16, 19.

ecclesiae dedit, recte dicetur. Id ipsum enim de jure divino est, ut absolutionem non consequatur qui Ecclesiae judicium contemnit et quas illa conditiones sive in confitendo exigit, sive post confessionem imponit, negligere audet.

Hinc etiam in pontifice maximo et episcopis potestas est statuendi casus reservatos, qui a quovis sacerdote remitti non possunt, nisi in periculo mortis; et praescribendi canones poenitentiales et definiendi quantum opus sit ad sufficientem confessionem, ut singulares peccatorum circumstantiae enumerentur; quibus legibus a confitente temere neglectis, utique etiam ob peccatum mortale novum atque adeo impoenitentiam, irrita absolutio esset.

Illa gravis quaestio superest, utrum ad Sacramentum poenitentiae opus sit perfecta contritione, sive amore Dei super omnia an vero attritio sufficiat; equidem in confesso est, quemadmodum et superius attigimus, eum qui actum amoris illius supremi, vel certe contritionem intuitu divini amoris exerceat, in quo votum sacramenti vel expresse vel virtualiter comprehendatur, etiam ante confessionem absolvi. Fatendum etiam est aliquam facilitatem majorem fidelibus a Sacramento ipso praestari debere, in qua potissimum Sacramenti hujus virtus consistit. Omnibus ergo expensis rectissime etiam ad Concilii Tridentini mentem dici posse videtur: quamvis attritio seu imperfecta poenitentia, quae non amore Dei puro, sed metu poenae aut spe vitae aeternae, aliisque ex causis similibus nata est per se ad justificationem perducere nequeat, superveniente tamen Sacramento accedere ipsam gratiam, hoc est radium infusum gratiae divinae caritatis, qui contritioni aequivalet, et virtute meriti Christi peccata delet, ut adeo ratum maneat divino amore, sive is studio hominis a Deo excitato atque adjuto, sive peculiari Sacramenti virtute obtineatur ad justificationem poenitentis opus esse.

Satisfactiones pro peccatis, quas quisque vel jussu sacerdotis, vel spontanea pietate suscipit, duplicem vim habent, unam ut animae medeantur, et prophylactica sint contra

5 in (*1*) casu (*2*) periculo *L* 8 etiam *erg. L* 8 f. irrita (*1*) conf (*2*) absolutio *L* 9 f. esset. (*1*) Quaeritur (*2*) Illa *L* 10 quaestio (*1*) est, (*2*) | superest *erg.* | *L* 11 an . . . sufficiat; *erg.* (*1*) sin (*2*) et quidem (*3*) | equidem *erg.* | *L* 12 amoris (*1*) Dei (*2*) illius supremi, (*a*) exerc (*b*) vel *L* 13 votum (*1*) adeundi sacerdotis | (*2*) confessionis (*3*) Sacramenti *erg.* | *L* 14 absolvi. (*1*) Sed qui attritionem tantum habet, quae (*2*) Fatendum *L* 15 majorem *erg. L* 15 ipso *erg. L* 15 f. qua (*1*) ipsa sacra (*2*) potissimum *L* 18 Dei (*1*) super omnia (*2*) | puro *erg.* | *L* 19 causis (*1*) justis (*2*) similibus (*a*) contingit (*b*) nata est *L* 20 est (*1*) habitum infusum (*2*) radium infusum gratiae *L* 21 contritioni . . . et *erg. L* 21 f. ratum *erg.* maneat (*1*) sive (*2*) divino *L* 22 studio (*1*) poenitentis (*2*) | hominis *erg.* | *L* 23 poenitentis *erg. L* 24 spontanea (*1*) devotione (*2*) pietate *L*

17 Concilii Tridentini mentem: vgl. Concilium Tridentinum, sess. XIV, 25. November 1551, Doctrina de sacramento paenitentiae, cap. 4 (MANSI XXXIII, Sp. 93D-E).

recidivam, alteram ut divinam castigationem mitigent, quae sive in hac vita, sive postea ex justitiae rationibus irrogatur. De quo pluribus dicemus in loco de purgatorio. Ac de his satisfactionibus sapienter S. Gregorius M. *qui se illicita meminit commisisse, a quibusdam studeat licitis abstinere, quatenus per haec conditori suo satisfaciat.* Huc etiam ob cognationem argumenti referri possunt castigationes et carnis mortificationes, aliaque exercitia aut opera utilia cum aliqua molestia conjuncta, non ob expiationem commissi delicti, sed simpliciter ob praeventionem futuri, animaeque emendationem suscepta. Quae quidem non reprehendi sed laudari et commendari debent; cum magnum fructum habeant et Deo placere luculentis scripturae testimoniis doceantur et sane non inepte dicebant veterum Hebraeorum sapientes, quasi saepem aut aggerem legi circumdari debere, hoc est utiliter a licitis abstineri, ut a confinio illicitorum magis removeamur; et unumquemque sibi ipsi legislatorem recte fieri, praescriptis quibusdam velut formulis et observationibus sive cautionibus, tanquam custodiendae innocentiae munimentis. Abesse autem debet pharisaica opinio sanctitatis, nec in operibus nostris sed gratia ac misericordia domini fiducia omnis nostra reponi debet. Quicquid enim boni praestiterimus, munus domini et nostrum officium fuit; et quantacunque solutio nostra sit, imperfecta erit; quicquid enim nobis restat, adhuc Dei est. Atque haec nunc quidem de poenitentiae Sacramento sufficere possunt.

De Unctione infirmorum non est cur multis nunc disputemus. Verba habet scripturae sacrae, interpretationem Ecclesiae, cui pii et catholici homines tuto fidunt, nec video quid in eo more quem recepit Ecclesia reprehendi a quoquam possit. Si demus olim et donum sanationis saepe affuisse, cujus usus nunc cum aliis extraordinariis beneficiis stabilita

2–5 purgatorio. | (*1*) Interea (*2*) Sapienter (*3*) Ac . . . *satisfaciat*. *erg.* | Huc etiam (*a*) referri possunt ob cognationem argumenti castigationes carnis voluntariae (*b*) ob *L* 5 f. castigationes (*1*) carnis variae et leges sponte susceptae | (*2*) sive (*3*) et . . . mortificationes, | aliaque exercitia *erg.* | aut opera *erg.* | utilia *erg.* | . . . conjuncta *erg.* | *L* 7 f. emendationem | et perfectionem. *gestr.* suscepta. *erg.* | *L* 9–14 | et (*1*) sapienter (*2*) | sane *erg.* | non inepte *erg.* | . . . quasi (*a*) legem (*b*) saepem . . . licitis | voluptatibus *gestr.* | abstineri, . . . legislatorem (*aa*) aliquando fieri debere, (*bb*) recte fieri, (*aaa*) praestatutis (*bbb*) praescriptis . . . formulis (*aaaa*) tanquam et | (*bbbb*) et observationibus sive *erg.* | . . . munimentis. *erg.* | *L* 14 pharisaica (*1*) opinio quasi (*a*) fiducia (*b*) nos qui quicquid egerimus servi inutiles sumus non (*2*) opinio sanctitatis, *L* 15 gratia (*1*) domin (*2*) ac *L* 16 nostrum (*1*) debitum (*2*) | officium *erg.* | *L* 17–19 quicquid . . . possunt. *erg.* | De (*1*) extrema (*2*) Unctione *L* 21 in (*1*) ritu (*2*) eo *L* 22 saepe *erg.* affuisse, (*1*) quod nunc cum aliis miraculis hujusmodi (*2*) cujus . . . aliis *L* 22 beneficiis (*1*) cessavit, (*2*) stabilita *L*

3 f. sapienter S. Gregorius M.: vgl. GREGOR der Große, *XL Homiliae in Evangelia*, Hom. XXXIV, 16 (PL 76, Sp. 1256 C). 19 Verba habet scripturae: Jak. 5, 14.

Ecclesia infrequentior factus est, semper tamen ne tunc quidem sanatos fuisse credendum est qui ungebantur. Superest igitur saltem hodieque efficacia illa salutaris perpetua et nunquam fallens, quae ad animam ipsam bene dispositam pertinet atque a Jacobo Apostolo additur, quando hujus Sacramenti usum describit, et in peccatorum remissione ac fidei virtutisque munimento collocatur, quo nunquam magis opus est, quam in vitae periculo ac terroribus mortis ad ignea tela satanae tum maxime ingruentia repellenda.

Sacramentum ordinis sive Hierarchiae Ecclesiasticae est, quo officium et potestas ecclesiastica sive spiritualis suis gradibus distincta certis hominibus confertur, quorum ministerio utitur Deus ad Sacramentorum suorum gratiam dispensandam hominesque alios docendos regendos et in unitate fidei et obedientia caritatis retinendos addita vi cujusdam jurisdictionis quae in clavium usu potissimum comprehenditur. Pertinent autem ad pastorum Ecclesiae Hierarchiam, non tantum sacerdotium et hujus praeparatorii gradus, sed et Episcopatus, et ipse primatus Maximi Pontificis, quae omnia divini juris esse credendum est. Quandoquidem sacerdotes per Episcopum ordinantur, et Episcopus et maxime is cui universalis Ecclesiae cura commissa est, potestatem habet sacerdotis munus moderandi ac limitandi, ut jus clavium in quibusdam casibus reservatis non tantum non licite, sed nec valide exercere possit. Praeterea Episcopus et super omnes qui oecumenicus dicitur ac totam Ecclesiam repraesentat potestatem habet excommunicandi, et privandi Sacramentorum gratia ligandique ac peccata retinendi, et rursus solvendi et recipiendi. Neque enim in clavium jure tantum jurisdictio voluntaria continetur, quae sacerdotis est in confessionali, sed et procedi potest ab Ecclesia in invitos, et qui Ecclesiam non audit ejusque mandata, quantum per salutem potest non servat, velut Ethnicus et publicanus haberi debet et regulariter accedente ad terrenam coelesti sententia

1 f. semper . . . ungebantur *erg. L* 2 f. Superest (*1*) tamen salutaris (*2*) | igitur . . . fallens, *L* 3 bene dispositam *erg. L* 3 f. atque . . . describit *erg. L* 7 officium et *erg. L* 8 suis gradibus distincta *erg. L* 9 f. dispensandam (*1*) homines (*2*) hominesque . . . et *L* 10 addita *erg. L* 11 f. usu (*1*) continetur. | (*2*) potissimum comprehenditur *erg.* | (*a*) . Itaque ad hoc Sacramentum referri aliquo modo potest, non tantum collatio Sacerdotis, sed et Episcopatus. Tota autem Hierarchia unam quandam personam moralem constituit, per quam pertinet (*b*) . Pertinent autem ad | pastorum Ecclesiae *erg.* | *L* 14 est. (*1*) Nam (*2*) Quandoquidem (*a*) sine Episcopo (*b*) sacerdotes *L* 15 cui (*1*) regendae (*2*) universalis *L* 16 ut (*1*) potestatem clavium in certis (*2*) jus . . . quibusdam *L* 17 et (*1*) maxime is pontifex (*2*) super *L* 18 dicitur | (*1*) qui (*2*) ac . . . repraesentat *erg.* | *L* 19 Sacramentorum | Ecclesiae *gestr.* | gratia *L* 22 ejusque . . . servat *erg. L* 24–S. 2440.3 sententia (*1*) periculo animae vim potestatis experitur. (*2*) | suae . . . Ecclesiasticae (*a*) jurisdictionis (*b*) | potestatis *erg.* | . . . | ipse *erg.* | . . . | ac supremum *erg.* | . . . executionem. *erg.* | *L*

3 f. a Jacobo additur: Jak. 5, 15.

suae animae malo vim Ecclesiasticae potestatis experitur, cui Deus ipse accommodat quod in jurisdictione omni ultimum ac supremum est, hoc est executionem.

Ut autem vis Hierarchiae melius intelligatur, sciendum est omnem Civitatem sive Rempublicam adeoque et Ecclesiasticam considerari debere ut Corpus civile, sive unam personam moralem. Id enim interest inter coetum plurium, et unum corpus quod coetus per se ex pluribus unam personam non facit, corpus vero personam constituit, cui proprietates et jura varia competere possunt distincta a juribus singulorum. Unde et jus corporis vel collegii in uno conservatur, coetus autem necessario in pluribus consistit. Porro personae sive naturalis sive moralis natura est, ut habeat aliquam voluntatem, ut nempe sciri possit, quid ipsa velit; itaque, si forma regiminis sit Monarchica, voluntas monarchae est voluntas civitatis; sin polyarchica sit, tunc alicujus collegii vel concilii, sive id ex aliquibus, sive ex omnibus civibus constet, voluntas, quae sive per numerum suffragiorum, sive per alias certas conditiones cognoscitur, censetur voluntas civitatis esse.

Cum igitur Deus optimus maximus Ecclesiam constituerit in terris, tanquam civitatem sacram super montem positam, sponsam suam immaculatam, et voluntatis suae interpretem, cujus unitatem per totum orbem caritate colligandam usque adeo commendavit et quam audiri jubet ab omnibus qui ethnicis aut publicanis aequiparari nolunt, consequens est ut modum constituerit, quo voluntas Ecclesiae interpres voluntatis divinae cognosci possit. Et hunc jam tum Apostoli ostendere qui corpus Ecclesiae initio repraesentabant. Hi enim concilio Hierosolymis coacto, sententiam suam explicantes, inquiunt: *visum est Spiritui Sancto et nobis*. Neque hoc privilegium assistentis Ecclesiae Sancti Spiritus, Apostolorum morte cessavit, sed usque ad consummationem seculi durare debet, atque in toto corpore Ecclesiae per Episcopos tanquam Apostolorum successores fuit propagatum.

5 coetum | et societatem *gestr.* | plurium, et (*1*) inter (*2*) unum *L* 5 f. coetus (*1*) ipse (*2*) per se *L* 7 f. distincta . . . singulorum. *erg.* (*1*) Nec (*2*) Unde et (*a*) corpus (*b*) jus corporis | vel collegii *erg.* | *L* 10 si (*1*) Monarchic (*2*) civitatis (*3*) forma *L* 17 interpretem, (*1*) quam audiri a Christianis jubet, (*2*) cujus *L* 19 f. voluntas (*1*) ejus in (*2*) Ecclesiae | interpres voluntatis *erg.* | divinae *L* 20 f. initio *erg.* *L* 22–24 hoc (*1*) Ecclesiae privilegium (*a*) morte Apostolorum (*b*) Apostolorum (*aa*) translatione in coelestem (*bb*) decessu (*cc*) morte cessavit, sed (*2*) privilegium . . . in *L* 24 tanquam *erg.* *L*

16 Vgl. Matth. 5, 14. 16 sponsam suam immaculatam: vgl. Eph. 5, 27. 22 *visum . . . nobis*: vgl. Apg. 15, 28.

Quoniam autem non semper nec frequenter haberi potest concilium, nam Episcopi populos quibus praesunt crebro deserere non possunt, et tamen semper persona Ecclesiae vivere ac subsistere debet, ut voluntas ejus possit cognosci, consequens fuit ipso divino jure, et memorabilibus admodum Christi ad Petrum verbis (quando claves regni coelorum specialiter commisit, pariter ac cum oves suas pascendas tribus vicibus emphatice commendavit) insinuatum atque in Ecclesia creditum est ut unus inter Apostolos, hujusque successor unus inter Episcopos majore potestate exornaretur, ut per eum tanquam visibile centrum unitatis colligari corpus Ecclesiae, praevideri communi necessitati, convocari, si opus, concilium et convocatum dirigi, et tempore interconciliari dari opera posset, ne quid res fidelium publica detrimenti caperet. Et cum Petrum Apostolum in principe orbis terrarum urbe Roma et Ecclesiam gubernasse, et martyrium subiisse, et successorem sibi designasse constanter veteres tradant, neque ullus alius Episcopus unquam ea ratione venerit, Romanum caeterorum principem merito agnoscimus. Itaque saltem illud certum esse debet in omnibus quae moram concilii universalis non ferunt, aut concilium universale non merentur, interim eandem[7] esse episcoporum principis sive pontificis maximi potestatem, quae totius Ecclesiae,[8] per eum excommunicari quemvis et restitui posse eique omnes fideles veram debere obedientiam, cujus vis eo porrigitur, ut quemadmodum juramentum servandum est in omnibus quae cum salute servari possunt, ita et pontifici maximo tanquam uni visibili Dei vicario in terris sit obediendum in omnibus quae sine peccato salvaque conscientia fieri posse ipsi nosmetipsos interrogantes judicamus; usque adeo ut in dubio caeteris paribus obedientia tutior sit censenda. Idque faciendum est

[7] *Darüber*: (: succedere :)

[8] *Über* potestatem . . . Ecclesiae: (: potestati totius Ecclesiae :)

2 populos (*1*) suos (*2*) quibus praesunt *L* 2 non (*1*) debent, (*2*) possunt, *L* 3–6 ipso . . . verbis | (quando . . . | specialiter *erg.* | . . . commendavit) *erg.* | (*1*) insinuatumque (*2*) insinuatum . . . est *erg. L* 7 Apostolos, (*1*) majori potestate (*2*) hujusque *L* 9 concilium | (*1*) eique praesidere (*2*) et convocatum dirigi *erg.* | *L* 10 fidelium *erg. L* 10–14 Et . . . unquam (*1*) sine (*2*) ea . . . agnoscimus. *erg. L* 14 saltem . . . debet *erg. L* 14 f. concilii (*1*) feru (*2*) universalis non ferunt, (*a*) neque semper (*b*) aut *L* 15 interim (*1*) summum (*2*) eandem *L* 16 f. totius (*1*) Conci (*2*) Ecclesiae, (*a*) eumque posse (*b*) ejusque p (*c*) per . . . posse *L* 17 veram (*1*) exceptio (*2*) debere *L* 18 ut (*1*) in omnibus quae (*2*) quemadmodum *L* 18 f. quae (*1*) saluti animae concin (*2*) cum *L* 20 conscientia (*1*) a nobis (*2*) fieri *L* 21 nosmetipsos | serio *gestr.* | interrogantes *L* 21 dubio (*1*) nisi magnae rationes in contrarium (*2*) caeteris *L*

4–6 Christi ad Petrum verbis: Matth. 16, 19 u. Joh. 21, 15–17.

amore unitatis Ecclesiae, et ut Deo in his quos misit obediamus, quidvis enim libentius pati debemus, etiam cum magna jactura nostra, quam ut ab Ecclesia divellamur, et schismati causam praebeamus. Sed de primatu et autoritate Romani Pontificis postea pluribus erit dicendum.

Haec tamen omnia intelligenda sunt salvo jure terrenarum potestatum, quod Christus non sustulit; etsi enim Christiani principes non minus Ecclesiae obedientiam debeant, quam minimus quisque fidelium, tamen nisi ipso jure regni aliter provisum actumque esse constet; Ecclesiastica potestas eo extendenda non est ut subditos in veros dominos armet. Ecclesiae enim arma sunt lacrymae et preces. Et haec optima tutissimaque secularis atque Ecclesiasticae potestatis collimitatio est primitivae Ecclesiae exemplo, ut Deo ejusque ministris quidem potius sit obediendum, terrenis tamen potestatibus non sit resistendum, sed si prava imperent, quidvis potius patiendum, dummodo sine certa fidei pernicie fieri possit. Nec diffiteor interim et principibus ac populis Christianis aliquam, eamque sane maximam, debere esse curam sacrorum, ita tamen, ut nec manus cum arcae admoveant, nec thuribulum cum Usia capiant, sed auxilio suo juvent Ecclesiam quo melius puritatem atque unitatem servet, ac jure suo utatur. Quibus observatis, imperium[9] in imperio, sacrum in terreno sine permistione ac perturbatione subsistet ac florebit. Quod ad ipsorum principum securitatem et subditorum fidem ipsa Christianae religionis disciplina magis stabilitam pertinere negari non potest.

De discrimine episcopi et presbyteri utrum et quatenus a jure divino proficiscatur, in Ecclesia quidem nulla magnopere dubitatio aut obscuritas est, protestantes vero non tantum contra Ecclesiam contendunt, sed et inter se. Scimus enim Episcopales in Anglia et Scotia contra presbyterianos autoritate tum scripturae tum veteris Ecclesiae divini

[9] *Darüber, gestrichen*: respublica

1 unitatis (*1*) Ecclesiasticae, (*2*) Ecclesiae, . . . obediamus, *L* 3–5 Sed de primatu | et autoritate *erg.* | . . . dicendum. *erg.* (*1*) Exci (*2*) Haec *L* 8 constet; (*1*) nunquam (*2*) praetextu (*3*) Ecclesiastica *L* 8 eo (*1*) porrigitur (*2*) extendenda non est *L* 10 f. primitivae Ecclesiae exemplo *erg.* , ut (*1*) Eccl (*2*) Deo *L* 13 dummodo . . . possit *erg.* *L* 13 f. ac populis *erg.* *L* 14 sane *erg.* *L* 15 thuribulum (*1*) manu (*2*) cum Usia *L* 16 atque unitatem *erg.* *L* 18 f. et subditorum fidem *erg.* *L* 21 profiscatur, (*1*) multum inter ipsos pro (*2*) in *L* 23 se. (*1*) Et quidem mani (*2*) Scimus *L* 23 f. Anglia (*1*) et Scot (*2*) contra (*3*) et *L* 24 contra (*1*) puritanos defendere autoritat (*2*) presbyterianos *L*

3 f. Die geplanten Ausführungen fehlen. 11 Vgl. Apg. 5, 29. 13 sine . . . possit: vgl. Röm. 13, 1–3. 15 nec . . . capiant: 2. Par. 26, 16–19.

privilegii praerogativam tueri. Et sane discrimen Apostolorum ac reliquorum discipulorum et Christus ipse instituit, et post ascensum ejus in coelum communis consensus ex magistri disciplina servavit, et Apostolos sibi successores Episcopos constituisse Ecclesia tenuit. Itaque Aërius quidam pro haeretico habitus est, quod Episcopi et presbyteri munera confudisset. Hieronymus tamen alicubi dicere videtur differentiam Episcopi et presbyteri ab Ecclesiastico esse instituto, magis consuetudine quam dispositionis dominicae veritate. Et scribit: idem facere Episcopum quod presbyter facit. Alibi tamen limitationem adjecit: *quid*, inquit, *facit, excepta ordinatione Episcopus quod presbyter non facit*. Fortasse igitur transigi cum Hieronymo potest, ut Episcoporum quidem autoritas seu gubernatio, qualis tunc erat et nunc quoque est ab Ecclesia recepta, potestas autem spiritualis ordinaria quae potissimum in jure ordinandi consistit ex Christi instituto ut Apostolis ita Episcopis reservata esse intelligatur. Nam confirmationis administrationem facilius subinde presbyteris concessam constat. Licet enim fingamus nihil Apostolica traditione contineri de potestate Episcoporum excommunicandi presbyteros, et ligandi hos quos presbyteri solverunt, etiam sine aliorum presbyterorum suffragiis, quia tamen Ecclesiae potestas supra presbyteros divini juris est, hanc illa per episcopos exercere posset et fortasse debuisset, neque enim alia commoda ratio apparet. Quodsi igitur Hieronymum putaremus gradus quosdam in divino instituto agnovisse, et ubi ex ejus sententia Ecclesiae autoritas ad divinae traditionis complementum accedere debuit, institutum humanum appellasse, condonari ea libertas viro summo posset, quae tamen non temere imitanda est et simplicius est dicere ipso jure divino ordinario Episcopum presbyterumque functionibus discerni. Caeterum quae ad electionem nominationemque pertinent humana autoritate constitui possunt, modo id cum ratione et ex usu Ecclesiae fiat.

1 discrimen (*1*) duodecim et (*2*) Apostolorum ac *L* 5 tamen *erg. L* 7 Et | alicubi *gestr.* | scribit: *L* 10 est (*1*) Ecclesiae ac melioris ordinis causa (*2*) ab Ecclesiastica (*3*) ab *L* 11 ordinaria *erg. L* 12 ut Apostolis ita *erg. L* 13 constat. (*1*) Ponamus (*2*) Fingamus enim (*3*) Licet enim fingamus *L* 14 nihil | divino vel *gestr.* | Apostolica *L* 15 et (*1*) solvendi (*2*) ligandi *L* 15 f. solverunt, (*1*) Ecclesia tamen (*a*) quae (*b*) cui summum jus clavium competit, liberum fuisset, per quos vellet jus clavium exercere; et proinde divini juris privilegii exercitium (*2*) etiam . . . suffragiis *L* 17 exercere (*1*) decrevit, nec facile apparet quomodo aliter rem instituere potuisset (*2*) potuisset (*3*) posset *L* 19 ex ejus sententia *erg. L* 21 est (*1*) agnoscere (*2*) dicere ipso *L* 22 discerni (*1*) , quid autem (*2*) , nam quid extra ordinem fieri possit in supremo casu necessitatis definiendum aliis tutius relinquemus. (*3*) . Caeterum *L* 24–S. 2444.1 fiat. (*1*) Extra (*2*) Etsi *L*

1 f. discrimen . . . instituit: 1. Kor. 12, 28 u. Eph. 4, 11. 5–8 Vgl. HIERONYMUS, *Epistolae*, Epist. LII (PL 22, Sp. 534). 8 f. *quid* . . . *facit*: HIERONYMUS, *Epistolae*, Epist. CXLVI (PL 22, Sp. 1194).

Etsi autem jus divinum ordinarium pro certo habendum sit, multi tamen disputant, quid fieri possit in summa quadam necessitate. Fingunt Christianum sive presbyterum tantum sive etiam plane laicum ejici tempestate in litus insulae remotae, et multos ad Christum convertere, neque illi cum reliquo Christiano orbe communicandi copiam esse: quaeritur an presbyter ordinare presbyteros possit, ne ipso extincto sacramentorum admodum ad salutem necessariorum beneficio careant novi Christiani. Et quidem Frumentium narrant apud Aethiopes quadam egisse ante Episcopatum quae necessitate excusabantur, cum tamen laicus esset. Quodsi igitur Apostolus gentis ne presbyter quidem ordinatus sit, quaeritur an Ecclesia nova Deum implorante spondere ille sibi aliisque desuper presbyterii et connexorum Sacramentorum gratiam possit. Fuere enim quidam veterum quibus persuasum fuisse verisimile est in necessitatis casu non tingere tantum sed et offerre posse Christianum quemvis, quemadmodum indicare videtur locus Tertulliani. Verum mihi istas quaestiones privatim definire neque necessarium videtur neque tutum. Praestat supremam curam Ecclesiae atque animarum Deo relinquere, cujus misericordia nullis limitibus circumscripta semper aget quod in summa fieri praestat. Interea tutissimum est a linea ordinationis non discedere, quae per Apostolorum successores continua propagatione gratiam ministerii ad nos usque deduxit.

Postremum superest Matrimonii Sacramentum quod ex primaeva institutione atque destinatione Dei pariter et contrahentium esse unius viri atque unius foeminae conjunctionem inseparabilem Christus optimus divinae legis interpres docuit. Nihilominus dispensatione divina in Veteri Testamento concessa est polygynia, sive ut uni viro multas simul uxores habere permitteretur; itemque potestas divortii, ut discedere a se invicem conjuges, et aliud conjugium inire possent. Christus autem monuit hoc non nisi ob

2 f. Fingunt (*1*) ejici presbyterum in insulam remotam, et populos (*2*) Christianum . . . multos *L* 4 convertere, (*1*) an remota (*2*) neque *L* 4 f. esse: (*1*) atque ita (*2*) quaeritur *L* 5 extincto (*1*) omni (*2*) sacramentorum *L* 6 novi *erg. L* 6–8 Et (*1*) sane (*2*) quidem . . . esset. *erg.* Quodsi (*a*) nec (*b*) igitur . . . ne *L* 9 an (*1*) invocato divino nomine sibi (*2*) Ecclesia (*a*) illa (*b*) cum ipso (*c*) nova *L* 10 aliisque (*1*) presbyte (*2*) a Deo (*3*) | desuper *erg.* | *L* 11 fuisse (*1*) videtur (*2*) verisimile est *L* 12 quemvis *erg. L* 15–17 praestat. | (*1*) Regulariter autem (*2*) Interea (*a*) nobis danda | (*b*) tutissimum est *erg.* | a linea (*aa*) successionis | (*bb*) ordinationis *erg.* | . . . deduxit. *erg.* | *L* 18 Sacramentum (*1*) ubi de poly (*2*) quod *L* 20 f. docuit. | Cum etiam videamus non esse tantam multitudinem foeminarum ut polygamia magnopere usui esse possit. *erg. u. gestr.* | Nihilominus *L* 21 est (*1*) polygamia (*2*) polygynia, *L* 21 f. ut | ut *str. Hrsg.* | uni *L*

7 Vgl. RUFINUS, *Eusebii historia ecclesiastica continuata*, I, 9. 13 locus Tertulliani: vgl. TERTULLIAN, *De exhortatione castitatis*, cap. 7 (PL 2, Sp. 922 B). 20 Vgl. Matth. 19, 4–6. 23–S. 2445.1 Vgl. Matth. 19, 8–11.

duritiam cordis hominum fuisse concessum, adeoque ex divina lege rectius intermitti. Merito igitur in Ecclesia sublata est polygamia, quam nulla hodie inter nos necessitatis ratio excusare potest. Sed quid dicemus de nationibus infidelibus, si quae ad Christum converti possent indulgentia polygamiae dudum inolitae eaque negata vel solam hanc rationem tanto bono adhuc obstare appareret. Mihi quidem tutius videtur pontifici maximo eam rem definiendam relinquere. Illud tamen pronuntiare ausim, si pontifici e re videretur concedere polygamiam regno Sinarum, si quidem ad Christi fidem ea ratione adduci possit (constat enim hanc Christianorum legem institutis ejus populi vetustissimis contrariam inter potissima fidei impedimenta illic censeri) nihil doctrinae Christi adversum esse facturum. Ipsum enim Dei nomine salutem populorum curare convenit, quando nunc nova revelatio frustra expectaretur. Itaque divino exemplo praeeunte rationeque habita cordis humani non male, opinor, ob tantum bonum concederet hanc non intolerabilem Deo visam in ipsis sanctis imperfectionem, quando non tam novam legem tulisse hic Christum, quam veterem recte interpretatum esse constat.

De divortio frequentius inter Christianos difficultates incidunt. Saepe enim sive ob adulterium sive ob alias graves causas necessitas conjugibus imponitur a se invicem discedendi. Et cum difficile sit efficere ut se contineant, quaeritur an majoris mali vitandi causa indulgere novum Conjugium Ecclesia possit. Quidam intuitu humanae infirmitatis faciliores se praebent, cum melius sit nubere quam uri, ne forte homines in aeternae salutis periculum incidant, si districtius prohibeantur conjugii usu, alii saltem duas admittunt divortii veri causas adulterium et desertionem, praesertim cum in adulterii casu verba

1 hominum (*1*) speciali | quadam *erg.* | dispensatione (*2*) | vel speciales causas quadam *erg. u. gestr.* | dispensatione (*3*) fuisse *L* 1 divina (*1*) libertate (*2*) lege *L* 2 inter nos *erg. L* 3 potest. (*1*) Divortio difficilior quaestio est (*2*) Si tamen (*a*) concessione et infidelium (*b*) integrae gentes (*3*) Sed *L* 3 infidelibus, (*1*) ubi (*2*) si (*a*) indulgentia polygamiae (*b*) quae *L* 4 dudum inolitae *erg.* praes *erg. u. gestr.* (*1*) si (*2*) solamque hanc rationem potissimum tanto bono (*a*) ab (*b*) adhuc constare appareret (*3*) eaque *L* 4 f. hanc (*1*) nega (*2*) rationem *L* 6 maximo (*1*) et Ecclesiae cath (*2*) eam *L* 6 si (*1*) pontifex (*2*) pontifici e re *L* 7–9 regno Sinarum, si | quidem *erg.* | ad . . . | ea ratione *erg.* | . . . possit (*1*) (uti certe ho (*2*) (constat . . . censeri) *erg. L* 10 f. facturum. (*1*) Nam (*a*) et ipse conced (*b*) hoc (*c*) quicquid est non intolerabilis (*aa*) imperfect (*bb*) sive mali sive imperfectionis. (*2*) Ob duritiam enim cordis humani et ipse concederet (*3*) | Ipsum . . . convenit, | quando . . . expectaretur. *erg.* | Itaque *erg.* | *L* 11 f. praeeunte (*1*) ob duritiam cordis humani (*2*) rationeque habita . . . | non . . . bonum *erg.* | concederet *L* 13 intolerabilem (*1*) Deo in sanctis suis (*2*) ipsis sanctis Deo visam (*3*) Deo . . . sanctis *L* 13 f. quando . . . constat *erg. L* 16 necessitas (*1*) Christianis (*2*) conjugibus *L* 18 intuitu (*1*) humanitatis (*2*) humanae *L* 19 f. cum . . . incidant, (*1*) qui distinctius prohibeatur (*2*) si . . . usu *erg. L* 21 divortii veri *erg. L*

22 verba Christi: vgl. Matth. 19, 8–10.

Christi favere videantur. Plerique nullam rationem tanquam divina lege satis approbatam admittendam censent qua vinculum matrimonii rati et carnali copula consummati ita dissolvatur, ut novi conjugii omnimoda atque omni reprehensione carens licentia fiat. Quorum hodie potior est autoritas. Quoad indulgentiam tamen quam Deus in hoc genere praeceptorum sibi suaeque Ecclesiae servavit, variavit pia antiquitas, nam ex imperatorum Christianorum legibus constat, fuisse permissa divortia etiam ab optimo imperatore Theodosio Magno, aliisque. Episcopos tamen aliquando desiderasse, ut lege imperiali prohiberentur, patet ex Concilio Milevitano. Nihilominus metu incontinentiae ipsa Ecclesia aliquid in hoc genere saepe indulsit, et ut Concilia Elibertinum, Triburiense, atque alia quae Gratianus citat, taceam ipse Ambrosius vir sanctissimus *viro*, inquit, *licet ducere aliam si dimiserit uxorem peccantem*, et notum est quid rescripserint Zacharias et Gregorius Pontifices Romani.

Nihilominus praevaluit tandem severior Augustini sententia ad id contendens quod rectius et melius est; eamque in Milevitano Concilio expressam et praxi Ecclesiae roboratam ipsa Synodus Tridentina denique nonnullis etiam verbis retentis confirmavit, cujus ita habet canon: *si quis dixerit Ecclesiam errare cum docuit et docet (juxta*

1 favere (*1*) videantur. (*2*) credant. (*3*) videantur. (*a*) At Synodus (*aa*) decrevi (*bb*) Tridentina statuit nullam causam (*b*) Denique (*c*) Plerique *L* 1 f. rationem (*1*) sa (*2*) admittendam putant (*3*) constituendam (*4*) tanquam . . . censent *L* 3 conjugii | legiti *erg. u. gestr.* | omnimoda (*1*) penitus (*2*) atque . . . carens *erg.* | *L* 4 hodie *erg. L* 4–6 autoritas. (*1*) Vetus Ecclesia | (*2*) Pia antiquitas *erg.* | variavit, nam ex imperatorum legibus (*3*) Quoad . . . antiquitas *erg.* | nam . . . legibus *L* 6 f. divortia (*1*) . Et (*2*) | etiam . . . aliisque. *erg.* | Episcopos *L* 8 Nihilominus (*1*) ob infirmitatem (*a*) saepe concesserunt (*b*) ipsa concilia (*aa*) saepe | (*bb*) aliquando *erg.* | concesserunt, ut (*aaa*) solutio (*bbb*) repeti (*ccc*) matrimonium post separationem vivo licet altero conjuge; praesertim ab innocente si scilicet necessitas infirmitatis repetit (*2*) metu incontinentiae *L* 9 f. ut (*1*) concilium Elibertinum (*2*) concilia Elibertinum, | Triburiense, . . . citat *erg.* | taceam *L* 11 *peccantem*, (*1*) etiam canon Neocaesariensis, et constat quae rescripserint (*2*) notum *L* 12 Romani | quorum hic ad Bonifacium consulentem, si ob causam supervenientem consuetudo maritalis impediatur si mulier ob infirmitate correpta debitum reddere non valeat, maritum si continere se nequeat nubere posse. *gestr.* | Nihilominus *L* 13 f. praevaluit | tandem severior *erg.* | Augustini (*1*) autoritas, et Synodus co (*2*) sententia . . . est; *erg.* | eamque (*a*) tam (*b*) in *L* 14 f. et . . . roboratam *erg. L* 15 nonnullis . . . retentis *erg. L*

7–14 Decretum Gratiani, pars II, cap. 32, qu. 7. 8 Vgl. Concilium Milevitanum, can. 17 (MANSI IV, Sp. 331C). 9 f. Vgl. Concilium Elibertinum, can. 8–10 (MANSI II, Sp. 7A-D). 10 Vgl. Concilium Triburiense, can. 4. 10 f. Vgl. AMBROSIUS, *De viduis*, cap. 11 u. cap. 2 (PL 16, Sp. 254 u. Sp. 237 f.). 11 (Variante) canon Neocaesariensis: vgl. W. BEVERIDGE, *Synodikon, sive pandectae canonum SS. Apostolorum, et Conciliorum ab Ecclesia Graeca receptorum*, Oxford 1672, Bd 1, S. 404. 13 severior Augustini sententia: vgl. bes. AUGUSTINUS, *De adulterinis coniugiis*, II, 4 f. 16 Vgl. Concilium Tridentinum, sess. XXIV, 11. November 1563, Canones de sacramento matrimonii, can. 7 (MANSI XXXIII, Sp. 151A-B). 16–S. 2447.2 *juxta . . . doctrinam*: Mark. 10, 1–12 u. 1. Kor. 7.

Evangelicam et Apostolicam doctrinam) propter adulterium alterius conjugum, matrimonii vinculum non posse dissolvi, etc., *Anathema sit*. Ubi tamen temperamento synodus usa est, ut non eos damnaret qui contrarium sensere, quales fuere viri magni complures sed tantum eos, qui Ecclesiam hic errare dicerent; quorum pertinaciae merito dicitur Anathema. Hoc tamen non ita accipiendum esse arbitror, quasi Ecclesia, quae etiam ob maximas rationes polygamiam indulgere posset, divortium non posset, sed hoc statuitur secundum expressam Christi sententiam, divortium non minus quam polygamiam divinae legis primaevae scopo contrarium esse, quae tantum duos colligat in carnem unam, et *quod Deus conjungit, non vult ab homine separari*; ita tamen ut ipso Christo teste ob duritiem cordis aut infirmitatem humanam, praeeunte divino exemplo ex magna ratione vel necessitate dispensatio concedi possit, quemadmodum circa votum dispensari potest. Nam cum multo majora Ecclesiae Christianae dederit Deus, non est putandum aliquid ad salutem utile aut necessarium in hoc genere negasse, aut minorem ei potestatem reliquisse quam veteribus concesserat, ante Christi adventum, licet voluerit ut majore cautione Ecclesia Novi Testamenti hoc suo jure uteretur, omnique conatu fideles a pharisaicis observationibus literae, ac justitia exteriore, ad majorem interioris pariter atque exterioris

2 tamen (*1*) magna (*2*) temperamento *L* 3 f. ut (*1*) eos tantum damnaret, non qui in ea fuere sententia, sed quia (*2*) | non . . . complures *erg.* | sed tantum *L* 4 hic *erg. L* 4 dicerent; (*1*) quales (*a*) certe (*b*) merito (*2*) quorum *L* 5 f. quae (*1*) div (*2*) de polygamia dis (*3*) etiam | ob maximas rationes *erg.* | polygamiam *L* 6–8 sed (*1*) quemadmodum polygamia (*2*) hoc statuitur utrumque divinae legis | (quanquam dispensabili) *erg. u. gestr.* | contrarium esse quae statu duos facit (*2*) hoc . . . colligat *L* 9 f. tamen (*1*) ob duritiem cordis humani (*2*) ob magnam (*3*) | ut . . . teste *erg.* | . . . aut *L* 10 praeeunte divino exemplo *erg. L* 11 f. concedi (*1*) posse videatur; puto enim etiam (*2*) possit, . . . potest *L* 12–16 Ecclesiae (*1*) suae indulserit Deus hoc certe (*a*) quod veteribus (*aa*) indulserat | (*bb*) concesserat *erg.* | , negasse non (*b*) in quo (*aa*) veteris (*bb*) patribus veteris testamenti (*2*) Christianae dederit Deus, (*a*) ut om (*b*) (quemadmodum ex dispensatione sabbati (*c*) non videtur (*aa*) ⟨ – ⟩ (*bb*) minor ejus potestas esse quam veterum ante salvatoris adventum fuit. Tantummodo majore nunc (*aaa*) circum (*bbb*) cautione opus est, ut Christi exemplo nos (*aaaa*) ⟨in⟩ (*bbbb*) parum (*cccc*) par (*dddd*) ve (*eeee*) ⟨as⟩ (*d*) non . . . a pharisaicis *L* 13–16 | aliquid . . . negasse, aut *erg.* | minorem (*1*) ejus potestatem esse posse quam veterum fuit ante Christum, (*a*) neque enim (*aa*) majus | (*bb*) gravius *erg.* | jugum imposuit Christus, sed ad verae sanctitatis, (*b*) licet enim majorem (*aa*) sanctitatem (*bb*) et sinceriorem interioris hominis sanctitatem (*c*) licet enim Christus ad (*aa*) majorem cordis puritatem (*bb*) interioris cultus majorem puritatem nos revocaverit, (*aaa*) non tamen (*bbb*) ne (*ccc*) majoremque (*ddd*) jugum tamen legale non auxit (*eee*) ad majorem (*fff*) ad (*2*) ei . . . adventum (*a*) licet effecerit ut major cautio (*b*) licet . . . majore (*aa*) circumspectione (*bb*) cautione . . . uteretur, (*aaa*) omniaque in fideli (*bbb*) omnique conatu fideles (*aaaa*) ad maximam (*bbbb*) ad summam (*cccc*) veram (*dddd*) in (*eeee*) a *L*
16–S. 2448.2 observationibus (*1*) justitiaque exteriore (*2*) literae (*a*) legis divinae, ad (*b*) , ac justitia exteriore, ad (*aa*) verum sensum divinae legis (*aaa*) majoremque (*bbb*) | a Christo tum in aliis capitibus tum circa matrimonii naturam in lucem productum; ac denique ad *erg.* | majorem interioris hominis puritatem revocaret (*bb*) majorem interioris | pariter atque exterioris *erg.* | . . . a (*aaa*) Christo (*bbb*) se . . . revocaret. *L*

7 Christi sententiam: vgl. Matth. 19, 8 f. 9 Matth. 19, 6 u. Mark. 10, 9.

hominis puritatem ac verum sensum divinae legis a se tum in aliis capitibus tum circa naturam matrimonii explicatum revocaret. Scire enim debent fideles etiam tolerabilia quaedam sibi, quantum licet vitanda esse, si vitam Christiana sanctitate dignam vivere velint.

Itaque praestat in his omnibus Ecclesiae judicium sequi et potestatem agnoscere, quae etiam circa impedimenta matrimonii elucet. Proinde si olim Pontifex Maximus Henrico VIII. Angliae Regi etiamsi constitisset primum cum Catharina matrimonium fuisse ob antecessoris sui dispensationem validum, divortii facultatem et novi cum Anna conjugii jus indulsisset, eaque facilitate Regnum Ecclesiae conservasset, vel nunc pontifex Sinense imperium in fidem reciperet, permissa polygamia, quae sine maxima rerum conversione in tanto populo subito aboleri non posset; vel etiam cum pontifex in gradibus a Deo et Ecclesia regulariter prohibitis dispensationem ex gravi causa concedit; non puto, sine temeritate vel dispensandi jus negari, vel consilium ejus reprehendi posse. Licet enim protestantes Ecclesiae potestatem circa interpretationem divinae legis ac dispensationem Sacramentorum in dubium revocent, et speciatim contendant matrimonia in gradibus omnibus, cap. 18 et 20 *Levitici* et cap. 27. *Deuteronomii* prohibitis, esse contra jus divinum indispensabile, quia Deus pronuntiat se gentes propter incestas illas conjunctiones punire, attamen cum Deus ipse ostenderit quosdam gradus aut his pares indulgentiam recipere, ut quando eandem duobus fratribus successive copulari etiam jubet, ut taceam quod Jacobum duas sorores simul ducere permisit, Ecclesia merito judicavit

2 revocaret. (*1*) Ut sciunt homines (*a*) quaedam (*aa*) to (*bb*) vit (*b*) etiam tolerabilia quaedam (*aa*) sibi (*bb*) quantum licet vitanda intelligerent. (*2*) Scire *L* 3 quaedam *erg. L* 6–13 elucet. | (*1*) Itaque si c (*2*) Proinde . . . posse *erg.* | *L* 7 Angliae Regi *erg. L* 8 fuisse (*1*) validum ob pontificiam (*2*) ob *L* 9 f. eaque . . . conservasset *erg.* vel nunc pontifex (*1*) polygamiam (*2*) Sinense (*a*) Regnum (*b*) | imperium *erg.* | *L* 10 polygamia, (*1*) vel non magis reprehendendum pol (*2*) quae *L* 11 pontifex (*1*) inter patruum et nepotem ex fratre vel sorore (*2*) imo (*3*) in *L* 12 regulariter *erg. L* 12 ex gravi causa *erg. L* 13 jus (*1*) in dubium vocari, (*2*) negari, vel consilium | ejus *erg.* | *L* 14–16 Ecclesiae . . . speciatim *erg.* contendant (*1*) impedimenta (*2*) gradus matrimonium (*3*) matrimonia in (*a*) gradu prohibito (*b*) gradibus omnibus, (*aa*) lege div (*bb*) cap. 18 | et 20 *erg.* | *L* 18 attamen (*1*) Ecclesia (*2*) cum *L* 18 f. gradus (*1*) esse dispensabiles (*2*) aut . . . recipere *L*

6 f. Pontifex Maximus: Clemens VII. 8 antecessoris: Ehedispens Julius II., da Katharina bereits mit Heinrichs Bruder Artur vermählt gewesen war. 16 Lev. 18, 6–23 u. 20, 10–21. 16 Deut. 27, 20–23. 19 f. Matth. 22, 24; Mark. 12, 19; Luk. 20, 28 zitieren die gleiche Stelle aus Deut. 25, 5 f. 20 Jacobum . . . permisit: Gen. 29; duas sorores: Lea und Rachel.

omnes gradus praeter primum dispensationem ex causa hodieque recipere posse, quae quanta esse debeat, rectorum Ecclesiae et dispensationem petentium conscientiis permissum est. Eadem Ecclesia etiam nova impedimenta statuere potest, quae contractum matrimonii irritum faciant, quod etiam alicubi sibi secularis potestas tribuit. Unde lege in Gallia lata matrimonia liberorum invitis parentibus contracta, censentur ipso jure nulla; quia scilicet consensus legitimus contrahentium quasi materia Sacramenti est, quis autem legitimus sit a legibus civilibus pendere videatur. Caeterum jure divino ad validitatem matrimonii requiri consensum parentum nuspiam extat, tametsi is sine gravi peccato non negligatur.

Caeterum etsi Matrimonium sit Sacramentum, et irreprehensibile censeri debeat, fatendum tamen est, ob manifestas rationes et consensum populorum et verba expressa Scripturae Sacrae plus laudis habere coelibatum caste servatum. Nam et mens solutior est ad coelestium rerum contemplationem, et animo ac corpore integro atque mundo a libidine et carnali affectu purius digniusque Sacra tractantur. Itaque paulatim eo contendit, ac tandem pervenit Ecclesia maxime occidentis, ut sacerdotes coelibes essent. Nam oriens indulgentior in eo genere fuit; in ipso etiam occidente res magnam habuit difficultatem, praesertim cum multi reapse ostendant se dono continentiae carere, unde innumerabiles querelae partim ipsorum clericorum, partim populorum natae sunt. Et pii atque catholici principes apud Pontificem Maximum et Synodum Tridentinam vehementer flagitarunt, conjugia sacerdotum permitti. Magnae tamen rationes fuere, quibus hactenus impeditum est quo minus indulgendi voluntas effectum sortiretur. Atque haec quidem divinae providentiae relinquenda sunt, quae opinione nostra citius viam ac rationem melioris successus ostendere potest ad restituendam Ecclesiae pacem et causas querelarum tollendas. Interea aequum est ut protestantes considerent quam multa in rebus humanis sint ferenda, quibus remedium statim adhiberi non potest; neque ob hominum

1 dispensationem (*1*) recipere, quando (*2*) ex | magna *gestr.* | causa | hodieque *erg.* | *L* 11 et consensum populorum *erg. L* 12 et (*1*) animus (*2*) | mens *erg.* | *L* 13 ad (*1*) divinarum (*2*) | coelestium *erg.* | *L* 13 et (*1*) plus esse vi (*2*) animo ac *L* 13 f. a . . . affectu *erg. L* 14 digniusque (*1*) divina Sacramenta tract (*2*) Sacra *L* 14 Itaque (*1*) visum est (*2*) paulatim *L* 15 maxime *erg. L* 15 ut (*1*) conjugi (*2*) sacerdotes *L* 16 fuit; (*1*) et vero cum negari non possit non omnibus datum esse continentiae donum (*2*) in *L* 22 citius (*1*) rationem ostendere potest piis to (*2*) viam *L* 23 successus (*1*) tum in hac causa, tum in (*2*) ostendere *L* 24 considerent (*1*) rei difficu (*2*) quam *L* 25 neque (*1*) ideo v (*2*) ob *L*

11 f. verba expressa Scripturae: 1. Kor. 7, 1 f. 18–20 In der Sessio XXIV vom 11. 11. 1563 wurde der Antrag der Fürsten von der Synode abgelehnt.

improbitatem aut difficultatem temporum accusandos esse Ecclesiae Rectores. Ipsi autem Clerici ac religiosi sibi firmiter persuadere debent ad castitatem servandam vix alia re opus esse solere, quam vitatione otii atque malarum occasionum et seria cujusque voluntate, cujus gratiam Deus devote invocatus nemini negat.

De votis continentiae, paupertatis aut obedientiae idem dicendum est, ad servandam promissionem Deo factam tantum opus esse bona voluntate. Itaque sine gravissimo peccato voti religio violari non potest; Ecclesiae tamen potestas ob graves causas ipsius Dei nomine dispensandi et vel remittendi obligationem vel commutandi integra est. Interea quia Mens humana multis infirmitatibus laborat, ideo in religiosis societatibus opus est prudentissima directione superiorum et magna caritate fratrum, ut suavibus remediis aegritudini animorum occurratur, ac piis gratisque occupationibus tentationes excutiantur. Quoniam vero saepe oscitantia eorum ad quos ea res pertinet, multi abusus irrepunt et passim contingit sine divina vocatione per errorem aut fraudem illaqueari simplices, immaturos, imperitos; superiores autem esse dyscolos, negligentes, superbos; socios vero duros, acerbos, morosos, invidos, ambitiosos, et interdum hos pariter atque illos esse dissolutos, improbos, et mali exempli; mirum non est tot animas etiam in religiosorum societatibus, ubi pacem spiritus sperare debebant, in summis inquietudinibus atque malis versari, ac saepe sine solatio perire, instrumentis salutis in exitium versis, quo nihil est miserabilius. Orandus itaque Deus est ut bonos ac prudentes det Rectores Ecclesiae suae, et quos officio suo et munere dignos dedit, diu conservet atque virtute ex alto confortet, tum ut intelligere possint quibus potissimum malis laboret Ecclesia, et quibus remediis sit opus; tum ut satis virium et constantiae habeant, ad superanda impedimenta, quae hominum carnalium licentia et improbitate, aut male Zelosorum imprudentia objiciuntur. Interea manet verissimum, quod superius alia occasione

3 quam (*1*) seria voluntate | cujus gratiam Deus rite invocatus *erg.* | et (*2*) vitatione *L* 3 malarum *erg.* *L* 5 f. votis (*1*) ide (*2*) quae Deo fiunt continentiae, pauperitatis aut oboedientiae, idem dicendum esse, (*3*) continentiae, . . . dicendum est, | ad . . . factam *erg.* | *L* 6–9 Itaque . . . integra est. *erg.* (*1*) Interea cum non (*a*) omnium men (*b*) omnes recte (*2*) Sed (*3*) Interea *L* 9 ideo . . . societatibus *erg.* *L* 10 superiorum (*1*) atque (*2*) et . . . fratrum *erg.* *L* 12 excutiantur. (*1*) Sed (*2*) Quoniam (*a*) enim saepe negligentia (*b*) vero saepe oscitantia *L* 12–15 pertinet, (*1*) contingent et superiores esse dyscolos, (*2*) | multi abusus irrepunt *erg.* | et passim contingit *erg.* | sine . . . imperitos; *erg.* | superiores | autem *erg.* | esse dyscolos, | negligentes, *erg.* improbos, *erg. u. gestr.* | superbos; *erg.* | socios | ambitiosos *erg. u. gestr.* vero duros, acerbos, *erg.* improbos *erg. u. gestr.* | morosos invidos | ambitiosos *erg.* | (*a*) duros; atque inter (*b*) , et *L* 16 improbos, *erg.* *L* 16 exempli; (*1*) nemo (*2*) mirum *L* 17 ubi (*1*) summa quiete frui deberent, procur (*2*) pax spir (*3*) pacem *L* 18 ac (*1*) tantum non (*2*) saepe *L* 18 f. instrumentis . . . versis, *erg.* *L* 19 ac prudentes *erg.* *L* 20 quos | (*1*) magnis (*2*) dignis in titulis suis (*3*) officio . . . dignos *erg.* | *L* 24–S. 2451.1 quod (*1*) supra diximus, ord (*2*) superius . . . rite *L*

disseruimus, rite ordinata Ecclesiae velut castrorum acie, distinctisque officiis, solicitudinibus atque occupationibus clericorum et religiosorum si institutionum leges serventur nihil pulchrius, nihil praestabilius, nihil denique ad divinam gloriam, ad lucrum animarum, ad exercendam caritatem efficacius excogitari facile posse.

Finita tractatione de Christianis officiis Cultuque divino et Sacramentis, superest ut Novissima quoque attingamus sive futuram vitam. Pessima quorundam (ex Antitrinitariis inprimis) sententia est, animam quoque humanam sua natura esse mortalem, nec nisi ex Gratia subsistere et post hominis mortem dormire animas ipsas omnis perceptionis cogitationisque expertes, in die demum judicii resuscitandas. Sed philosophia vera pariter et revelatio contrarium docent. Nam anima nostra est substantia quaedam, nulla autem substantia nisi per miraculum annihilationis penitus interire potest, et cum anima careat partibus, ne dissolvi quidem poterit in substantias plures. Itaque naturaliter immortalis est anima; praeterea semper actu cogitat, nam et hoc pro certo habendum est, nullam substantiam in natura rerum dari quae vel uno momento penitus sit otiosa, atque actione passioneque destituta. Omnis autem animae actio passioque cogitationem involvit. Hoc unum tantum ex peculiari Dei ordinatione est, et ad providentiae supremae rationes pertinet, quod anima separata memoriam atque conscientiam rerum prioris vitae retinet, ut praemii ac poenae capax esse possit. Interea de loco natura et functionibus animarum separatarum pauca asseri possunt, praeter id quod Deus per Scripturam Sacram aut Ecclesiam suam nobis revelavit.

Quotiescunque anima e corpore discedens in statu est peccati mortalis adeoque male affecta erga Deum, sponte quadam sua (quemadmodum pondus semel abruptum, neque ab externa causa denuo retentum atque exceptum) in exitii barathrum delabitur, atque a Deo abalienata sibi ipsi damnationem irrogat, quemadmodum et supra attigimus. Usque adeo ut pii quidam viri sentiant tantum esse damnatorum odium erga Deum, ut nolint ad gratiam ejus confugere ac vel ideo aeternam sibi infelicitatem accersant prorogentve.

2 f. si (*1*) instituti (*2*) institutionum leges serventur *erg. L* 4 facile *erg. L* 5 tractatione (*1*) de cultu (*2*) de . . . Cultuque *L* 5 Sacramentis, (*1*) atque hominis chr (*2*) ad Novissima (*3*) superest *L* 6 quoque attingamus *erg. L* 7 quoque humanam *erg. L* 7 f. esse (*1*) immortalem vero ex gratia; (*2*) mortalem, . . . Gratia (*a*) fieri (*b*) subsistere *L* 9 f. vera *erg. L* 13 anima (*1*) : illud vero ex gratia (*2*) ; praeterea *L* 14 uno *erg. L* 16 tantum (*1*) ex gratia est, quod anima (*2*) ex *L* 16 est, (*1*) ac gube (*2*) et *L* 17 separata (*1*) fuit (*2*) memoriam | atque conscientiam *erg.* | *L* 18 possit. (*1*) De certo loco (*2*) De loco (*3*) Interea de loco (*a*) et fu (*b*) natura *L* 19 pauca (*1*) cognoscuntur (*2*) asseri *L* 20 f. revelavit. (*1*) Omnis anima quae in vera caritate obiit, q (*2*) Quotiescunque *L* 23 in (*1*) damna (*2*) pejorem (*3*) damnationis (*4*) exitii barathrum *L* 24 attigimus. (*1*) Itaque minus (*2*) Usque *L*

Eoque minus mirari debemus justi judicis severitatem, neque ad Origenis clementiam devenire necesse est, qui illud Pauli mysterium, quo omnis Israel salvus fore dicitur pro suo arbitrio interpretatus, omni denique creaturae divinam misericordiam indulget. A qua sententia fatendum est etiam alios viros sanctos non fuisse penitus alienos, inprimis Gregorium Nyssenum; ipse Hieronymus, etiam quando velut coactus contradicit, mollius loquitur, atque eo saltem inclinat ut impiorum, tamen Christianorum, opera sint igne probanda et purganda mixta clementiae judicis sententia quasi scilicet nullus saltem Christianus aeternum perire possit; sed haec vel condonanda sunt summis viris, vel in melius interpretanda.

Quicunque autem moriuntur Deo amici hos aeternam felicitatem manere quae maxime in divinae pulchritudinis fruitione consistit, ex Scriptura Sacra manifestum est. Scio a quibusdam heterodoxis visionem Dei beatificam in dubium vocari, sed sine causa, jam tum enim Deus est lumen animae, unumque objectum immediatum externum intellectus nostri, sed nunc omnia videmus velut in speculo, quasi radio cogitationis per corporeas qualitates reflexo aut refracto; unde confusae sunt cogitationes nostrae. Tum demum vero cum distincta nostra notitia erit, potabimus fontem rerum ac Deum a facie ad faciem intuebimur. Cum enim Deus sit ultima rerum ratio, ideo tunc utique videbimus Deum cum cognitio erit a priori, per causam causarum, quatenus demonstrationes nostrae neque hypothesibus indigebunt neque experimentis, et rationes rationum reddere poterimus usque ad primitivas veritates.

Difficilis quaestio multis visa est, utrum animae ante diem judicii ad beatitudinem aut etiam miseriam aeternam perveniant.[10] Constat Johannem XXII. pontificem aliorsum

[10] *Am Rande*: ℞

1 f. clementiam (*1*) confugere opus est (*2*) venire (*3*) devenire *L* 2 qui (*1*) omnes (*2*) illud *L* 2 f. pro (*1*) captu (*2*) suo arbitrio (*a*) interpretatur, et (*b*) interpretatus, *L* 3 creaturae (*1*) aditum (*2*) divinam *L* 5 contradicit, (*1*) tamen (*2*) mollius *L* 7 f. saltem *erg. L* 10 moriuntur (*1*) in (*2*) bene affecti erga Deum (*3*) Deo *L* 12 quibusdam (*1*) Calvinianis | (*2*) heterodoxis *erg.* | *L* 14 sed (*1*) quia nunc omnia videmus (*a*) in spe (*b*) quasi in speculo, actu quod (*2*) nunc . . . quasi *L* 16 vero (*1*) distinctae (*2*) cum distincte noscemus (*3*) fontem rerum nosce (*4*) cum . . . ac *L* 17 ratio, (*1*) cum ratiocination (*2*) ideo *L* 18 Deum (*1*) quando (*a*) demons (*b*) ratiocinationes (*2*) | cum (*a*) quatenus (*aa*) resi (*bb*) ess (*b*) cognitio erit a priori, (*aa*) et | (*bb*) per causam causarum, *erg.* | quatenus demonstrationes *erg.* | *L* 19 et (*1*) veritatum (*2*) rationes rationum | semper *gestr.* | reddere *L* 20 ad (*1*) primas (*2*) primitivas *L*

1 Vgl. ORIGENES, *Commentarii in Epistolam ad Romanos*, VIII, 12 (PG 14, Sp. 1195 B-C). 2 omnis Israel salvus: Röm. 11, 26. 5 f. Vgl. HIERONYMUS, *Commentarii in Isaiam*, XVI, 24, 70 (PL 24, Sp. 678). 11 ex Scriptura manifestum est: 1. Joh. 3, 2. 14–17 Vgl. 1. Kor. 13, 12. 22–S. 2453.1 Constat . . . inclinasse: Vgl. JOHANNES XXII, Bulla »Ne super his« (Denz.-Schönm. Ench. Symb. S. 295 f.).

inclinasse, ut antiquiores taceam, et sane videri possit hoc admisso supervacuum fore judicium illud cujus forma ab ipso Christo describitur, nec eos qui damnandi sunt, quicquam allegare posse tanquam ad excusationem sui profecturum, si negotium omne dudum transactum est, nulla mutandi spe. Verum res ipsa ostendit Christum ibi mentem suam expressisse ἀνθρωπολογικῶς, et cujusque conscientiam in suprema illa die, cum animabus reddentur corpora, pro accusatore ac judice pariter ac pro reo verba facturam. Interea fateor scripturae locis, addendum esse quod magis consentaneum est traditioni Ecclesiae ad hanc controversiam pariter ac multas alias similes, definiendas.

Limbum infantum, seu locum, ubi animae solam poenam damni, non vero poenam sensus patiantur, non ausim improbare, cum in Ecclesia passim defendatur a viris summae doctrinae et pietatis, ac justitiae divinae satis consentaneus videatur. Neque enim illos laudare possum, qui quemadmodum ipsi nil nisi extrema norunt, ita etiam Deum facere arbitrantur.

Resurrectio Corporum inter difficiliores Christianae fidei articulos censetur, et finguntur a nonnullis casus quos putant inexplicabiles. Ponunt canibalem anthropophagum toto vitae tempore humanis carnibus fuisse nutritum, et quaerunt quid corniculae superfuturum sit, quando suas repetitum venerit olim grex avium plumas, hoc est, quando caro cujusque ad pristinum dominum redibit. Verum sciendum est non illud ad essentiam uniuscujusque corporis pertinere, quod ei unquam unitum fuit; certum est enim corpus nostrum perpetuo permeari accipereque et amittere partes et, si omnia nobis reddenda

1 ut antiquiores taceam, *erg.* *L* 1 hoc admisso *erg.* supervacuum (*1*) esse (*2*) | fore *erg.* | *L* 2 describitur, (*1*) vanaeque (*2*) damnandorumque allegationes quae ab ipso recensetur, si tota res dudum transacta est. (*3*) nec (*a*) damnan (*b*) eos qui (*aa*) a sinistri (*bb*) damnandi *L* 3 f. si (*1*) res omnis dudum transacta est, (*2*) negotium . . . est, *L* 4 f. ibi (*1*) locutum fuisse (*2*) mentem suam expressisse *L* 5 f. illa (*1*) judi (*2*) die, | cum . . . corpora, *erg.* | *L* 7 f. fateor (*1*) ex solis | (*2*) non tam *erg.* | scripturae locis, controversiam (*a*) quam traditione Ecclesiae cont (*b*) definiri (*c*) hoc potius definiri (*3*) scripturae . . . controversiam (*a*) definiendam (*b*) pariter *L* 8 f. definiendas. (*1*) De Limbo infantum, seu loco aliquo, ubi animae sola poena damni, non vero poena (*2*) Limbum . . . poenam *L* 10 non (*1*) possum (*2*) | ausim *erg.* | *L* 11 pietatis, (*1*) et (*2*) justitiaeque divinae (*3*) ac justitiae divinae (*a*) plane (*b*) | satis *erg.* | *L* 15 f. canibalem (*1*) aliquem humana carne victitantem, (*2*) anthropophagum *L* 16 f. et *erg.* quaerunt quid (*1*) illi (*2*) | corniculae *erg.* | *L* 20 enim (*1*) multa a nobis quotidie (*2*) corpus *L* 20 perpetuo (*1*) esse (*a*) mutatione, | (*b*) permeatione (*2*) permeari . . . partes *erg.* | *L*

2 judicium . . . describitur: Matth. 12, 36 f. u. Joh. 5, 24–29. 5 f. suprema illa die: vgl. Matth. 25, 31–46.

essent, quae nostra fuere, nos millecuplo et multo amplius fore majores quam sumus. Itaque dici posset in unoquoque corpore esse quendam substantiae florem, cujus natura etiam ex Chymicorum placitis illustrari posset, qui inter tot mutationes servetur, et prout nascendo cuique obtigit, semper subsistat, neque aut alimentis augeatur aut transpiratione minuatur, quanquam in infantibus contractus, in adultis per majorem assumtitiae et variabilis materiae massam expandatur. Quodsi concedatur et illum dissipari, tamen cum efficacia ac virtute quasi seminali, non vero mole valeat, sine aliorum detrimento cuique poterit reddi. Itaque Anthropophagus ille retinebit suum tantum, quemadmodum et illi quos devoravit, nulla eorum confusione quae cuique propria per universam corporis molem diffusa et a superadditis atque in perpetuo fluxu positis distincta Deus assignavit. Verum etiam sine tali Hypothesi casus solvi posset, si intelligamus Anthropophagum qui sola humana carne vixit de singulis aliquid nullo ipsorum detrimento posse tanquam suum retinere.[11] Satis enim monuimus non omnia cuique reddi, quae ad corpus ejus unquam pertinuere.

Sed his missis veniamus ad vexatissimam quaestionem de purgatorio sive poena temporali post hanc vitam. Protestantes enim sentiunt eorum qui moriuntur animas statim aut ad aeternam felicitatem pervenire, aut in aeternum damnari. Itaque preces pro mortuis tanquam supervacuas rejiciunt, aut ad inania vota reducunt, qualia etiam de rebus praeteritis et transactis consuetudine potius humana, quam ulla utilitate concipiuntur. Contra vetustissima Ecclesiae sententia est orandum esse pro mortuis, et mortuos precibus juvari; et eos qui ex hac vita discesserunt etsi in gratiam per Christum a Deo recepti, remissaque aeterna poena haeredes vitae aeternae effecti sint, subinde adhuc pro peccatis castigationem aliquam paternam sive purgationem pati, praesertim si hanc labem in hac

[11] *Am Rande gestrichen*: ut taceam

1 millecuplo (*1*) fore ampliores ac majores (*2*) et . . . majores *L* 2 Itaque (*1*) credibile est (*2*) dici posset *L* 2 f. cujus . . . posset *erg. L* 5 quanquam (*1*) modo (*2*) in *L* 6–8 expandatur. | (*1*) Aut certe si ponatur | (*2*) Quodsi concedatur *erg.* | . . . dissipari, (*a*) ab externa non (*b*) tamen cum (*aa*) non mole sed (*bb*) efficacia ac virtute (*aaa*) non mole ⟨si- ⟩ (*bbb*) quasi . . . mole (*aaaa*) conspicuus (*bbbb*) valeat . . . reddi. *erg.* | Itaque (*aaaaa*) Can (*bbbbb*) Anthropophagus *L* 9 eorum (*1*) mixtura (*2*) | confusione *erg.* | *L* 10 atque . . . positis *erg. L* 17 damnari. (*1*) Contra Ecclesia Catholica (*2*) Itaque *L* 19 quam (*1*) ullo usu (*2*) ulla utilitate *L* 21 discesserunt (*1*) reconciliati quidem cum Deo (*a*) sed (*b*) et per Christi sanguinem (*2*) cum Deo reconciliati remissa aeterna damnati poena et donata vitae aeternae haereditate (*3*) remissa (*4*) cum D (*5*) in (*6*) | etsi *erg.* | *L* 23 pro peccatis *erg. L*

21 f. gratiam . . . sint: vgl. Tit. 3, 7.

vita non satis diluerunt. Et huc accommodarunt alii verba Christi de solvendo novissimo quadrante, et quod omnis caro igne salietur, alii locum Pauli de his qui fundamento inaedificaverunt lignum, foenum, stipulam, et salvi erunt quasi per ignem; alii locum de baptismo pro mortuis. Sancti Patres variant quidem circa purgationis modum, alii enim animas certo in loco aliquandiu (quod nonnulli extenderunt usque ad diem judicii aliqui etiam ultra) detineri, ibique ad tempus purgari sunt arbitrati. Castigationis modum alii in igne corporeo collocarunt, nonnulli in igne tribulationis, quo inclinavit aliquando Augustinus, et hodie quidam ex Graecis. Nonnulli vero putarunt ignem purgantem eundem esse cum igne Gehennae, alii vero separatum. Fuere etiam qui purgatorium peculiariter collocarunt in tempus resurrectionis, ubi omnibus etiam sanctis transeundum sit per ignem, sed eos tantum amburendos et detrimentum passuros, quorum opus ita male compositum sit, ut ardere possit. Quicquid hujus sit plerique omnes consenserunt in castigationem paternam sive purgationem post hanc vitam, qualiscunque ea esset, quam ipsae animae ab excessu ex corpore illuminatae, et conspecta tum inprimis praeteritae vitae imperfectione et peccati foeditate maxima tristitia tactae, sibi accersunt libenter, nollentque aliter ad culmen beatitudinis pervenire. Voluntariam enim esse purgatoriam hanc afflictionem recogitantis acta sua animae, praeclari multi viri notarunt, et inter caeteros illustris est Granatensis locus, qui Philippo II. in novissima aegritudine magnam consolationem attulit, [*bricht ab*]

1 alii (*1*) locum Pauli (*2*) verba *L* 2 et . . . salietur *erg. L* 2 Pauli | ad Corinthios *gestr.* | de *L* 3 foenum | (*1*) ; alii (*a*) quae innuntur (*b*) locum de baptismo pro mortuis *erg. u. gestr.* | , stipulam *L* 3 f. alii . . . mortuis. *erg. L* 4 f. enim (*1*) tempori (*2*) alicubi (*3*) animas *L* 5 usque *erg. L* 5 f. judicii | (*1*) vel etiam (*2*) aliqui etiam ultra) *erg.* | detineri, *L* 8 Graecis. (*1*) Et quidem (*2*) Nonnulli vero *L* 9 purgatorium (*1*) ignem (*2*) peculiariter *L* 10 etiam sanctis *erg. L* 11 ignem, | etiam sanctis, *gestr.* | sed *L* 12 plerique *erg. L* 12 f. in (*1*) poenam tem (*2*) castigationem *L* 14 f. illuminatae, (*1*) libenter sibi ex dolore foeditatis praeteritae vitae accersunt (*2*) et conspecta | tum (*a*) maximo (*b*) inprimis *erg.* | praeteritae vitae (*aa*) foeditate (*bb*) imperfectione . . . foeditate (*aaa*) tristitia quadam tactae, sib (*bbb*) maxima . . . sibi *L* 18 est (*1*) Ludovi (*2*) Granatensis *L* 18 Philippo II. (*1*) morituro magna (*2*) in *L*

1 verba Christi: Matth. 5, 26. 2 omnis . . . salietur: Mark. 9, 49. 2 locum Pauli: 1. Kor. 3, 12 f. 3 alii: vgl. Röm. 6, 3 f.; Kol. 2, 12. 18 Anekdote nicht nachgewiesen.

421. DE RELIGIONE MAGNORUM VIRORUM
[Frühjahr 1686 bis Ende 1687 (?)]

Überlieferung:
L Konzept: LH I 6, 11 Bl. 1–3. 2 Bog. u. 1 Bl. 4°. 5 $^1/_2$ Sp.
E GRUA, *Textes*, 1948, S. 35–44.

Leibniz hat seinen nach Themenbereichen angeordneten Plan einer Verteidigung bedeutender Männer, die dem Vorwurf der Haeresie und Irreligiosität ausgesetzt waren, innerhalb eines längeren Zeitraumes konzipiert, erweitert und bearbeitet, wie das Auffüllen zunächst freier Spalten und zahlreiche Ergänzungen am Rande zeigen. Das für den Zeitraum April bis Oktober 1686 belegte Wasserzeichen, das sich ebenfalls im *Examen religionis christianae* (N. 420) findet, und das nachträgliche Einbringen der *Dissertation sur la recherche de la vérité* von Simon Foucher aus dem Jahr 1687 bilden den Datierungsrahmen. Es ist jedoch nicht auszuschließen, daß weitere Nachträge erfolgten.

Leibniz' Zusätze in zunächst freigelassenen Spalten erscheinen mit doppeltem Einzug.

De Religione Magnorum Virorum

